Statuti N. 9

Anno 1402
secondo una indica-
zione presente in
A. del Collegio della
Mercanzia, Matricole n. 8
c. 144r. -
"In nomine ...
in volumine statutorum civitatis
Perusii nunc vigentium editorum
sub anno domini millesimo quadra-
dringentesimo secundo, indictione
decima, tempore d. Bonifatii pape IX.
In primo libro dicti voluminis, sub
rubrica ...

10/11/97
numerazione dei capitoli
mancanti da c. 101 in
poi fatta da me, utili-
zando i numeri dei
stessi capitoli nel
registro num. 10 dei
antichi statuti.
John Grundman

1

HOC EST VO
LUMEN

Q[uonia]m ad
[illegible] p[er]us[ine] [illegible]
p[er]uersor[um]
videdum[us]. Ut civitas p[er]usina [illegible]
et bonor[um] salus sit conuenit p[ro]p[ter] [illegible]
scelerator[um] iniquitas prosternatur et alia sta[tuta]
que p[ro] com[m]uni comodo civium et com[m]une [illegible]
Civitatis p[er]us[ine] fiunt quomodolibet opportuni [illegible]
interveniente magnifficor[um] et nobilissimor[um] [illegible]
p[rese]nti capitulo duximus statuendum. Quod ad eligend[um]

et d[omi]n[u]m capitaneum [illegible]

d[omi]n[u]m potestatem et Maiorem Sindicum et Judicem
Justitie Civitatis p[er]us[ine] p[ro] semestrali tempore
eligantur seu eligi et extrahi debeat duo boni
popl[ar]es cives p[er]us[ini] et unus not[arius] et unus [ni]
tius de sacculo cuius p[er]us[ini] p[ro] quolibet officiali [eligendo]
p[re]dictor[um] eligendo s[icut] insacculentur et in saccular[i]
debeat in futur[um] p[er] officiales ad sacculos de
putandos de porta in portam. Et ad eligendum
capit[aneum] custodie duor[um] prior[um] artium Civitatis p[er]us[ine]
debeat eligi et extrahi et insacculari sil[ice]t unus civis

addendo quod electores potestatis vel capitanei possint secum ducere tres equos not[arii] duos sindici [illegible]

bonus et ydoneus popularis cum uno notario et
Sindico. Qui electores et not[arii] habeant [illegible]
et secum ducere duos p[ro] equos p[ro] quolibet eor[um] [illegible]
tius unum equum et h[abe]re debeant p[ro] [illegible] sala
rio [illegible] dimidii floreni p[ro] quolibet equo et
quolibet die p[ro] triginta diebus quibus vacare
possint ad electionem p[re]d[ic]tam faciendam in quolibet
officiali ex p[re]dictis eligendis. Officiales aut[em] et not[arii]
et nuntius electi ad eligendum capit[aneum] custodie [illegible]
palatii duor[um] prior[um] [illegible] possint ad [illegible]
electione[m] faciendam p[er] quindecim dies [illegible]
solvatur et solvi debeat p[ro] eor[um] salario [illegible]
p[re]dictum. Et nullus qui extractus fuerit de p[re]dictis
possit loco sui alium substituere nec [illegible]
alius officialis civis p[er]us[inus] possit [illegible] loco [illegible]
p[re]dictorum substituere nec [illegible] nisi [illegible]
mortis gravis infirmitatis vel absentie [illegible]
[illegible] non possit. In quibus casibus possint [illegible]
priores artium alium loco sui [illegible]
vel absentis eligere. quem eligere [illegible]
tres dies a die quo extractus fuit de sacculo
mortuus infirmus vel absens [illegible]
gentes fuerit incidat in pen[am] [illegible] libr[arum] de[narium]
teneantur dicti offic[iales] ad p[re]dicta exer[cenda] [illegible]
electorem [illegible] faciendam et [illegible]
secum [illegible] equos s[ci]l[icet] duos [illegible]
[illegible] unum [illegible]
necessi fuerit secum h[abe]re. Et [illegible]
tenentur ut dictum est [illegible]
p[ro] quolibet equo [illegible] non [illegible]

spitales ad predictam
electionem faciendam
beant infra tempus supra-
[illegible] acceptationem dicti
reportetur per publicum
[illegible]endum. Et ipsum in
[illegible]tionis in cancellaria
si contigerit dictos elec-
[illegible] sta [illegible] redire. Eo casu predicti
camerarii ut dictum est debeant de novo elec-
toribus electionem facere modo supradicto extrahendo
vel extrahi faciendo de sacculo comunis Perusii. Cum
electores novi publicati teneantur et debeant
in omnibus et per omnia tam in eligendo quam in acce-
dendo ad dictam electionem celebrandam servare
omnia superius statuta et ordinata. Et ad hoc
ut sub forma debita electio potestatis Civitatis
Perusii procedat imposterum. Statuimus quod
offitium dicti potestatis dicte Civitatis sit et esse de-
beat ordinatum. Et ipsum ex nunc sub hac forma
ordinamus. Et quod in omnibus et singulis et
quoad omnia et singula procedat observetur. Et
procedere et observari possit et debeat iuxta formam
formam et exigentiam infrascripte notule
electionis eidem. aliquo quod loqueretur in contrarium
non obstante. Cuius quidem notule talis est
tenor et sub hac forma electio dirigi debeat
opportunum videlicet. Strenuo militi cum he-
re litere fuerint presentate. Priores artium
Consilium et Commune Civitatis Perusii Salutem
et copiam votivorum. Ad novum potestatis con-
[illegible] electionem novissime procedentes. Fidemque
sumentes indubiam de sinceritate vestra pro tempore
sex mensium proxime futurorum inicandorum [illegible]
die. electionem istius
vestre magnificentie per quam salutem nobis
speramus afferri. Et imposterum prodesse posse
[illegible] cum pactis modis et conditionibus infra-
[illegible]ssime denotatis per infrascriptos
[illegible] electionarios notarium et sindicum
[illegible] duximus [illegible]. [illegible]
[illegible] et debetis adimplere et observare omnia
et singula et prout inferius denotatur. Ca-
[illegible] sacrosancte Romane ecclesie devotissimi
[illegible] et excelsi principis domini [illegible]
[illegible] fidelissimus debetis et ducentes
vobiscum continue in regimine memorato
[illegible] sufficientes et idoneos [illegible]
[illegible] doctores et in gratia eorum dicto
[illegible] deferre et de ipsorum publico docto
[illegible] fidem facere cancellario [illegible]
[illegible] vestri regiminis [illegible]
[illegible] fore neglexitis [illegible]
[illegible] unus deputetur [illegible] ad Civilia
sancti Petri et ad alium ad Civilia porte

[illegible] Romane ecclesie devotissimi
[illegible] domini nostri domini Boni-
[illegible] excelsi pri[ncipis]
[illegible] regni
[illegible]

porta sancti Angeli. Et ex aliis iudicibus unus ad
malefitia et reliqui ad Civilia pro aliis portis deputentur. Et
dictus iudex pro porta sancti Petri de omnibus et singulis
causis litibus questionibus et controversiis quomodolibet
spectantibus et pertinentibus ad hospitale et hospitale
misericordie Civitatis et comitatus Perusii [illegible] in agendo
quam in defendendo et ad alia et contra alia hospitalia
Civitatis et comitatus Perusii cognoscere teneatur.
Ita quod nullus alius iudex vel alius offitialis comunis Perusii
de predictis cognitionem habeat. Et ab omnibus aliis offitialibus
sit et esse intelligatur in predictis adempta omnis iuris-
dictio. nisi casu contigerit vacare offitium dicti iudicis.
Quo casu cognitio de predictis spectet et pertineat ad
iudicem in causis Civilibus deputatum pro porta sancti
Angeli. Qui iudex pro porta sancti Angeli sit et esse debeat
iudex dictorum hospitalium et dicta hospitalia in dictis
causis tempore vacationis dicti iudicis. Qui iudices et
quilibet eorum cognitores ut dictum est dictarum causarum teneantur
et debeant procedere in dictis et super dictis causis summa-
rie et de plano sine libelli oblatione et sine strepitu et fi-
gura iudicii et sine solutione alicuius datii in diebus
iuridicis et feriatis ad utilitatem hominum inductis
et dictas causas decidere et sententiare instantibus
ambabus partibus vel una instante. Ubi iudex habuit rebuato
integros duos menses a die prime citationis [illegible] i rettor
Et ubi non haberet integros duos menses a die initii
sui offitii infra duos menses pena dictis iudicibus non
decidentibus et sententiantibus dictas causas vel aliquam
earum quingentarum librarum denariorum per suos sindicatores tempore
sui sindicatus auferenda pro qualibet causa. Et et
dictus iudex pro porta sancti Petri ad [illegible]
[illegible] deputatus sit et esse intelligatur iudex super in-
[illegible] insinuationibus testamentorum legi-
torum donationum et super petitionibus cassationum
testamentorum que peterentur cassari que assignata vel
insinuari petita non fuerint in tempore statutum per
legem de hac materia loquentem in volumine statutorum
Et nullus alius sit in quibus et super quibus causis insi-
nuationum et cassationum compromissum petere
fieri possit. Secum vero ducere et probos tres
notarios notos et legales sex domicellos octo
berrovarios et armis aptos et eodem panno indutos
Unus quorum ut moris Civium familiaritatis fue-
ridatis esse debeat barbitonsor offitiales et fami-
liares prefatos tenere debeat vestro salario suptibus et
expensis significantes ad cautelam. Quod nullus
potestas ex more statute et ordinis forma esse potestas vel
alius offitialis nostri comunis. Qui Civis comitatensis vel
Perusina sit alicuius Civitatis vel terre confinibus
Civitatis nostre propinque per quadraginta miliaria
constat. cuius quidem offitialis et domicelli per miliaria tri-
ginta dominus. Nec consanguineus vel affi-
nis alicuius nostri contingat limitatione confinium
non obstante. Nec de Civitate vel loco unde tempore
electionis est Capitaneus vel potestas Civitatis nostre.
Nec in super potestas esse potestas Civitatis nostre de
aliqua terra de qua ab uno anno citra fuerit aliquis
in nostra Civitate potestas vel Capitaneus. Debetis insuper

tempore vestre electionis vel circa vestrum adventum esse miles
et militari cingulo insignitus. In supradictis casibus
si dictum foret vos venire ad regimen prefatum aut
offitiales et familiares ducere expressius prohiberet.
Debetis etiam vacasse a dicto offitio potestatis et a quibuslibet
aliis offitiis in dicta Civitate Perusii per annos octo iam elapsos.
Vestri autem Judices per integros quinque annos. Notarii
et domicelli per integros annos tres. Berruarii vero
et famuli per integros duos annos. Debetis etiam
tenere et habere continue in dicta Civitate toto tempore
offitii vestri octo equos. De quibus saltem sex sint
armigeri valoris triginta florenorum auri ad minus
pro quolibet eorundem. Reliqui vero ad minus octo florenorum
auri pro quolibet. Et nec nullus ultra centum libras
denariorum et minus libras viginti vestre monete florentie
parve valeat extimari. Non tamen habebitis ademendum
vel salarium communis nostri nisi postquam in civitate
nostra fueritis cum equis prefatis. Et erunt dicti equi
scripti per notarium dominorum Conservatorum quantitatibus
et modis de quibus supradictis bullari et bullare facere
per conservatores monete communis Perusii. Et secundum formam
statutorum et ordinamentorum nostrorum extimati. Et de ipsis dumtaxat
qui extimati fuerint et bullati ut predicitur. Et
non de aliis ullo modo emendam habebitis a nostro communi.
Cum quibus offitialibus familiaribus et equis
esse debetis in Civitate nostra ante offitium dicti regiminis
per octo dies ante. Pro salario et pro vestro et
omnium predictorum sustentatione a communi nostro predicto tempore ... viii
[illegible] florenorum auri in sex mensibus
pro rata solvendorum. Sed exigatur hoc modo, videlicet
Quia tertia pars dicti salarii dabitur vobis post
mensem regiminis anni dicti. Alia tertia pars dicti sa-
larii in medio vestri offitii tempore. Reliqua vero tertia pars
non dabitur vobis donec fueritis sindicati et per sindicos
expediti. Et solvetis gabellam offitialibus communis
nostri ad rationem duorum soldorum denariorum pro qualibet libra totius
salarii antedicti. (Et ultra predicta habere poteritis ab)
(officialibus abundantie communis nostri) pro equo quidem
salario debite facietis et exercebitis vos et offi-
tiales vestri et tota familia offitium regiminis antedicti.
Et omnes et singulas ambaxiatas itinera offitia
et negotia pro Civitate comitatu et districtu
Perusii dicto communi prestito tempore opportuna, que erunt
vobis per nostrum commune provisa ordinata vobis iniuncta.
Et omnes et singulas exactiones omnium et singulorum
communi nostro acquirendorum debitorum vel quomodolibet debendorum
que vobis commisse fuerint per vos vestros et offitiales
et familiares integre et efficaciter facietis. Custo-
die Civitatis nostre semper vigilantius attendetis. Et
pro predictis et aliis quibuscumque preter carnes cera lume
et aliis rebus, nichil a communi nostro vel universitate aliqua
vel singulari persona, vos vestri offitiales vel berruarii

petetis. vel recipietis per vos vel alium tacite vel
expresse vel quovis colore quesito directe vel
indirecte ultra vel preter salarium antedictum.
Salva tamen certa parte lucri, quam habere poteritis pro
captionibus legitimis exbapnitorum. Quod si contra
aliquo vel expectato fiet tempore regiminis vestri et pro
venientibus avemorum. Et exactionibus collectarum
pretiorum fructuum comunantiarum et aliorum debitorum
et iurium dicti communis Perusii que vobis committentur
et nostrorum vobis cedat capitula statutorum. Et ad
supradictam exactionem faciendam offitiales et fami-
liares vestros deputabitis ordinatos. Et si quis
veneritis ad regimen prefatum quod absit vos
infirmari vel mori contigerit vel cum de dicto salario
vel expensis vel alio nulla solutio vobis fiet
si personaliter non venietis ad offitium supradictum.
Et si venietis et durante offitium decesseritis excedere
vel quod deus avertat vos mori contigerit infra
dictum tempus complendi offitii solutio dicti salarii
non fiet nisi pro rata temporis quo vos dictum offitium
contigerit exercere. Debetis insuper cuncta
mala punire et in facinorosos animadversionem
habere omnimodam. Et ius et iustitiam personarum
exceptione remota cuilibet observare secundum formam
statutorum et ordinamentorum nostrorum. Statuta ordina-
menta reformationes et quascumque alias provisiones
communis et populi Perusii et alias quecumque tam factas
quam faciendas, non obstante quod in eis non sint
serio sive declarata, Que per expressum decla-
rationis presentes tenent observabitis et firmetis
inviolabiliter observari etiam penis legalibus
aliter disponentibus premissis. Debetis insuper
etiam et super civilibus causis quibuscumque
in Civitate Perusii cognoscere et terminare et ius
et iustitiam cuilibet dicere et ministrare secundum formam
iuris statutorum et ordinamentorum communis Perusii. Cum in civi-
libus universalis cognitio etiam hactenus competere-
bat domino capitaneo populi Perusini quolibet et offitio
potestatis Civitatis nostre ad presens sit offitio
potestatis dumtaxat universale attributa.
Collaterales et Judices in et super civilibus Perusii
per formam statutorum et ordinamentorum communis ... Et
super aliis debent tamen quod sunt sindici defensores
iura communis nostri. Et examinare testes examinan-
dos in compromissis iudicialibus sine alio
precio. Et etiam consulere dominis ... Priori-
bus Conservatoribus monete magistratui et offi-
tialibus Abundantie nostri communis Et ...
sine aliquo salario vel mercede super sibi
[illegible] seu non [illegible] et secundum more
exigentiam statutorum et ordinamentorum [illegible]
solerter. Cum facultatis studium [illegible]
Civitate vigere augere in nostra Civitate
tenemur. Et cetera efficaciter exercere [illegible]
tenebimini ad regimen supradictum. Debetis etiam
de vobis et vestris offitialibus familiaribus [illegible]

nostram et assignam exquisitam facere ad minus
quattuor vicibus quolibet mense et totiens quotiens
per offitiales communis nostri ad hec deputatos vel de-
putandos fueritis requisiti et descriptiones et
remissiones facere in cancellaria communis nostri prout
extitit consuetum. Tenemini etiam et debetis
vestra liberalitate pro honore et magnificentia nostri
communis et nostri refectorii largiri unam de vestris
vestibus de melioribus quas habetis Magistro Anto-
nio Calamuti cittaraiste nostre sale in otto dies a die
vestri adventus. Finito dicto vestro offitio et regi-
mine cum offitialibus et familiaribus vestris pro quibus
respondere et efficaciter satisfacere debetis cumque
per otto dies stare ad sindicatum in nostra Civitate
debetis. Et villicationem vestri offitii reddere te-
nemini omnimodam rationem iuxta formam statutorum
et reformationum nostrorum. Et in fine offitii
predicti cum offitialibus et familiaribus eritis
sindicati. Item tam dictis otto diebus sindi-
catus preteritis quam dictis mensibus et diebus quibus pres-
se debetis ante initium vestri offitii moraturi in ho-
spitio eritis quo volueritis vestris tamen sumptibus
et expensis. Nec poteritis ire ad aliquam terram re-
gimen durante tempore memorato. Et stare
bitis [illegible] dissedendo secundum formam ordinamentorum et
statutorum nostrorum tempore supradicto. Apportare
bitis etiam vobiscum et infra decem dies post
initium vestri offitii offitialibus massariorum
nostri communis assignabitis et tradetis tot balistas
bonas ad electam more offitialium massariorum
predictorum que sint et esse debeant valoris et extimationis
viginti florenorum de auro et quattuor pavensia
de melioribus que habetis. Nostratis etiam
quoddam capitulum statuti nostri inter cetera continet
quod potestas Capitaneus et alii nostri offitiales eligendi
tempore sue electionis et presentationis sindico nostre
electionis huiusmodi presentatori per eorum procuratorem recipere
solemnes promissiones et obligationes facere tenentur
iuramento firmatas. Et si aliquid offitii causa
quod fecerit ipsi vel alter eorum vel aliquis ex eorum
offitialibus et familia in nostra Civitate in aliquo
depraventur non conquerentur nec reclama-
bunt ad aliquam curiam presidem vel offitiales
nec petent nec peti facient in eorum favorem vel
alibi aliquas rephensalias seu sequestrationes
contra ipsum vel singulares personas eiusdem sed
contra predicta obtinebunt licentiam rephendendi
aliquid. Renuntiantes omnibus beneficiis sic
concessis. Et si esset contra commune nostrum vel singu-
lares personas pro communi et homines unius sint nulla
tenus accedent. Quam reformationem deferre
debeatis autenticam et presentare Cancell-
ario nostro die ipsorum adventus vel sequenti et si
secus fieret electio non valeat ipso iure. Et

commune nostrum decernimus in aliquo non teneri. Que
promissiones et obligationes et iuramenta in instru-
mento acceptationis predicte inserantur expresse alioquin dicta ac-
ceptatio et electio sit inefficax ipso facto. De quibus
acceptatione actione et iuramento fiat publicum
instrumentum per infrascriptum notarium nostrum cum instru-
mento electionariis venientem et procuratorem ipsius eligendi
rectoris. Prout in dicto capitulo statuti nostri latius
enarratur. Tenentes indubie si secundum dictam for-
mam veneritis. Secus facta decernimus non valere
protestantes expresse quod ex hoc tamen vobis in aliquo
nolumus obligari. Ceterum ignorare vos nolumus
quod iudices vestri quos ducere tenemini ad regimen
supradictum vacasse debeant a studio perusino ad de-
initiandi vestri offitii annis decem per continuos et inte-
gros tres annos. Et qui in Civitate nostra doctorati
fuerint in aliquo offitio Civitatis eiusdem esse non
possint nisi sex mensibus a die doctoratus proxime com-
putandos. Alias expresse in forma ordinamentorum vobis
in hac parte penalium iudices qui dicto tempore non
vacassent a dicto studio civitatis nostre in exercitio dicti
offitii minus idonei et omnino inhabiles censeantur.
Cuius rei causa Magnificentie vestre presentibus insi-
stimus quatenus electionem hac modo formis et
conditionibus annotatis placeat acceptare. Ut exinde
vestri contenti regimine imposterum disponamur
gratius ad singula conformia votis vestris de
ipsa demum acceptatione infra secundum diem a pre-
sentatione presentium numerandum debeatis celebrari
facere per infrascriptum nostrum notarium solemniter rogatum
publicum documentum. Et suprascripta copia presentium
litterarum nobis easque per prefatum sindicum remittatis.

Nostratis etiam quoddam ordinamentum de sex florenis auri de
[illegible] Antonio de Lapiro [illegible] et nostri magistri Egidii de perusio
[illegible] not. [illegible] aliud ordinamentum [illegible] de ord.
[illegible] aliud ordinamentum de [illegible]

+ Eneatur potestas et Capitaneus et maior
2 sindicus et quilibet eorum scilicet potestas suam
potestariam et offitium et Capitaneus suam
capitaneriam. Et maior sindicus eius offitium
et offitium bene legaliter et fideliter exercere. Et iura
communis perusii defendere et gubernare et principaliter in
veniendis et studiis investigare omni sollicitudine
qua poterit ampliori. Et observare et observari fa-
cere iuxta eorum posse tam ipsi quam eorum et quilibet eorum
iudices et offitiales et quilibet eorum omnia ordina-
menta artium et artis cuiuslibet. Et quicquid in ordi-
namentis artium et cuiuslibet artis continetur. Dummodo
predicta ordinamenta singularum artium sint de facto parti-
culari ipsius artis et de ipsa arte et ad ipsam artem
pertinentia. Et non sint contra commune perusii. Et que
ordinamenta cum usum artium et statutorum communis perusii
perusii. Et teneantur ipsi potestas et Capitaneus et quilibet eorum
et quilibet eorum iudices et notarii cunctis petentibus
reddere facere rationem et sedere publice ad bancum
ad ius reddendum omnibus perusinis et aliis personis
a pulsatu campane communis de mane usque ad sum-

Marginalia, left margin:
[illegible] capellani palatii [illegible]

[illegible] diebus potestas
cum suis offitialibus
familia finito
offitio stare debet
sindicatus

1424

[illegible] florenorum auri
[illegible] capella
[illegible] Nicolay
[illegible] xxiiii [illegible]

Marginalia, right margin:
Nota de vacatione iudicum studii

et offitio [illegible]
et Capitanei [illegible]

pulsationem campane predicte post tertias. Et
a pulsatu comunis ante vesperas usque ad secundam pul
sationem dicte campane post vesperas. Que campana
pulsetur singulis diebus de mane et ante ve
speras eo tempore quo cives debent sedere ad ius redde
dum et post tertias et post vesperas eo tempore quo cives
debent a banca surgere a iure reddendo. Nec habeant
ipsi potestas et capitaneus nec aliquis de eorum familia con
versationem seu familiaritatem cum aliquo perusino
Et non possint ipsi nec alter eorum comedere nec bibere
cum aliquo perusino vel habitatore ipsius Civitatis
clerico vel layco in Civitate burgis vel suburgis
perusinis. Sed extra Civitatem et burgos et suburgos
possint comedere et bibere cum perusinis quando in aliqua
ambasiata pergeret cum eisdem pena dictis po
testati et Capitaneo et cuilibet de eorum familia contrafacienti
.L. librarum denariorum perusinorum pro qualibet vice qua contra
fecerit. Et non possint potestas et Capitaneus nec
alter eorum nec aliquis eorum vel alterius eorum famil
lia et offitialibus nec debeat accipere aliquem equum
in prestantia seu sub acomodatu ab aliquo cive seu
comitatense perusino occasione alicuius ambaxi
ate nec occasione eundi extra comitatum seu districtum
perusinum seu aliquem locum vel alia quacumque causa toto
tempore eorum regiminis presentis in introytu ipsorum regiminis
nisi ab illis personis qui equos consueverint vel
consueverunt dare ad vetturam. Ita tamen quod si ab eis
equos acciperent ipsos accipiant et accipere debeant
ad vetturam ab illis personis a quibus equos ad ver
turam accipere possint pro ambaxiatis comunis perusini
faciendis. Aliter nullius ipsorum equos seu aliqua
arma in prestantiam recipiat. Et si aliquis
contrafecerit pene nomine comuni perusini pro vice qualibet
penam in infrascripto capitulo contentam solvere teneatur.
Et etiam non possint ipsi nec alter eorum nec de
beat recipere in prestantiam ab aliquo de perusio nec
eius districtu nec a clericis nec laycis nec equum
nec aves nec canem ulla de causa. Nec debeat ipsi
vel alter eorum accomodare Civibus perusinis aliquam
ex rebus et animalibus suprascriptis sub dicta pena
sine licentia dominorum priorum. Nec possit recipere
ipsi potestas et Capitaneus Maior sindicus et iu
dex iustitie nec aliquis eorum vel alterius eorum offitialis
ab aliquo perusino clerico vel layco vel ab aliquo in
Civitate vel comitatu perusino habitante aliquid in pre
stantiam vel in mutuo nec donum aliquod de
munus vel enseniam. Et si aliquis perusinus
clericus vel laycus vel habitans in Civitate vel
comitatu perusino aliquid prestiterit seu mutuaverit
vel dederit potestati vel capitaneo solvat pene nomine
vigintiquinque libras denariorum. Et si potestas vel capitaneus ali
quid reciperet contra predictam formam solvat pene nomine
quotiens contrafecerit comuni perusini .C. libras denariorum. Et
tales mutuantes dictam pecuniam ipsam perdat nec
audiatur a suis sindicatoribus tempore sindicatus.

De iuramento potestatis et capitanei
potestatum et capi
taneis perusinis .

Nos potestas et Capitaneus communis et populi
perusini et quilibet nostrum. Iuramus corporaliter
ad sancta dei evangelia tacto libro toto posse
salvare defendere et manutenere in pace unitate
bono statu totum commune et populum Civitatis
et comitatus perusini. Et omnes et singulos cives et comita
tinos et guelfos dicti comunis. Et viduas orfanos
et pupillos et miserabiles personas Ecclesias hospi
talia loca religiosa. Et eorum bona et iura. Et omnia
statuta ordinamenta et reformationes consiliorum
comunis et populi et artium et rectorum dicti comunis
secundum purum intellectum et interpretationem ma
ioris consilii Civitatis. Et studium in Civi
tate perusina manutenere et augumentare pro posse
Et ordinamenta super studio facta vel que fient ob
servare et manutenere. Et exbanpnitos comunis perusini
pro maleficio et proditores capi facere et eos captos
facere detineri donec condempnationes de eis factas
solverint. Et secundum statuta et ordinamenta comunis et
populi perusini punire. Nec aliam studiose nocere
per nos nostram et familiam et operam dabimus
de concordia inter partes nisi demum per partes
steterit. De Civitate perusina non discedemus sine
licentia maioris consilii dummodo possimus
ire et redire per comitatum nostris expensis. Et
ipsa die teneamur ad Civitatem perusinam redire.
Ultra nostrum salarium non petemus aliquid nec
accipiemus. Et promittentes nobis aliquid
illicite et simoniace intra otto dies manife
stabimus in maiori consilio Civitatis perusine
Et stabimus in Civitate perusina finito nostro offitio
cum tota nostra familia et offitialibus ad red
dendum rationem nostri offitii per tempus in statutis comunis
perusini contentum. Cuilibet conquerenti de nobis vel
aliquo nostrum vel de nostra familia. Et non faciemus
nos absolvi nec aliquem de nostra familia offitio
nostro durante et parentelam seu compatria
cum aliquo cive vel comitatense perusino non
contrahere nec alicui nostro familiari contrahenti
consentiemus. Hereticos contra fidem catholicam
errantes nisi parati fuerint ad fidem redire
de Civitate et comitatu expellemus. Et cuncta
eorum bona comuni perusini publicabimus. Latrones
falsarios. assicuratores et Cuniatores et
oppinatores. Et capi faciemus. Et de Civitate
et comitatu perusino expellemus et dabimus
operam quod ulterius non veniet moraturi. Et
predicta omnia faciemus cum accusatore et sine
accusatore. Statuta populi perusini et reformationes
artium et rectorum servabimus. Et in qualibet
ebdomada ad minus mictemus et quilibet nostrum
mictet ad custodiam Civitatis unum ex mi
litibus nostris. Et cuilibet nostrum vel iudicibus cum

alios de mea familia toto tempore mei offitii et aliis
rerum et omnia et singula supradicta firmiter
adimplebimus

[margin: De quibusdam spectantibus ad offitium potestatis et capitanei]

iiij Potestas et capitaneus et quilibet eorum
teneantur et debeant tractare et facere
omnem honorem et utilitatem Civitatis Perusii et
utilitatem communis statuum et eidem. Et in
omnibus quibuscumque querimoniis proponendis
apud eos et quemlibet eorum et ultra aliquem eorum judices in
scriptis vel sine scriptis jus facere et reddere et
stare domane et de sero secundum pulsationem
campane ordinate ad sonandum pro jure
reddendo et facere debeat stare hostia aperta per
quo jus redditur. Et nulli coram eis deo
tempore iure volenti claudatur. Et statuta et or-
dinamenta communis et populi Perusii observare et consue-
tudines approbatas et questiones diffinire
facere per se et suos judices vel alium cui com-
miserit infra tempus ordinatum per commune
Perusii. Et tractare inter partes concordia facien-
da si de partium fieri poterit voluntate remo-
to hodio amore et timore vel prece per que jus
alicuius tolli possit. Capitaneus vero predictus teneatur
pro posse suo defendere et manutenere salvare
et guardare omnia castra et jura et loca et
jurisdictiones et villas et communantias civitatis
et comitatus Perusii bona fide sine fraude ad totum
id quod ad honorem laudem et bonum statum Civi-
tatis et comitatus Perusii spectet et noscatur perti-
nere. Et siquis accesserit coram potestate vel
Capitaneo vel alteri eorum judicibus et notariis eorum
vel alicui eorum vel aliquibus offitialibus communis
Perusii ad proponendum factum suum vel sui amici
in aliquo consilio vel alio loco, dummodo illud
factum non sit contra Comune Perusii potestas et
capitaneus aut alii offitiales communis Perusii non possint
nec debeant aliquam verecundiam vel grava-
men aliquod sibi inferre prohibeatur ne
suum jus petat vel proponat sui amici vel amicorum
suorum. Et si contrafecerit per potestatem vel Capitaneum
vel alios offitiales communis Perusii teneatur ille qui
contrafecerit vel gravamen intulerit ei cui
esset illata ~~iniuria~~ verecundia vel gravamen
reficere omnes expensas quas occasione illius
gravaminis sustinere et centum libras denariorum
communi Perusii pene nomine solvere teneatur. Et potestas
et capitaneus quemlibet intelligere debeat et audire
de jure suo sui et amici ad penam supra
notatum. Teneantur et potestas et capitaneus
dare operam juxta posse quod ubi integritatem
dispositiones facta et facte inter nos et nostras vicinan-
tias ubicumque sunt possint reconciliari et de
hiis concordiam fieri. Et cuncti nostri Cives et

comitatenses nec stare et redire cum eorum rebus
sine aliquo impedimento valeat et secure.

[margin: De forma juramenti judicum sotiorum domicellorum et bervariorum dominorum potestatis et Capitanei]

v De ~~militibus~~ judices milites et sotii domicel-
li et bervarii potestatis et Capitanei juramus
ad sancta dei evangelia facere et exercere offitia nobis
commissa et committenda et adimplere bona fide sine
fraude omnia que expectabunt et spectant ad nostrum offitium
et nobis imponentur sine aliqua exceptione perso-
narum secundum leges et statuta communis et populi Perusii et con-
suetudines approbatas remoto hodio amore
timore pretio vel precibus alicuius.

[margin: De juramento notariorum potestatis et Capitanei]

vj De notarii potestatis et Capitanei communis et populi
Perusii. Juramus ad sancta dei evangelia bona
fide sine fraude dare operam consilium et auxilium
potestati et capitaneo communis Perusii ad conservandum omnia
capitula statuti et per nos observare in nostro offitio. Et
ad conservandum dictum regimen omnes et singulas personas
ipsius communis in bono statu et unitate. Et ad hoc
operam dare nec tractare nec contrahentibus con-
sentire aliquid contra honorem potestatis et capitanei nec
furtum facere de rebus communis nec facienti con-
sentire. Et si sciverimus aliquem contrafa-
cientem potestati et capitaneo quam citius poterimus ma-
nifestabimus. Et omnes libellos et accusationes
et inquisitiones et acta causarum si fuerimus cum judice
ad offitium deputati in quaternis communis scribere et pu-
blicare omnes scripturas nobis commissas a potestate
vel capitaneo vel judice sub quo erimus. Et non vi-
tiare easdem et ipsas scripturas autenticas dare
infra otto dies postquam a nobis fuit petite sine
pretio. Et si comodum non fuerimus exemplandi
dabimus ipsas scripturas parti vel partibus
incontinenti ad eorum petitionem cuicumque notario volent
partes ad exemplandum. Et si recusaverimus
pena quaque vice qualibet contrafacientes et vetans
illi cui vetaverimus viginti quinque libras denariorum
solvere teneamur et denuntiatoris sacramento credatur.
Et observabimus bona fide que in statutis de nostro
offitio continentur. Et statuta facta populi Perusii
observabimus. Si fuerimus cum judicibus deputati
et continue stabimus sine fraude ad nostrum offitium
exercendum. Et omnes credentias nobis impositas a
potestate vel Capitaneo vel judicibus seu consilio vel
ab alio cum erimus in offitio secretas tenebimus
et eas nulli manifestabimus donec erunt publi-
cate. Testes interogabimus cum eos receperimus
et antequam testis recedat a nobis legemus eisdem in-
tegraliter et vulgariter dictum suum. Ita quod sum

bene intelligere possint. Et aliud non petemus nec recipiemus pro nobis vel aliquem ultra id quod fuerit concessum per statutum, nec emenius vel emi faciemus aliquid fraudulenter. Et hec omnia et singula observare iuramus remoto hodio et amore pretio timore precibus aliculus specialis persone spatii lucro vel dapno. Et hoc capitulum nostri iuramenti omni mense legemus ut predicta possimus melius memorie commendare.

De electione trium offitialium exactorum

Omnium utilitati tam circa habundantiam pecunie camere comunis Pistorii. Et ut debentes solvere dicte camere solemnibus temporibus debitis persolvant occurrentia onera; quam etiam circa conservationem subiectorum et maxime comitatensium qui retroactis temporibus in exactionibus Pistorii quodammodo fuerunt exausti salubri edicto providere volentes. Statuimus et ordinamus per hanc legem aurream inviolabiliter observandam quod decetero eligantur et debeant eligi de sex mensibus in sex menses tres boni homines de populo Pistorii. Qui vocentur directores et unum ex ipsum notarium. Qui sint et esse debeant offitiales comunis Pistorii ad sollicitandum omnes et singulas exactiones fiendas pro comuni Pistorii de omnibus et singulis que deberent ipsi comuni et cuicumque camerarii dicti comunis tam conservatorum monete quam etiam massariorum dicti comunis quam et offitialium campionis bladi vel cuiuscumque alterius camere dicti comunis. Et dictam debitam cum effectu exigi et exequi faciendum per offitiales et exactores comunis Pistorii ad hec specialiter deputandum. Qui boni homines et offitiales et notarius et notarius eorum ex debito sui offitii teneantur et debeant perquirere et investigare a dominis conservatoribus monete massariis et quibuscumque aliis offitialibus comunis Pistorii de omnibus et singulis debitis et exactionibus que deberentur per quoscumque et qui ex quacumque causa ipsi comuni Pistorii et ipsis camerariis et cancellariis eorum et quorum eorum notarius de predictis debitis registrum facere teneatur. Et quod nichilominus ipsi conservatores massarii offitiales campionis et alii offitiales comunis Pistorii aliquid debentes exigere vel recipere pro comuni et eorum notarii super introitibus vinculo iuramenti et sub pena C. librarum denariorum pro quolibet eorum teneantur et debeant infra XV dies proxime sequentes a die finiti termini in quem aliquibus non solvissent quod solvere debuissent ipsi comuni dare in scriptis et per extractus dictis tribus offitialibus et eorum notario sub dicta pena nomina et pronomina debentium aliquid solvere et quantitates quas deberet et et eorum fideiussores. Qui tres offitiales teneantur dare eidem exactori incontinenti nomina et pronomina debentium solvere et fideiussores et quantitates. Et instare et protestari eidem quod dictas exactiones facere teneatur realiter et personaliter et quibuscumque remediis infra mensem a die sibi datorum nominum et quantitatum predictarum

postquam eis et eorum notario infrascriptis consignata fuerint pena .XXV. librarum denariorum pro quolibet eorum et qualibet vice per eorum sindicum aufferenda. Teneantur insuper predicti offitiales perquirere et investigare omnes et singulas condepnationes dominorum potestatis et capitanei et aliorum offitialium forensium comunis Pistorii fiendas in futurum que exacte non fuerint. Quas in dicto registro poni et scribi faciant per eorum notarium. Et nichilominus potestas et capitaneus et alii offitiales forenses et quilibet eorum teneantur et debeant dictis offitialibus infra otto dies a die condepnationum factarum infrascriptis dare dictis tribus offitialibus et notario nomina et pronomina hominum et personarum per eos vel alterum eorum condepnatarum et declaratas quantitates in quibus condepnati sunt sub pena dicti declarata. Quibus sic predicti offitiales et eorum notarius teneantur et debeant dicto offitiali exactori dare et per eundem exigi facere dando eidem catastrum et bona talium condepnatorum per quibus inquirere debeant quibuscumque modis et prout melius et habilius viderint convenire. Que bona publice subastari debeant per dictos offitiales vel alios quibus duxerint committendum et plus offerenti dare vendere et stabilire et dicti offitiales vel alii quibus commiserint auctoritatem presentis statuti intelligantur et sint sindici comunis Pistorii ad predicta faciendum specialiter constituti. De quibus bonis vendere teneatur usque ad integram satisfactionem dictarum condepnationum et cuiuslibet earum. Que venditio et subastatio fieri debeat infra mensem a die notifficationis facte dicto exactori de condepnatione predicta pena dictis offitialibus et dicto exactori si negligentes fuerint in predictis C. librarum denariorum pro quolibet eorum. Et nichilominus predicti postea facere compellantur. Volumus etiam statuentes quod predicti tres boni homines et offitiales sic eligendi sint et esse intelligantur offitiales super indebitis et inmoderatis gravaminibus que quotidie fierent civibus et comitatensibus pistoriensibus et aliis quibuscumque qui diceret vel allegaret coram eis se indebite vel inmoderate gravatos vel oppressos per aliqua exactione que fieret nomine comunis Pistorii vel cuiuscumque huius camere ac comunis ab offitialibus quibuscumque transmissis seu bauli vel berruariis et familiaribus cuiuscumque offitialis comunis Pistorii vel aliis quibuscumque personis. Que gravamina indebita et inmoderata illata possint et debeant tam per se quam per dictum exactorem prout eorum discretioni videbitur convenire tollere corrigere et tolli facere dicta gravamina per dictum exactorem. Qui etiam exactor circa predicta plenam habeat potestatem. Et etiam puniendi dictos bauli vel alios gravatoribus et infrascriptis penis et per hiis que fecerit contra dictos baulos et gravatores. Et pro omnibus detentionibus gravaminibus que eis inferretur sindicatum non valeant ullo modo. Habeant etiam coadiutores

et iurisdictionem dicti directores de et super omnibus
litibus et controversiis vertentibus et que verterentur inter
emptores quarumcumque comunantiarum comunis Pistorii et
inter fancellos ipsorum et etiam inter quascumque personas occasione
et occasione gabellarum et dependentium ab eadem
et nomine et occasione datiarum et collectarum solutarum
et que solvi deberent ipsis emptoribus vel aliis
personis vel dicto comuni Pistorii et etiam inter quas
cumque personas occasione dationis societatis denariorum co
munantiarum sive gabellarum. Et etiam habeat cognitionem
et iurisdictionem quarumcumque exactionum et executionum
que fieret vel fieri deberet pro dicto comuni vel pro aliis
personis vel comunitatibus pro dicto comuni vel occasione de
dicti comunis, cum dictas lites videndi diffiniendi et termi
nandi summarie et de plano sine strepitu et figura
iuditii et sine solutione alicuius denarii. Et quod
a sententiis pronuntiationibus et preceptis et licentiis et
aliis gravaminibus ferendis per dictos directores
non valeat nec possit appellari nec de nullita
te dici modo aliquo seu forma et exequi debeat
per omnes officiales eorum exigentiam pena X.
librarum denariorum. Et ne in posterum comitatenses comitatus
Pistorii more solito indebite agravrentur. Statui
mus et ordinamus quod bayuli quicumque, beruarii
et alii officiales comunis Pistorii pro ipsis exactionibus
fiendis, debendis ipso comuni Pistorii et debitis vel
aliis emptoribus vel habentibus causam ab ipso comuni
non possit ire seu accedere intus vel extra
in et per comitatum Pistorii ad gravandum dictos
comitatenses vel alios in comitatu sine expressa
predicta licentia et bolletta seu sigillo ipsorum trium
officialium pena dictis bayulis et aliis contrafa
cientibus pro quolibet eorum quinquaginta librarum denariorum
de facto eis et cuilibet eorum auffenda ad petitionem
cuiuscumque petentis. Cuius pene medietas sit
et esse debeat denuntiantis vel accusantis coram
dicto exactore. Quam medietatem massarius
comunis Pistorii sine alio stantiamento vel appodissa auc
toritate presentis statuti, statim quod dicta con
depnatio soluta fuerit dicto denuntianti vel ac
cusanti dare et solvere teneatur pena C. librarum denariorum.
Et si tres boni homines non concedant se permictat
quod aliquis. Cum possimus vel alius preter
bayulum et beruarium dicti exactoris vadit
in comitatu ad faciendum aliquam exactionem
nomine comunis Pistorii vel aliquarum aliarum personarum
specialium habentium causam a comuni. Et ubi ne
cesse fuerit aliquem mictere extra bayulum et beruarium
mictatur unus ex notariis dicti exactoris. Qui
bayuli et beruarii et notarii predicti habeant et
habere debeant pro expensis eorum et salario triginta

solidos denariorum pro qualibet die qua iverint sine notario habere
debeant tantum viginti solidos denariorum pro quolibet die inter bayulos
et beruarios a comuni Pistorii ad mandatum dictorum trium
bonorum hominum sine alio stantiamento vel apodissa ab offi
tialibus comunis Pistorii quibuscumque pro quacumque executione
mandaverint. Et hoc locum habeat cum notarius iverit
vel accederet pedes et sine equo. Quando vero equo
accederet habeat ultra V solidos denariorum pro quolibet die et nichil
aliud percipere vel habere possit sub pena C. librarum denariorum si
contrafecerit pro quolibet eorum. Et quicquid dicti offitiales
comunis Pistorii solverent occasione predicta debeat recuperare
et exigere ab illis contra quos fiet dicta executio. Si
vero exactiones fierent ad petitionem singularium
personarum habentium causam a comuni, dicte singu
lares persone dictam quantitatem et salarium solvant
et dictum recuperare habeat ab illis contra quos exactio fiet.
Et nichilominus bayuli beruarii et alii qui dicta
gravamina intulerint contra vel preter formam presentis
statuti et ordinamenti, de ipsis gravaminibus que
fecerint vel intulerint contra vel preter dictam formam accu
sari possint coram potestate vel capitaneo de furto vel rob
baria non obstante aliqua alia licentia sibi con
cessa per quoscumque alios officiales que sibi patrocina
ri non debeat in aliquo. Et quod pessimum genus
exactorum et bayulorum est pignora que accipiunt
et gravamina que infert modicum curat publi
care seu manifestare. Et potius ipsa celant et
occultant et in eorum comodum contractant et convertunt.
Statuimus et ordinamus quod quilibet bayulus vel alius qui
predictis exactionibus pignora quecumque acceperit
seu gravamina intulerit teneatur et debeat ipsa
denumptiare et referre notario trium offitialium
in decem diebus a die illati gravaminis sub pena
X. librarum denariorum pro quolibet bayulo vel alio et qualibet vice.
Que pena predictum exactorem debeat auferri
de facto. Et nichilominus si dictas relationes non
fecerit infra dictum tempus possit coram
potestate vel capitaneo de furto vel robbaria accusari
non obstante aliqua licentia sibi concessa. Que ex tunc
penitus cassa haberi debeat ipso iure. Teneantur
etiam predicti bayuli vel alii aliqua quecumque abstu
lerint et alia pignora reduci facere vel apportari
in Civitate Pistorii vel ad alium locum ubi dictis tribus
offitialibus videbitur assignanda illis vel illi quibus
dicti tres offitiales et boni homines duxerint eligendos
vel eligendum in dictum eorum sub dictis penis.
Prefati offitiales teneantur et debeant ad minus
duo ex eis cum eorum notario saltim duobus
diebus in ebdomeda, videlicet die veneris et die sab
bati sub volta sancti Herculani publice sedere et
moram trahere ad audiendum quaslibet querelantes.
Et habeant et habere debeant dicti offitiales et eorum notarius
et quilibet eorum pro eorum salario dictorum sex mensium

auctoritate presentis statuti sine alia apodissa vel precepto quindecim florenos pro quolibet directore notarius non decem florenos a conservatoribus monete seu massariis communis predictis. Et ultra dictum salarium aliquid aliud habere vel petere non possit. Tamen quilibet notarius pro qualibet licentia quam scripserit vel subscripserit petere a privatis personis quinque soldos denariorum pro qualibet licentia et ultra dictum salarium aliquid non debeat recipere vel habere. Et si contingerit quod aliquis dictorum trium bonorum hominum vel eorum notarius infirmaretur moreretur vel ex aliqua rationabili iusta causa se absentaret quo casu domini priores et camerarii artium possint et debeant loco dicti talis ponere et substituere sive surrogare alium. Et hoc capitulum et contenta in eo locum habeant in futuris.

Quod cancellarius notarius priorum et alii notarii qui fuerint rogati de aliquo contractu seu instrumento teneantur ipsum scribere in libro cancellarie communis perusii. Rubrica.

viij

Item cancellarius notarius priorum et notarii potestatis vel capitanei vel aliquis eorum et seu aliquis eorum notarius fuerint rogati de aliquo contractu communis seu aliquem contractum emptionis vel permutationis vel sindicatus vel alterius rei seu alterius conditionis pertinentis vel spectantis ad dictum commune fecerint vel rogati fuerint facere teneatur ille notarius qui tale scripserit vel fecerit instrumentum seu contractum intra quindecim dies postquam rogatus fuerit ipsum cancellario cancellarie assignare. Qui cancellarius teneatur et debeat scribi facere per eundem et autenticare. Et ipse etiam teneatur de hiis de quibus rogatus fuerit in publicam formam scribere in quodam libro qui esse semper debeat in cancellaria communis de cartis pecudinis et ligatum et copertum cum assidibus et vocetur liber contractuum communis perusii. Quod si non fecerit teneatur solvere communi perusii nomine pene .C. libr. den. In quam penam maior sindicus debeat condempnare contrafacientes et predicta non observantes. Et dictum librum fieri faciant massarii communis perusii ad petitionem dicti cancellarii sine alio precepto vel mandato.

De electione et offitio notariorum palatiorum et de offitialibus et offitio super fornariis panis coquentibus vinis fontibus et inactonatis. Rubrica.

viiij

Statuimus et ordinamus quod ad scribendum omnia acta et scripturas civilium causarum ad copiandum ad bancos maiorum et protestationes scribendum eligantur et publicentur sive insaculentur et publicentur viginti otto notarii. Scilicet duo in palatio domini potestatis ad copias ad bancum maleficiorum ad copiandum et protestationes faciendum scribendum. Et quattuor pro qualibet de qualibet porta porte sancti petri sancte subxane et eburnee porte sancti angeli et porte solis cum iudicibus causarum civilium domini potestatis. Quinque alii notarii sint ad scribendum acta in causis insinuationum et cassationum et unus notarius sit in palatio maioris sindici super appellationibus et copiandis processibus causarum civilium et protestationes scribendum. Quorum notariorum offitium duret et durare debeat sex mensibus. Et nullus notarius qui fuerit sex mensibus in aliquo dictorum offitiorum possit ad idem offitium seu in eodem offitio in aliquo dictorum palatiorum esse vel eligi inde ad sex menses a die depositi offitii. Et si aliter eligeretur electio non valeat et acceptans puniatur in .L. libr. den. Et si quis notarius electus ad aliquod offitium de predictis ad ipsum esse noluerit seu ipsum renuntiaverit possint domini priores artium eligere alium et deputare loco sui qui tamen esse possit de iure secundum quod superius dispositum est. Et teneat huiusmodi electio et comprehenditur ac si ad predicta electus esset et hoc etiam trahatur ad preterita. Ut quod priores predicti potuerunt eligere loco renuntiantium dicto modo et valeat et teneat scripta et scribenda per notarios sic electos. Quemadmodum si per aliam formam a statutis traditam electi fuissent seu essent. Et quilibet dictorum notariorum stet et scribat sub iudice et cum iudice sue porte ad locum et bancum sibi deputatum tantum. Et non possit nec debeat scribere sub alio iudice vel in causis seu questionibus coram alio iudice et testibus. Et in causis civilibus actor debeat adeat iudicem sue porte et non alium de qua actor porta seu loco esset conventus. Exceptis hiis casibus in quibus aliter esset dispositum per formam presentium statutorum. Et cum primus notarius inceperit scribere in una causa nullus alius scribere possit vel debeat in eadem donec primi notarii durabit offitium pena cuilibet notario contrafacienti in aliquo ex predictis centum libr. den. pro quolibet et qualibet vice. Salvo si aliquis notarius qui in causa scribere incepit vel scripsit esset in infirmitate vel alia iusta causa impeditus vel esset absens vel si placuerit litigantibus vel alteri litigatorum alium notarium de notariis scribentibus ad eandem bancam adesse ad scribendum possit scribere cum notario qui scribere cepit in causa. Dictis casibus alii notarii et statuta in preterita in dicta causa ac dum tamen variari non possit

[Right margin, later hand, faint:] si aliquis ex notariis nollet esse in suo officio priores possint alium eligere ... / actor debeat adire iudicem sue porte / ... / si placuerit litigantibus ...

ullo modo unum, modo alium eligendo. Et
nullus alius notarius de eorum mandato de of-
fitio dictorum copiatorum se intromictere possit
sub dicta pena nec scribere possit ad banchas
maleficiorum in predictis ad quae deputati sunt et
dicti copiatores possit tamen quando ius non red-
detur alium notarium vel alios notarios vo-
care ubi necesse esset pro copiandis scripturis
et dandis partibus. In maleficiis autem seu cri-
minalibus causis dicti notarii se intromictere
non valeant sub dicta pena nisi copiando
et protestationes scribendo ut dictum est
quas scribere teneantur prout erunt rogati
sub pena .L. librarum denariorum si scribere noluerint et
pro qualibet vice et potestas et capitaneus vel alii
offitiales communis Perusii alicui notario nequeant
prohibere quod non scribat protestationes quas
aliquis vellet facere eis vel alteri eorum. Contra
non faciens Centum librarum denariorum nomine pene communi
Perusii solvere teneatur et de hoc debeat singulariter
sindicari. Et quod nullus notariorum predictorum
possit vel debeat in palatio in quo habet offitium
facere vel exercere aliquam procurationem vel ad
vocariam pro aliqua alia persona, nec pro-
priam causam incipere seu movere Coram
Iudice ad cuius banchum scribere deputatus
esset durante offitio ipsius notarii. Possint
tamen dicti notarii propriam causam movere et prosequi
Coram Iudice alterius porte non obstante quod
non esset Iudex sue porte. Et si secus fieret pro-
cessus non valeat et incidat in penam xxv.
librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et pro qualibet vice.
Cui tamen postquam eum elegerit variari vel mu-
tari non possit non obstante quod non esset de sua
porta. Et nullus alius notarius ipsius scriptu-
ras quas scribere debent ipsi notarii vel que
ad eorum offitium spectabunt scribere vel facere pos-
sit et si fecerit non valeat ullo modo. Et ipsis
scripturis nullatenus habeatur fides. Unus
autem sotius sit et esse debeat super tabernariis
pizicarellis panicoculis fornariis et super fontibus
reactandis mundandis et meliorandis et pur-
gandis ubi fuerit opportunum, cum quo sit
unus ex notariis potestatis cum sotio potestatis
Cum sotio vero capitanei sit unus ex notariis
capitanei. Debeat insuper dictus sotius cum
suis notariis superesse portis qui videant
ad stratam per burgos Civitatis et burgos et pal
loctantibus et balistariis et possit et debeat
ex eorum offitio inquirere de omnibus eis commissis

et accusari et condempnari possit contrafacientes in
predictis et quolibet predictorum. Et quod potestas et Capitaneus et eorum
Iudices teneantur inquirere de omnibus eis commissis
et accusari et condempnari possit contrafacientes
in predictis et quolibet predictorum. Et quod potestas et capitaneus
et eorum Iudices teneantur inquirere publice et secre-
te aliquo capitulo non obstante. Contra dictos pallottatores
vel balistatores Et quem invenerit cum balista vel
palocterio per Civitatem et burgos causa balistandi
vel pallocthandi auferant sibi de facto centum soldos
denariorum pro qualibet balista et pallotterio. Et pallotterium
et balistam accipiant et cum devenire faciant in commune
Et nichil omnius possit quilibet accusare et habeat me-
dietatem banni. Et quod etiam esse debeat sotius potestatis
super mundatione et purgatione et exoccupatione
platee communis Perusii et platee nove de supmuro et
platearum communis et omnium aliarum viarum Civitatis et bur-
gorum et comitatus Perusii fieri faciendo et teneatur et
debeat per se et dictos notarios vel alterum eorum per
qualibet septimana ad minus et toties quoties
viderit convenire circuire ipsam plateam magnam
et supmuri voltam palatii communis et ōmēs alias
vias Civitatis et burgorum Perusii sive sint mat-
tonate sive non et portas Civitatis et burgorum
et plateas ipsarum, ne in ipsis plateis viis vel aliis
predictis fiat vel sit aliquod impositum turpi-
tudo vel immunditia terra lapides murice vel
litam vel aliquod impositum contra formam statuti.
Et si invenerit ipsi vel alter eorum aliquid de predictis
contra formam statuti credatur eis vel alteri eorum et illorum
alterius eorum. Et puniatur quilibet contrafaciens et
non elevans vel removens vel immundas ad
terminum sibi datum per ipsum sotium in xx soldos denariorum
que pena sibi de facto auferatur pro qualibet vice
et quolibet precepto et qualibet die nulla alia solem-
pnitate requisita, non obstante aliquo capitulo precedenti
te vel sequente quod in contrarium loqueretur. Et hoc
non intelligatur in illo qui edifficaret vel edifi-
care vellet aliquod opus, qui possit donec edi-
ficat vel edifficare vellet imponimenta tenere impu-
ne Et hoc remaneat in arbitrio et discretione
Iudicantis. Item quod ad honorem et decorem pertinet
Civitatis. Et platee communis Perusii magnarum alia
platea nova communis que supmurum. Et strate et
vie Civitatis et burgorum sint mattonate. Et con-
servetur mattonate postquam mattonate fuerint,
et ad hoc ut omni die non sit necesse quod nova
fiat ordinamenta super hac materia et reformatores
ordinaverunt providerunt et reformaverunt hoc predictum etc.

in perpetuum valituro. Quod domini priores dictum
quesierint de mensibus julii et augusti sub pena centum
librarum denariorum pro quolibet priore qui in predictis negligens ex-
titerit teneantur et debeant facere expensis et sumptibus
communis Pistorii mattonare plateam novam communis Pistorii
que est superius et stratas et vias que sunt in Civitate et
burgis Pistorii. Et in consilio ad hoc ad hoc et ad talia
consueto bappnire facere si est aliquis qui velit conser-
vationem dictarum stratarum et viarum sic mattonatarum suscipere
per tempus quinque annorum. Et illi qui pro minori
pretio se facturum obtulerit stabilire. Et potestatem habeant
dicti domini priores pecuniam dari facere per massarios
communis Pistorii de quacumque pecunia ad manus ipsorum perventa
vel perventura. Et ille cui dictum opus stabilitum
fuerit det et dare teneatur et cogatur bonos et ydoneos
fideiussores de manutenendo et conservando dictas pla-
teas stratas et vias sic mattonatas et de reparando
que destruerentur in aliqua parte et teneantur infra
otto dies suis sumptibus facere reparari a die quo
fuerint destructe vel devastate. Quod si non fecerit in
centum libris denariorum pro vice qualibet per maiorem sindicum
debeat condempnari ad petitionem cuiuscumque petentis.
Et etiam miles et sotius maioris sindici teneatur
perquirere per Civitatem et burgos ubi essent destructe
vel devastate platee predicte et strate et vie, et
talem cui dictum opus stabilitum fuerit cogere ad
reactandum et reparandum ut necesse fuerit. Et
si in predictis negligens fuerit per suos sindicatores tempore
sui sindicatus in .X. libris denariorum debeat condempnari.
Debeant etiam et teneantur dictus sotius et notarii
dicti maioris sindici et judicis iustitie et quilibet
eorum rimari in qualibet ebdomeda omnes et singulas por-
tas Civitatis et burgorum, ne in plateis ipsarum portarum
vel circa ipsas portas aliqua turpitudo seu inmunditia
proiciatur. Et si invenerint in dictis plateis vel circa
ipsas portas turpitudinem aliquam seu inmunditiam
debeant et possint eorum offitio inquirere et polluentes
sive deturpantes seu proicientes si non elevaverint
termino eis assignato condempnent pro vice qualibet in
centum solidis denariorum communi Pistorii. Et teneatur dictus
sotius et notarius et quilibet eorum ut superius con-
tinetur rimari omnes et singulas stratas et vias
mattonatas et alias vias et removeri facere
omnes scalas sedilia lapides seu ligna. Et omnia
alia impedimenta in ipsis stratis et viis posita et in
futurum imponenda extra muros domorum secundum
primas diffinitiones inter communem et homines spetiales qui habent
terrenum aliquod communi iniuste (?). Volumus tamen quod liceat
cuilibet sine pena eo quod dictum est superius non obstante
habenti ante domum suam unum bancum de ligno amplum
versus viam duobus pedibus ad pedem communis Pistorii.

Et hoc posse fieri in illis viis intelligatur dum-
taxat ubi vie a dictis viis ample otto pedibus
remaneret ad pedem superius nominatum. In aliis
non viis arctioribus bancum habere vel aliquid facere
volumus non licere. Et si quis bancum tenue-
rit ultra dictam formam vel in aliquo alio loco vetito
et prohibito puniatur pena XXV. librarum denariorum per potestatem
vel capitaneum vel maiorem sindicum judicem iustitie et
dicta banca reducantur ad dictum modum pena XXV.
librarum denariorum potestati capitaneo et maiori sindico judici
iustitie negligenti. Ille autem ante cuius domum
fuerit inventa turpitudo vel inmunditia teneatur solvere
pro vice qualibet pene nomine quinque soldos denariorum. Et ipsas
inmunditias terram vel letamen et impedimenta removeri
faciat dictus sotius vel eius notarius vel sotius aut
notarius maioris sindici judicis iustitie de viis
publicis et vicinalibus et plateis et aliis locis supra-
dictis et volta palatii communis Pistorii removeri et purga-
ri de putredine et inmunditia facere teneatur. Debeat et
quotiens opus erit facere inquisitionem a camorariis
qui sunt circa plateam communis Pistorii de putredine que
fieret in dicta platea. Et si invenerit aliquem culpabilem
de predictis per inquisitionem quam faciet, debeat et te-
neatur ille qui inventus fuerit culpabilis pro vice qualibet
solvere communi Pistorii X. libras denariorum. Preterea volumus
et quilibet ex predictis judicibus sit ad infrascripta offitia
et deputatus et ordinatus per presens capitulum vel aliquod
aliud in toto presenti statuto contentum cum suis notariis
vel notario offitium vel offitia ad quod vel que ordinatus
fuerit et ut dictum est, cum suis notariis solicite
facere et exercere debeat et teneatur secundum formam statu-
torum ipsorum. Et cogere quemlibet ut sibi commissum est per
formam alicuius statuti artem suam bene et fideliter
exercere secundum formam et tenorem capituli statuti loquentis
de predictis ad penam in ipsis capitulis vel capitulo denotatam.
Dummodo judex maleficiorum potestatis vel capitanei non de-
beat se intromictere in aliis questionibus nisi in
maleficiis tantum. Possit tamen judex maleficiorum interponere
auctoritatem super curis minorum volentium se repre-
sentare coram eo contra aliquem accusationis denuntiationis
vel inquisitionis que fieret contra tales minorem vel vo-
lentium accusare. Item statuimus et ordinamus quod
sotii et offitiales potestatis et capitanei positi super
offitio viarum. Et potestas et capitaneus et eorum et quilibet eorum
offitiales teneantur et debeant compellere ad petitionem
cuiuscumque petentis omnes et singulas personas domos
habentes prope rembuctos et vias vicinales et planeas
et docciatas novas facere et factas remundare ex-
pensis et costamentis habentium domos iuxta ipsas vias
et rembuctos. Et possint ipsi offitiales et quilibet eorum
et debeant et teneantur imponere penam cuilibet eorum contrafacienti
facere predicta. Et contra non obedientes in summa predictis .V. librarum

dem punire et condempnare et ipsam penam pro
comuni aufferre et exigere de facto sine aliqua cede
pnatoe inquisitione vel denuntiatione fienda
Et si dicti offitiales vel aliquis ipsorum fuerint
negligentes tempore eorum sindicatus comuni
Pisis de eorum salario solvere debeat xxv. libr. den.
Item teneantur dicti soprastantes et offitiales facere expe
dirj et removerj et actarj quemlibet fontem et
aqueductum sive clovanam quorumlibet fontium
existentium prope Civitatem Pisis per duo
miliare et in Civitate predicta ad petitionem
petentis et ex suo offitio expensis comunis Pisis
fontes vero qui essent ultra miliare et intra
miliare qui sint in territorio alicuius castri vel
ville mundentur et aptentur. et destructi refi
ciantur et reparentur expensis hominum ipsius
castrj. vel ville in cuius iurisdictione sint. et
pro illis vero qui debent fieri expensis comunis
Pisis intra miliare ad petitionem dicti offitiales
priores artium qui pro tempore erunt vel fuerint
teneantur facere appodissas et ipsos solvi facere
de quacumque pecunia que esset in camera massario
rum et pro quolibet facto ipsius comunis pena C.
libr. den. Et si aliquis dictorum offitialium
fuerit negligens puniatur ad petitionem cuiuslibet petentis
in quinquaginta libr. den. Ita quod dicta aqua ad dictum
fontem libere decurrat. Et facere devastarj terram
sive impedimentum quod est post vel circa ipsos fon
tes. Item Statuimus et ordinamus quod quicumque
qui fecerit vel fecisset aliquem puteum vel aliquid
aliud propter quod aqua alicuius fontis publici vel
vena alicuius vel ipsius fontis impediretur vel
minueretur quod dicti offitiales et ipsorum quilibet
teneantur et debeant supra predicta illi vel illis qui
predicta fecerit vel commiserit. quod infra terminum
eidem per dictos offitiales vel alterum eorum adsignatum
ipsum puteum debeat replere et repleuisse
Et omnem novitatem quam fecisset in preiuditium
ipsius fontis removerit et removisse ad penam
C. libr. den. Et nullus possit vel debeat facere
vel tenere aliquam trossiam prope aliquem
fontem per xv passus pena C. libr. den. pro
quolibet contrafaciente. Item Statuimus et or
dinamus. quod quicumque sua auctoritate eva
cuaverit vel evacuarj fecerit aliquem fontem publicum
vel derivaverit aquam ipsius fontis. Ita quod non
veniat ad ipsum fontem vel aliquam foveam sive
laborerium fecerit vel fieri fecerit propter quod dictus
fons et aqua ipsius fontis possit evacuarj
vel modo aliquo ledi solvat comuni Pisis pen
nomine xxv. libr. den. Et de predictis potius et

capitulum. Et ipsorum quolibet et eorum cuilibet eorum offitiales pos
sint et debeant inquirere et inquisitionem facere publice
tam cum promotore quam etiam sine promotore. Et habita
publica voce et fama. Contra malefactores ad formam
procedatur vel per unum testem. Et hoc capitulum potius
et capitulum et quilibet eorum in principio eorum regiminis publice
bapmiri facere teneantur vinculo Iuramenti prestiti.
Item teneantur et debeant ad petitionem cuiuslibet petentis
dicti offitiales cogere et cogi facere omnes et singulas
universitates castrorum et villarum qui propinquiores
sint infrascriptis fluminibus et fossis. Qui te
neantur et debeant elevare et radicitus devastare omnes et
singulas clusas muros pilastras et omnia alia
impedimenta facta et posita in fluminibus Cayne et
nestoris que non possint remanere secundum formam
statutorum. Et quod dicti offitiales teneantur et debeant ad petitionem
cuiuscumque petentis facere expedirj et remundarj
omnes et singulas res existentes in dictis fluminibus
et in quibuscumque fossis que habent seu prestarent vel
prestare possent impedimentum cursui aque. ad
penam viginti quinque libr. den. de suo salario. Te
neantur etiam dicti offitiales cogere et constringere et
constringi facere omnes et singulas personas habentes
habentes terras et possessiones iuxta ipsas foveas et
flumina vel etiam illos ad quos spectat utilitas
quam conficit et mictere debeant et incupare et de novo
mittere ipsas foveas in termino dato per dictum offitialem
ad hoc ut non possint prestare impedimentum et
libere habeat decursum aquarum. Et qui quicumque contra
fecerit et mandato vel precepto dictorum offitialium
vel alicuius eorum vel non obedierint puniri debeat
per dictum offitialem vel alium ex predictis fuerint facta
mandata et precepta in xxv libr. den. quibus quilibet et
quilibet possit accusare coram dicto Iudice et aliis
offitialibus comunis Pisis Et teneantur et debeant de facto
sine aliqua solepnitate iuris tali inobedienti dam
pnum et penam exigere et penes massarios
comune faciant devenire. Et nichilominus
teneantur precepta et mandata facere et executioni
mandare. Item Statuimus et ordinamus quod
offitiales supradicti comunis Pisis teneantur et debeant
vinculo prestiti iuramenti ad petitionem cuiuslibet petentis
cogere et compellere et cogi et compelli facere omnes et sin
gulas personas habentes res et possessiones iuxta
quascumque personas sive vias positas et sitas
ubicumque per comitatum ac districtum Pisis ipsas
foveas mictere et incupare et remundare et
ampliare et dirizare Et omnia impedimenta
imposita in ipsis foveis existentia removere ut
habeant liberum cursum et exitum. Et possit et
debeat ubicumque per totum comitatum et districtum

pus necesse fuerit seu utile fuerit facere foras
expensis illorum ad quos pertinet utilitas. Et illi qui
habent facere iuxta viam publicam teneantur mittere
formas iuxta partes vias, et missas manutenere. Et
possit cogere et compellere ad predicta coptinatores
et laboratores terrarum et possessionum quarumlibet adpe
titione cuiuscumque realiter et personaliter de facto aliquo non ob
stante. Et possit et debeat etiam dicti offitiales
cuilibet inobedienti dicta predicta penam imponere. quam
effectu exigere pro comuni viginti quinque libr. denar. quod
pena tali inobedienti exigatur et aufferatur de
facto pro com. sine accusa et inquisitione et sine
denuntiatione. Et si dicti judex et offitial fuerint ne
gligentes in predictis tempore sui sindicatus solvere
teneantur et debeant comuni pus de suo salario. C.
libr. den. Item statuimus et ordinamus quod nemo au
deat vel presumat facere vel fieri facere aliquam
turpitudinem inmunditiam in eis vel pannos lavare
in fontibus comunis pus sive publicis vel prope ipsos
fontes per decem passus ad penam xl ß den. pro
vice qualibet qua inventus fuerit vel probatum fuerit. Et
nullus possit nec debeat se in dictis fontibus vel aliquo
ipsorum balneare ad penam. C. ß den. pro vice qualibet
Et quicumque repertus fuerit balneare in aliquo fonte no
no in quo est aqua bona acta ad bibendum ad usum
hominis solvat pene nomine decem libr. den. Et dominus
et quolibet predictorum potestas et capitaneus et eorum offitiales
possint et debeant ex eorum offitio cum promotore
et sine promotore inquirere et inquisitionem facere et
culpabiles repertos sive inventos in dictis penis
punire et penam de facto aufferre. Ad hoc ut in
fontibus non fiat turpitudo seu immunditia statuitur
Statuimus quod nulla persona audeat vel presumat facere here per
rectum prope aliquem fontem prope Civitatem
pus per unum miliare aliquam fossam ad tamen
prope aliquem dictorum fontium per centum passus
ex parte superiori. nec prope dictum fontem ex
aliis lateribus ad xx passus. Et qui contra fecerit
solvat pene nomine x. libr. den. Et volumus quod
suprastites viarum et dictus notarius teneantur
legas fieri in viis et fenestris ut aqua decur
rat in ipsas fossas et trosias penitus destruere
et destrui facere. Et quicumque habet vel habuerit arborem
super aliquo fonte comunis pus vel prope aliquem fontem
ad decem pedes teneatur infra terminum eidem assi
gnandum per potestatem vel capitaneum vel eorum vel alterius
eorum judicem vel offitiale removere. Et qui contrafe
cerit solvat pene nomine pro qualibet arbore centum
ß den. Et nichilominus arborem vel arbores
incidi facere teneatur dummodo vites non debeant
incidi facere que non pendent super fontes. Domo
sive milites predicti domini potestatis et capitanei et maio
ris sindici qui sunt deputati super tabernariis et pizzica
rolis et aliis per formam statuti hoc sit offitium attribu
tum. Ut quidem soti teneantur facere sigillari omnia
vasa cum quibus vinum vendiderunt minutim sigillo
plumbeo ad arma populi pus. Et si ipsa vasa sigillo
plumbeo non fecerint sigillari puniatur pro qualibet vice
in C. libr. den. Camerarii comunitatis artis
~~aurificum~~ aurifficum eligere teneantur de sex mensibus in
sex mensibus quendam aurifficem ad faciendam dictam
sigillationem qui habeat et recipere possit pro quolibet sigillo
plumbeo sex den. Et fiat sigillatio de sex mensibus
in sex mensibus. Qui aurifex debeat habere mensuras
iustas cum quibus debeat mensurare et videre
vasa ei transmissa per dictum militem potestatis et
si invenerit ea iusta et sufficientia ea sigillet.
Alioquin sigillare non debeat non obstante quod sint
sigillata et approbata per dictum militem. Et si dictus
aurifex contra fecerit solvat pro quolibet vase xxv ß
den. Et inde quilibet possit esse accusator. Et de predictis
possit inquiri aliquo statuto non obstante. Et
sufficiat sigillum donec durabit si mensura erit
iusta nec sit necesse talle vas iterum sigillare. Et
idem soti sub pena xl ß den. teneantur singulis
diebus inquisitionem facere super omnes et singulos qui
tenent porcos vel tenebunt euntes ad stratam per
Civitatem et burgos pus. Et porcos inventos
debeat occidi facere et vendi per eos. Et insuper
puniatur dominus porci seu porcorum pro quolibet porco
in .C. ß den. Et nichilominus quilibet impune
possit capere et occidere dictos porcos intra domum
suam. Hoc tamen non vendicet sibi locum in
porcis Sancti Antonii qui signati sunt de campanellis.
et signe-
quinque-
habeat dictus
quem vend-

T Qui incedere possint usque ad numerum
qui sint masculini sexus. Et
miles sotius medietatem porci
re fecerit in comuni et quilibet pos
sit esse accusator. Et si dicti milites de predictis omnibus
et singulis non fecerint inquisitionem de omnibus de quibus
tenentur per formam statuti puniatur ipso facto in xxv
libr. den. Et inde expresse sindicetur et teneantur
reddere rationem. Et nullus possit habere nec tenere
bancam seu aliquod aliud impedimentum sub portis
Civitatis vel burgorum pus et sub arcubus ipsarum por
tarum. Et qui contrafecerit puniatur pro vice qualibet in
decem libr. den. Que pena de facto a contrafacientibus
per dictum sotium auferatur. De quibus predictis soti
sub pena xxv libr. den. inquisitionem facere teneantur
Salvo quod non intelligatur in bancis macelli subtus
portam magnam porte Sancti Angeli que possit tenere
impune. Et nulli liceat a portis suburgorum pus
versus Civitatem pus ducere seu duci facere cur
rus carrectas seu rotas pro quolibet contrafaciente

et qualibet vice vigintiquinque libras denariorum Et de
predictis quilibet possit accusare et habeat medieta
tem banni Et credatur sacramento accusatoris cum
uno teste de visu. Et nihilominus Potestas et
capitaneus et eorum judices et inquisitorem facere teneatur
cum promotore et sine promotore. pena xxv
librarum denariorum. Et quod massarii communis perusii teneantur
et debeant in festo sancti antonii in reverentia
et honorem dei et corporis sancti antonii dare et sol
vere singulis annis priori corporis ecclesie sancti an
tonii pactontinne dicte ecclesie deputandas pecunia
et avere communis perusii Centum libras denariorum sine
aliqua solutione gabelle. sub pena l. librarum de
suo auferenda tempore eorum sindicatus si ad
requisitionem prioris predicte ecclesie dictam quantitatem
non solverint temporibus supradictis. Aliquo
quod in contrarium loqueretur non obstante.
Quam penam debeat et teneatur maior sindicus communis
perusii dicto casu exigere et exigi facere a dictis
massariis. Quod si non fecerit vel fieri fecerit simili
pena puniatur suo tempore sindicatus per sindicatores
ad petitionem cuiuscumque petentis et de suo salario re
tinenda. De quibus dicti massarii et maior sindicus
predictus expresse et specialiter debeant sindicari

De officio et electione et forma electionis Capitanei populi maioris Sindici Iudicis iustitie Civitatis Perusii et utriusque eorum officio et numero

Ad refrenandum superfluos exitus et expensas ex communi Perusii exeuntes et ad Civium et districtualium commoda intendentes Et ut unicuique iustitia commodius unicuique et singulis ministretur presenti capitulo duximus statuendum. Quod de cetero officium domini capitanei maioris Sindici Iudicis iustitie Civitatis Perusii et utriusque eorum sint et esse intelligantur coniuncta et unita. Itaque dicta officia sint et esse debeant corpus unum et unum censeatur officium cum et sub eisdem iurisdictionibus potestatibus et baylia officialibus familia equis salario commoditatibus honoribus honeribus et prout et sicut in infrascripta forma seriosius est expressum. Statuentes quod de cetero electio capitanei populi maioris Sindici et Iudicis iustitie dicte Civitatis procedat et procedere debeat et adimpleri exequi et observari in omnibus et quandocumque hinc inde iuxta et secundum exigentiam et tenorem forme et notule infrascripte secundum quam formam electio presentis et presentium debeat cuilibet eligendo seu electo aliquo non obstante. Cuius quidem forme tenor talis est videlicet.

Tenor autem cum he littere fiunt presentate

Priores Artium Consilium et Camere Civitatis Perusii Salutem et ... votivorum. Ad nostrum Capitaneum maioris Sindicum et Iudicis iustitie dictorum ... procedentes pro tempore sex mensium proxime futurorum incipiendorum in kalendis mensis   proxime futuri et finiendorum ... ad sex menses inde proxime subsequentes Electionem infrascriptam ... quam salutem nobis speramus afferri Et imposterum prodesse potius quam preesse cum pactis modis et conditionibus et seriosissime denotatis in Christi nomine duximus providendam secundum quam tenemini et debetis adimplere et observare omnia et singula prout inferius denotatur videlicet Debetis esse sacrosancte Romane ecclesie devotus et fidelissimus illustrissimi et excelsi principis domini ducis Mediolani. Debetis etiam vobiscum ducere et tenere continue in regimine memorato duos iudices quorum unus sit doctor et habeat privilegium doctoratus et alius sit iudex maior. Milites socios duos notarios septem quorum quilibet ad maleficia ... ad ... data deputentur

Domicellos vi. Berrovarios xl. armis aptos et de eodem panno indutos quorum unus esse debeat bar ut nostrorum Civium familiaritas ... esse debeat barbitonsor officiales et familiares predictos tenendo vestris sumptibus et expensis ac salario. Significantes ad cautelam quod nullus possit ex nostrorum statutorum et ordinamentorum forma esse Sindicus Capitaneus vel potestas nostre Civitatis

Qui civis vel comitatensis vel forensis sit aliarum Civitatum vel terre confinium nostre Civitatis propinque per xl miliaria existat. Cuiusque officiales domicelli et famuli per miliaria triginta. Nec consanguineus vel affinis alicuius nostri ... confinium non obstante. Nec etiam de Civitate vel loco unde tempore vestre electionis esset capitaneus vel potestas Civitatis nostre. Nec insuper possit esse potestas Capitaneus Sindicus vel alius officialis communis nostri Civitatis nostre ad aliquod officium in eadem Civitate eodem anno in quo erat ad ipsum officium de illa terra vel loco de qua fuit ipse de ipse Sindicus potestas Capitaneus vel alius officialis communis nostri. Debetis insuper nunc vel ante vestrum adventum esse miles et militari cingulo insignitus. Debetis etiam vacasse a dicto officio Sindicatus et quolibet alio officio in dicta Civitate Perusii per continuos octo annos. Vestri autem iudices per integros v. annos. Socii notarii et domicelli per tres annos. Berrovarii vero famuli et alii officiales per integros duos annos. Debetis etiam habere et tenere in dicta Civitate toto antedicti officii tempore sex equos de quibus saltem ... sint et esse debeant armigeri valoris xxx florenorum ad minus pro quolibet ipsorum. Reliqui vero octo florenorum pro quolibet. Quorum nullus ultra centum libras denariorum et minus viginti nostre monete ... valeat existimari. Nec tamen stabit ad emendam vel salarium communis nostri nisi postquam in Civitate nostra fueritis cum equis predictis. Et erunt dicti equi scripti per notarium dominorum priorum seu conservatorum in libro communis Perusii vel alium deputatum quantitatibus et modis debitis bullati et bullari facti per Conservatores monete communis Perusii. Et secundum statuta et ordinamenta nostrorum exigentiam extimati et de illis dumtaxat qui extimati fuerint ut perdiderint non de aliis ullo modo emendam habebitis a communi. Cum quibus officialibus familiaribus et equis esse debetis in Civitate nostra per tres dies continuos ante principium vestri officii. Pro salario quidem vestro et omnium predictorum suscipietis a communi nostro a Conservatoribus monete pro dicto tempore ... florenorum de auro in sex mensibus predicta solvendo sic ... videlicet Quia tertia pars dicti salarii dabitur vobis post mensem regiminis antedicti. Alia tertia pars dicti salarii in medio temporis dicti vestri officii. Reliqua vero tertia pars non dabitur vobis donec fueritis sindicatus et per sindicum expeditus. Et solvetis gabellam officialibus communis nostri ad rationem duorum pro libra quolibet totius salarii antedicti. Pro quo quidem salario debitis facietis et exercebitis vos et officiales vestri et tota familia officium regiminis antedicti. Et omnia et singula ambaxiatas itinera negotia et officia quecumque per Civitatem et comitatum et districtum Perusii ... recommendationes communi pro tempore oportuno que erunt et erant vobis per ... ordinata vel vobis iniuncta. Et omnia et singula exactiones omnium et singulorum communi nostro debitorum a quocumque et quolibet debendorum Que vobis commissa fuerint per vos vestros officiales et familiares integre et efficaciter facietis. Custodie Civitatis nostre semper vigilantius attendetis Et primo.

Et ultra predictam ... [illegible]

et aliis quibuscumque pro carnis cera lumine
et aliis rebus nichil a comuni nostro vniversita
te aliqua vel singulari persona vos vestri officiales
vel beruarii petetis vel recipietis nec recipere
debetis per vos vel alium tacite vel expresse vel
quovis colore quesito directe vel indirecte
vltra vel preter salarium antedictum. Saluantes
certa parte lucri quam pro captionibus seu le
gitimis extorsionibus quarum executio vel exactio
fiet tempore vestri regiminis percipere debetis. Et pro
inuentionibus armorum et exactionibus collectarum
et stiorum et fructuum commantiarum et aliorum de
bitorum et iurium dicti comunis pusignani qui vobis committe
rentur. et nostra vobis concederet capitula statu
torum. Et pro inuentionibus extraordinariorum
per vos officiales referendis et fiendis ad rationem
duorum soldorum pro libra de omni eo quod ex causis
predictis venire feceritis in comuni. Et ad
supradictam exactionem faciendam officiales et fa
miliares vestros deputabitis ordinatos. Et si
quando veneritis ad regimen prefatum quod absit
vos infirmari vel mori contigerit vel ante
de dicto salario vel expensis nulla solutio vobis
fiet si vos non veneritis personaliter ad regimen
supradictum. Et si veneritis et ad dictum
officium deserveritis exercere. Vel quod deus avertat
vos mori contigerit solutio dicti salarii non
fiet nisi pro rata temporis quo vos dictum officium con
tigerit exercere. Debent et iudices vestri
in casibus provisis per formam statutorum nostrorum et in
casibus quibuscumque non provisis consulere dominis
prioribus artium. Conservatoribus monete massariis
et offitialibus abundantie comunis nostri quotiens
fuerint requisiti sine aliquo salario. Et
etiam in causis que contra comune nostrum quolibet
mouerentur in curia potestatis vel alibi in civi
tate nostra tunc syndici comunis nostri sufficienter
modis necessariis defensores prout fuerit oppor
tunum secundum nostrorum exigentiam statutorum. Debetis
insuper cuncta maleficia punire et infamorum seu
malefitiorum (?) hoc omnimodam. Statuta ordinamenta
et reformationes et quascumque alias provisiones
nostri comunis et populi et alias quascumque tunc factas vel
faciendas. Non obstante quod hic non sit scrip
sive declarate que pro expressis penitus
habeantur. observabitis et facietis inviolabiliter observari
penas quascumque imponetis iuxta exigentiam statuto
rum pusignani vel alio quocumque modo. Civilibus facul
tatis studium in Civitate nostra vigens augere
pro posse tenemini. Et cetera efficaciter exercere ad
que tenebimini ad regimen supradictum. Apportabitis
etiam vobiscum et in decem dies principio
vestri regiminis tradetis offitialibus massaritiarum
comunis nostri ad eorum electam tot balistas bonas quot
sunt et esse debeat in totum valoris et extimatis
viginti florenorum de auro et quattuor pavensia de

melioribus que habebitis. Debetis etiam de vobis
et vestris offitialibus familiaribus et equis monstram
et assignam diligentissimam facere quattuor diebus
quolibet mense ad minimus. Et toties quotiens possit
nostri comunis ad hec deputatis vel deputandos
fuistis requisiti pena centum librarum pro qualibet
Finito vero vestro offitio et regimine cum offitialibus
et familiaribus vestris pro quibus respondere et effi
caciter satisfacere debebitis cavere per vj dies stare
ad sindicatum in nostra Civitate debetis. Et vili
cationis vestre reddere commodam rationem iuxta formam
statutorum reformationum et ordinamentorum nostrorum. Et
in fine dicti totius offitii de omni vestro offitio cum
officialibus et familiaribus eritis sindicati.
Item dictis sex diebus sindicatus predicti eritis mo
raturi in hospitio quo volueritis vestris tamen sumptibus
et expensis. Nec poteritis vos ad aliquamvis terrere re
gimen durante offitio memorato. Et stabitis
nec discedetis contra formam statutorum et ordinamentorum nostrorum tempore sup
dicto. Et nos statuimus etiam quoddam capitulum statutorum
nostri comunis inter cetera continet. Et potestatis et maior
sindicus Capitaneus et alii nostri offitiales eligendi tempore elec
tionis et presentationis sindici nostri comunis huius electionis
presentatori per comunem pusignani et solemnes promissiones
et obligationes facere tenentur iuramento firmatas
Et si alicuius offitii causa quod faceret ipsi vel
alter eorum vel aliquis eorum offitialis et familia in nostra
Civitate in aliquo dampnaretur non requirentur
nec reclamabunt ad aliquam curiam presidem vel
offitiales. Nec petent nec peti facient in eorum terra
vel alibi aliquas represalias seu sequestrationes
neque contra comune pusignani vel singulares personas eiusdem
Nec occasione predicta obtinebit licentiam reprehendendi
aliquid. Renuntiantes omnibus beneficiis contra predicta
eis competentibus quoquomodo. Et facere quod ipsorum co
munitas vel sint reformabit legittime in con
silio auctoritatem habente. Et alias represalias
vel sequestrationes predictorum occasione contra
comune nostrum vel singulares personas eiusdem
per eos et homines unde sint nullatenus concedent.
Quam reformationem destinare teneatur publicam et
autenticam presentare Cancellario nostro die ipsorum
aduentus vel sequenti. Et si secus fieret electio non
valeat ipso iure et comune nostrum decernimus
et aliquem non teneri. Que promissiones obli
gationes et iuramenta in instrumento acceptationis electi
predicte inseruntur expresse. Alias electio et accepta
sit inefficax eo ipso. De quibus presentate acceptate
promissionibus et iuramentis fiat publicum instrumentum
et scriptum notario nostro cum infrascripto elec
tionariis veniet. Et per notarium exemptum de
terra ipsius eligendi in rectorem prout in dicto
capitulo dicti statuti nostri comunis latius continetur
Tenentes indubie quod si predictorum formam veniretis
secus fieri decernimus non valere. Protestan
tes expresse quod ex hoc vobis nolumus in aliquo obligari.

Ceterum ignorare vos nolumus quod Judices vestri quos ducere tenemini ad regimen prefatum vacare debeat a studio perusino a die initiandi regiminis antedicti per continuos et integros tres annos. Et qui in nostra Civitate doctoratus fuerit in aliquo offitio Civitatis eiusdem esse non possit inde ad sex menses a die doctoratus proxime computandos. Alioquin statute fore vobis in hac parte penalium judices qui a dicto tempore non vacassent a dicto studio Civitatis nostre in exercitio dicti vestri offitii minus ydonei et omnino inhabiles censeantur. Facietis etiam et habebitis exercere toto dicto tempore offitium Judicis justitie et maioris sindici Civitatis nostre. Et ultra supra adnotata habebitis et habere debetis Jurisdictionem et baliam in omnibus et super omnibus aliis casibus iuxta et exigentiam statutorum statute et ordinamentorum comunis perusii tam factorum quam etiam faciendorum de vestro offitio disponentium quoquo modo. Et omnia et singula alia facere gerere et exercere tenemini et debetis que per formam aliquorum statutorum ordinamentorum vel reformationum comunis prefati editorum vel faciendorum quolibet teneremini vel deberetis. Que omnia hic habeantur expresse pro expressis seriosissime et declaratis. Itinera quoque et ambaxiatas. Et omnia que vobis commissa fuerint per dominos Priores artium Civitatis perusii per formam [illegible] vos vestri offitiales facere et exercere tenemini vestris sumptibus et expensis. Et non ad gravamen comunis nostri vel expensis alicuius comunitatis vel singularum personarum Civitatis vel comitatus nostri aliqua ratione vel causa. Insuper pro habitatione vestra et familie habitatorem habebitis a comuni nostro [illegible] in Civitate nostra comunis nostri sumptibus et expensis. Declarantes insuper quod super executionibus faciendis non obstante quod ex forma aliquorum statutorum vel ordinamentorum comunis nostri ad vestrum offitium pertinere. Alii vero offitiales comunis nostri tam facere quam faciendi et super extraordinariis possint intendere prout de comuni nostro processerit voluntate vel erit quolibet ordinatum. Et demum quod cum dictis vestris offitialibus familiaribus et equis dumtaxat conditionibus premissis servatis venietis prefatis temporibus. Ac stabitis et redibitis omnibus vestris sumptibus et expensis Risicho periculo et fortuna personarum et rerum tam divino iudicio quam humano. Cum igitur gratia magnificentie vestre precibus insistimus quatenus electionem hanc modis formis et conditionibus antedictis placeat acceptare ut exinde vestri contenti regimine imposterum dispensemus gratiam ad singula conformiter votis vestris. De ipsa vero acceptatione et super diem apportatione premunimus mandare debeatis celebrari facere per infrascriptum notarium nostrum solempniter rogatum publicum documentum. Et supra copia premissorum litteris nobis per presentium [illegible] remittatis. Dat. perusii die

12 Quoniam ultra cetera offitia officialium forensium Civitatis perusii opportunius sit pro utilitate rei publice perusine et comodo Civium quorumcumque et districtualium. Ut Capitaneus Custodie palatii dominorum priorum precipue habeat notitiam Civium ob id presenti capitulo duximus statuendum quod deinceps offitium capitanei custodie palatii dominorum priorum sit et esse debeat semestrale et per sex mensibus eius electio celebrari possit et debeat. In cuius quidem capitanei electione fuerit et fieri debeat modus et ordo prout et sicut in presenti volumine statutorum posito sub rubrica de modo et ordine eligendi dominum potestatem et dominum Capitaneum et cetera seriosissime continetur. Qui quidem capitaneus habeat et habere debeat offitium et potestatem in casibus declaratis et comprehensis seu qui comprehendi possent in infrascripta forma electionis eiusdem secundum quam et eius exigentiam et tenorem possit et debeat omnia et singula exequi impleri et observari prout et quemadmodum in ipsa quolibet continetur Aliquo non obstante. Cuius quidem forme tenor talis est. videlicet

De offitio Capitanei custodie palatii dominorum priorum sit semestre et electione forma.

Circumspecto viro Cui presentes littere fuerint presentate... Priores Artium Consilium et comune Civitatis perusii Salutem et prosperos ad vota successus. Tractantes cum viris opportunis consiliis de electione capitanei custodie palatii nostre residentie spem gerentes indubiam de sinceritate vestra (comitatus vestre Cum electione huius commissio fuit facta [illegible] nomine Innocentii electorem infrascriptum) vacat vestre diligentie ~~duximus~~ per infrascriptum notarium electionum sindicum et notarium duximus presentialiter pro tempore sex mensium incipiendorum in kalendis mensis proxime futuri et ut sequitur finiendorum Cum pactis modis salario familia et conditionibus infrascriptis et inferius denotatis prout quorum exigentiam tenemini et debetis electionem ipsam acceptare et omnia et singula facere et adimplere prout in ipsa continetur. Tenemini siquidem et debetis venire ad Civitatem nostram die precedente ante kalendas mensis predicti. Cum infrascriptis notario et familiaribus Coram dominis prioribus artium nostre Civitatis prestare debitum sacramentum Tenemini etiam et debetis continue vobiscum tenere et habere in offitio memorato pro exercitio et executione agendorum circa vestrum offitium occurrentium et pro custodia dicti palatii viginti famulos probos armigeros et fideles armis aptos de eodem panno indutos et ad vestram divisam videlicet sachettos colligatos Quorum omnes teneantur et debeant deferre cerbellerium coptum de eorum divisa. et etiam teneantur et debeant deferre tabolaccios cum signo grifonis in eis picto semper pro dictum Civitatis et quotiens aliqui irent et accedere deberent ad associandum dominos dominos priores Civitatis nostre sub pena C librarum per quolibet in predictis vel aliquo predictorum contrafacientem. Qui sub casse debeat a dicto famulatu offitio predictus dominus excepto famulo cancellarii qui in scriptione aliquo

addendo dominus [illegible]

non includatur de quibus unus (esse) debeat expertus
notarius. Et unus obsequi et servire et famulari
debeat in omnibus prefato cancellario comunis vestri. Et eos
debeat ad eius sufficientia deputatus prout idem can-
cellarius elegerit et deputaverit. (Et etiam habere
debetis et tenere continue tempore dicti vestri offitii) Cuiusquidem notarii
famuli dicta die debetis recipi coram dominis
prioribus artium Civitatis Perusii qui pro tempore fuerint
[in]notare et prestare in forma debitum sacramentum.
Debetis etiam ad minus distare a finibus comitatus
Perusii per triginta miliaria. Debetis etiam a dicto
et quolibet alio offitio Civitatis nostre vacasse per tri-
ennium quilibet annos. Et debetis etiam circa ex-
citium ipsius custodie sollicite die noctuque prout
expedit continue et assidue intendere et vacare. Et
omnia et singula fideliter facere que secundum ordinamenta
et statuta comunis nostri hactenus facta et facienda ad ipsam
custodiam et dictum vestrum offitium quodlibet pertinebunt
pro toto tempore sex mensium predictorum. Vestris dumtaxat
sumptibus et expensis pro salario infrascripto. Infra
quod tempus vobis a Civitate Perusii nullo modo liceat
absentare sine expressa licentia dominorum priorum
artium Civitatis Perusii qui pro tempore fuerint.
Debetis etiam de vobis notario et famulis mo-
stram et assignamentum facere coram dominis prioribus
et aliis offitialibus deputatis vel deputandis ad hoc qualibet
mense totiens quotiens fueritis requisiti.
Et appontature fiende inde debent retineri. hoc
tamen non intelligatur in dicto famulo cancellarii.
Debetis etiam tradere et assignare offitialibus
super massaritiis comunis nostri infra decem dies a
die principii vestri offitii quattuor balistas va-
loris decem florenorum de auro inter omnes. Debetis et
finito dicto tempore vestri offitii et teneamini stare ad
sindicatum in Civitate nostra pro vobis notario et
famulis supradictis per quattuor dies continuos
de gestis vestris notarii et famulorum defectibus
penis statutorum et ordinamentorum comunis Perusii factorum
et faciendorum realiter et personaliter subiacere. Et
satisfacere de debitis per vos notarium et famulos
contractis Civibus debere recipere ab aliquo predictorum
et super de omnibus reddere plenarium rationem et
in hospitio stare per dictos quattuor dies vestris sumptibus
et expensis cum dictis famulis et notario. Et non
debetis nec potestis aliquo modo vel causa vigore ali-
cuius debiti nec ad petitionem alicuius capere vel capi fa-
cere aliquam personam cuiuscumque conditionis existat
nec ipsam detinere vel seu detineri facere nisi x
tantummodo pro consiliis congregandis seu paliis
negotiis dicti comunis dum tamen fiant ad mandatum dominorum
priorum artium Civitatis Perusii. Et si contra predicta
feceritis vel aliquod eorum. eo ipso in pena trecentarum
vice qualibet ducentarum librarum denariorum vobis de facto auffe-
rendorum tempore sindicatus vestri ad petitionem cuiuscumque petentis.
Salvo quod pro licentiis concessis seu concedendis per

Consules mercatorum auditores cambii et quoscumque
camerarium artium Civitatis Perusii possitis capere
et capi facere vigore talium licentiarum et cuiuslibet
earum. Et etiam ad instantiam offitialium societatum
Civitatis Perusii vel alicuius eorum et captos detinere quas
semper dummodo tamen talis captura fiat et fieri debeat in
platea comunis Perusii. Et non alibi quoquo modo. Et si
alibi talis captura fieret extra dictam plateam quod ipso
facto vice qualibet incidat in dictam penam quinquaginta librarum vestro
sindicatu aufferendarum. Et nichilominus talis
talis captura sit ipso iure nulla. Et teneamini et
debetis eo ipso tales captum seu captos illico relapsare
omni contradictione cessante. Salvo tamen et reservato quod
huiusmodi licentiarum capture et executiones fieri possint
et debeant pro contentis in talibus licentiis vel aliqua
earum in quocumque illis diebus temporibus et locis prout et sicut
fieri et exequi possunt licentie que conceduntur pro
civilibus causis seu debitis per Curiam domini potestatis
et capitanei populi Perusii vel alterius eorum et non aliter vel alio
quocumque modo. Et nichilominus quod secus vel aliter
factum fuerit non valeat ipso iure. Et incidatis in dictam
penam et captum relapsare eo ipso teneamini et de-
betis omni contradictione cessante et remota. Que
pena vobis aufferatur ut dictum est expressum. Teneamini
insuper et debetis in Civitate vel terra vestra facere
solemniter reformare in consilio auctoritatem habente et
reformationem publicam infra tres dies in principio
vestri offitii apportare et consignare Cancellario
comunis Perusii continentem in effectu. Quod si in Civitate
nostra contigerit vos notarium vestrum seu vestros famulos
seu aliquem ipsorum quodlibet condepnari pro huiusmodi offitii
causa vel condepnationis pro comune vestrum seu ullo modo vobis vel
alicui alii contra comune Perusii seu singulares personas
eiusdem reprehensaliae concedentur nec ad talem personam
vel aliquam personam poteritis modo aliquo reclamare.
Debetis etiam et teneamini cum dicta vestra familia et
notario die noctuque in palatio dominorum priorum ubi est
vestra habitatio residere et continue habitare.
Pro vestro quoque notarii et famulorum salario a comuni
Perusii pro toto dicto tempore sex mensium predictorum in dicto
proximis kalendis. proxime futurorum initiandorum
recipere et habere debetis a camerario Conservatorum monete in
comuni pro tantum florenos auri trecentos vobis solvendos
de mense in mensem ut prorata capiet et firmabit cum
retentione tamen et solutione gabelle duorum soldorum denariorum
pro qualibet libra totius salarii seu quantitatis prefate. Dummodo
pagam duorum ultimorum mensium et solutio dicti salarii
et stipendii possit et debeat retineri per dictos conserva-
tores donec a dicto vestro offitio per sindicatores tunc comunis
ad hoc legiptime deputandos et per sententiam fueritis absoluti.
Venire denique stare et recedere debetis cum dictis vestris
famulis et notario ad Civitatem nostram ad dictum offitium
ut predicitur exercendum omnibus vestris sumptibus et expensis
casu fortuito periculo et fortuna tam ab hoc quam a dicto et
a comuni predicto nichil aliud poteritis petere vel habere nisi
salarium supradictum et habitationem ut supra est expressum.

Quare / Et deinceps de pretitatione et nova electione accep
tatione presentis electionis confecta fuerint per ipsos per
sonam notariorum publicum documentum. Et scripta co
pia predictum litterarum eius per ipsa notarium sin
dicatum additum predictam remittentis dat per ipsum die certa.
Nota electionarij notarij et sindici sunt hec videlicet

Item statuimus quod diebus domini potestatis et capitanei
et maioris sindici ante fines eorum et annuatim
eorum officij libros assignare teneantur. dicimus
statuentes potestas et capitaneus et maior sindicus Civi
tatis predictis pro tempore et futuri non teneantur nec debeant
de incepto dare fideiussores vel satisdare de stando ad
sindicatum vel pro sindicatu, sed fuerint iste modo
et forma videlicet Quilibet ex eis relinquat et dimittat
in communi penes conservatores monete dicti comunis
tertiam partem totius dicti salarij eorum usque ad fines sindi
catus Et teneantur equos et arnensia ponere
in sequestro ad instantiam sindicorum et dicti sindici
teneantur et debeant sequestrare penes hospitatores
ubi hospitatus fuerit prima die qua venit ad hospitium
et si ad hospitium non iret quod mittere debeat equos
suos et arnensia ad hospitatores apud quem debeant
sequestrari ut dictum est Et idem intelligatur et
fit de omnibus alijs officialibus forensibus dicti comunis
usque ad finem sindicatus latam de quibus equis et
residuo salarij predicti satisfiat omnibus debentibus re
cipere secundum formam sententie et mandati sindicorum Et si
potestas et Capitaneus et Maior sindicus non sindicaverint
et non fecerint cum effectu predicta in C. libr. den. per
sindicatores debeant condempnari. Et si in sin
dicatu Potestatis capitanei et maioris sindici et aliorum
officialium forensium darentur aliquis libellus
per quem deberent personaliter detineri quod non mitta
tur ad carceres. Sed si fuerit potestas ille cui daretur
talis libellus per potestatem teneatur per Capitaneum populi in
suo palatio. Et si fuerit capitaneus teneatur eius per
potestatem in suo palatio. quem recipere teneatur
custodire et post finem sui sindicatus reassignare
eos. potestas et capitaneus recipiens ipsum custodiat

sub pena C libr. den. ad petitionem sindicatorum
vel comunis predicti protinus teneatur usque ad finem lat
Et si contra eum ferretur condempnatoria eum
mittat et mittere debeat ad carceres comunis predicti
statim lata sententia personali principaliter. Alij vero officiales
forenses eo casu quo detineri deberent personaliter detineantur
per dominum capitaneum populi detinendi et mittendi ut supra dictum
est de potestate et capitaneo et maiori sindico. Et idem
intelligatur in iudicibus et militibus et notarijs qui
venirent personaliter detinendi. Alia autem familia
et officiales stent in suo hospitio in quo voluerint
tempore sindicatus non obstante aliquo statuto ordinamento vel
reformatione generali vel speciali in contrarium loquente Et
adhec ut fienda per sindicatorem dictorum officialium
fieri et commode explicari possit Statuimus quod potestas
et capitaneus et maior sindicus teneatur et debeat quinque
diebus ante finem eorum officij et regiminis restituere
et reassignare massarijs comunis predicti omnes et sing
ulos libros et scripturas processus et eorum que fecerint
per se et suos officiales toto tempore sui officij et regiminis ab
inde in antea nullum officium facere vel exercere possit
in Civilibus vel criminalibus nec in aliquo alio actu
iudiciario. Ita tamen quod terminus et dilationes causarum et quer
sionum vertentium et pendentium in curijs ipsorum dominorum
Potestatis et capitanei et maioris sindici non currant
nec currere intelligantur usque ad sindicatum dierum [illegible]
inclusive post restitutionem librorum que fieri debet
dicto successori per massarios dicti comunis Sed ipsa
sindicatus die sint in eo statu in quo erant die reassigna
tionis librorum factam predictorum processorum dictis
Massarijs et tertia incipiat dicti termini currere
si erit dies iuridica et sedebit officiales ad iura
reddendum aliquo non obstante. Dummodo carte
librorum in quibus erunt scripta nomina testium recepta
et nondum publicata restituant ita clausas
sutas et sigillatas quod non possint videri nec
inspici per sindicatores qui debent dictum officium sindi
care vel alium nisi per successores cum discerni
possit. Quas cartas sindicatores predicti
ita teneant et conservent clausas sutas et sigillatas
quod nemo alius videre vel legere possit quousque
fuerit restitute successori. Quas restituere te
neantur Massarijs comunis predicti facta ipsorum librorum
examinatione et ipsos massarios restituantur
successori statim dicta restitutione librorum. Preterea
volumus quod notarij maiores potestatis vel capitanei
vel maioris sindici vel alius eorum notarius ipsis existentibus
in officio vel extra officium ad sindicatum nichil ab aliquo ac
cipiat pro aliqua scriptura quam scripserint vel
scriberent. Sed omnes scripturas quas ceperint scribe
dum erant in officio super aliqua inquisitione denumptiatione
vel accusatione vel alia quacumque re que non erat cum alijs
restitute ut dictum est teneantur dum erunt in sin
dicatu ad petitionem partis petentis pena [illegible]
pro quolibet eorum ipsa scribere et autenticare et parti
petenti sine pretio reddere et restituere [illegible] inqui
sitionem denumptiationem et accusationem. quam [illegible] alia

acta que scripsit suprascriptis. Et si contrafecerit pu
niatur quilibet eorum in pena superius notata per
sindicatores eorum. Et si tunc de predictis facta
fuerit partis petentis sibi scripturas fieri cum
uno teste. Et predicta omnia et singula potestas
et capitaneus et maior sindicus et quilibet eorum
suis notariis faciant observari sub pena C. librarum
denariorum pro quolibet eorum. Et insuper volumus quod notarii
omnes tam potestatis quam capitanei et maioris sin
dici et aliorum offitialium forensium teneantur et debeant
omnes et singulas scripturas que occurrerent
faciendas per eos de quibus rogati fuerint ponere
in libris processuum et actorum et aliarum scriptu
rarum faciendarum per eos et omnes libros quos
scripserint ipsis existentibus in offitio debeant auten
ticare et in fine eorum offitii restituere autenti
catos ita quod semper appareat et de ipsis possit
melius copiam volentibus exiberi. Et potestas
et capitaneus et maior sindicus et quilibet eorum
a suis notariis predicta fieri faciant sub pena
C. librarum denariorum pro quolibet libro non autenticato et
pro qualibet scriptura non posita in libro auffe
renda a dicto potestate capitaneo et maiori sindi
co et aliis offitialibus forensibus vel aliquo eorum contra
facientibus et quinquaginta librarum denariorum pro quolibet
libro non autenticato a quolibet eorum notariorum
auffer[endarum] contrafaciente auffrerenda et de hiis possint
sindicari.

De sindicatu potestatis
et capitanei et aliorum offitialium
etc.

a 15 Ut autem sindicatus potestatis et capitanei
maioris sindici et iudicis iustitie sine
aliqua suspitione procedat statuimus et or
dinamus quod ad sindicandum potestatem et capitaneum
et eorum familiam eligantur et deputentur tres boni
homines de populo Pisano ad sacchettum quod de sacculo
tamen fiet quod fiendo qui sacchetti fieri debeat
tempore quo sacchetti fiunt priorum et aliorum offitialium
communis Pisani per illos bonos homines et extrahantur
de dicto sacculo die restitutionis librorum dictorum
offitialium. Per cuius sindicatu traheretur et
eius offitialium et familie qui habeant et habere
debeant secum unum iudicem forensem qui
eligatur per offitiales ad hec deputatos vel de
putandos a quo possint recipere consilium
et informationem super eo et de dicto sindicatu
et testes et eorum dicta recipiat et examinet
cum examinatione et adesse possint dicti sindici
et dictis sindicis consilium dare de iure tam
super processibus factis per potestatem vel capitaneum quam et
super hiis que fiet coram dictis sindicis. Et et

xvj

Die extractionis et
restitutionis librorum
sindici potestatis et
capitanei de sacculo
extrahantur

habere debeat unum notarium qui de sacculo
una cum dictis sindicis extrahatur. Qui sin
dici et notarius dictum offitium die extractionis
vel publicationis vel saltem die sequenti teneantur ac
ceptare et offitium predictum exercere pena
C. librarum denariorum pro quolibet. Et nichilominus ad dictum
offitium acceptandum et exercendum per po
testatem et capitaneum et maiorem sindicum de facto
cogantur. non obstante aliquo statuto vel or
dinamento communis vel speciali in contrarium loquente volumus
tamen quod non obstante dicto offitio possint
aliud offitium si de sacculo extraherentur acceptare
et exercere vel si eligerentur ad aliquod aliud
offitium post depositionem dicti offitii sindicatus.
Et habeant et habere debeant dicti tres boni homines
iurisdictionem et arbitrium auctoritatem et bailiam
in cognoscendo procedendo sententiando quod et quantum
habent vel habere posset communis ad sindicandum
eligeret per totum populum Pisanum. Et eorum processus
et sententie valeant et teneant et executioni man
dentur tamquam quod valerent iudicium ordinariorum
quorumcumque. Possint enim dicti sindici procedere
summarie et de plano sine strepitu et figura iu
ditii et ordine iuris non servato. Item or
dinamus quod a die extractionis et publicationis
dictorum trium bonorum hominum usque ad primam diem
post finem offitii inclusive dictorum potestatis
et capitanei et non postea quilibet volens libellum
porrigere sive libellos possit et debeat exibere
et porrigere et deinde non audiatur a dictis
sindicatoribus. Salvo quod in petendis debitis
possit libellum porrigi semper ante tempus sententie diffini
tive per duos dies et quod quilibet solvere debeat
massario communis Pisani pro gabella eiusdem libelli
producendi ex alia causa quam pro debitis XX solidos denariorum.
antequam producatur et aliter produci non possit
et eius productio non valeat. Et si non proba
retur solvere debeat producens dictis massariis
pro quolibet libello et quibus subscribuntur XL solidos denariorum et
in expensis condempnari debeat si sindicatores
viderint libellum fuisse calumpniosum. Super
quibus sindici predicti possint et debeant cogno
scere procedere et diffinire et ferre sententiam super
omnibus tam in inquisitionibus communis quam etiam
libellis octava die a die finiti offitii inclusive
computando. Et intelligatur offitium finitum
elapso ultimo die temporis et in electione contenti.
Quam sententiam ferre debeat de die et ante pul
sationem vesperarum sub pena et ad penam dictis sin
dicatoribus aufferendam et aufferendam per
maiorem sindicum communis Pisani tempore eorum sindicatus
centum librarum denariorum pro quolibet eorum sindicorum et
teneantur et debeant et notarius predictus scribere
quod ante vesperas sententia lata extitit. Et
inde facere publicum instrumentum quod sufficiat
ad condempnationem dictorum sindicatorum dictorum co
ram maiori sindico tempore eorum sindicatus. Et ubi

11

eo casu quo nullus libellus datus fuerit vel si datus
et revocatus fuerit vel retractus quod fieri possit ante
litis contestationem quod dicti sindici teneantur finem
facere sexta die a die finiti offitii dictorum offitialium
inclusive computando. Item quod dicti sindici possit
et debeat videre et examinare revidere et examina
re facere per dictum iudicem et iudices actus in
quisitionum et accusationum missas ad dictos
massarios tempore eorum offitii et processus missos
per ipsum potestatem et capitaneum et maiorem sindicum
vel eorum curiam Camere massariorum communis pisarum
de quibus processibus dicti massarii copiam fa
cere teneantur pena C. librarum denariorum pro quolibet dictorum
massariorum si negligentes fuerint in predictis et
etiam de processibus reassignatis et reassignandis
per quoscumque dictos curie ut dictum est quilibet volens possit
et debeat habere copiam cuicumque voluerit et petierit
Quam copiam tam potestas quam capitaneus vel maior
sindicus cui libri dictorum processuum reassigna
ti fuerint vel massarii vel alii offitiales penes
quos per vacationem potestatis vel capitanei vel maioris
sindici vel alia de causa dicti libri forsitan reas
signarentur teneantur et debeant pena ducentarum
librarum denariorum pro quolibet exibere copiam cuicumque
et quicumque petenti quam copiam etiam dicti
sindicatores exiberi faciant cuicumque. Quibus
sindicatoribus a quocumque pro predictis debeat obe
diri Non obstante aliquo alio infrascriptum loquente.
Item quod in omnibus agendis super dictis et circa dicti sin
dicatus dicti boni homines sint et esse debeant omnes
tres vel saltem duo ex eis presentes et in concor
dia. Et ubi de sacchetto extraheretur aliquis
mortuus vel infirmus vel absens adeo quod offitium
comode exercere non possit vel condepnatus
a dicto offitiali sindicando ipse vel filius vel
nepos ex filio vel frater carnalis a quinquaginta(?)
supra trahatur substitutus qui fieri debeat in
dicto sacchetto. Item quod dicti boni homines et
eorum notarius habeant et habere et percipere possint
et debeant pro eorum salario a massariis communis
pisarum tres florenos auri pro quolibet eorum. Et no
tarius duos florenos auri visa solum eorum electione
et publicatione de sacchetto et sine alia appodissa
precepto vel mandato. Quod salarium dicti massarii dictis
bonis hominibus et notario dare et solvere teneantur. Item
quod notarius dictorum sindicatorum teneatur et debeat
statim lata sententia ipsius sine dare copiam in
publicam formam potestati vel capitaneo vel maiori sin
dico sindicato ad petitionem ipsius potestatis vel capitanei
vel maioris sindici vel cuiuscumque alterius petentis
pro eis vel alterius eorum Et pro mercede scripture ipsius
sine accipere posse duos florenos auri ad plus pena
ipsi notario contrafacienti C. librarum denariorum. In qua pena

statim per maiorem sindicum ex offitio ipsius
sindici vel ad petitionem cuiuscumque debeat condep
nari Simili pena eidem maiori sindico si
negligens fuerit in predictis aliquo alio generali vel
speciali non obstante. Item ad hoc ut offitia
lium sindicatus procedat pacifice et sine aliqua
contemptione inter cives. Statuimus quod nullus
Civis cuiuscumque conditionis existat tempore quo
dicti sindicatores sedebunt ad ius reddendum cum
eorum iudice et notario sub volta sancti heraculani
vel alio loco consueto ad sedendum audeat vel
presumat ascendere scalas primas dicte volte
nec stare in ecclesia sancti Laurentii iuxta locum ubi
sedere debent dicti sindicatores Vz quantum
protendit capella sancti heraculani nec ad fenestram
stare iuxta dictam capellam sancti heraculani. Sed
cum sotiabunt aliquem de dictis offitialibus rema
nere debeant in platea iuxta dictas scalas. Et qui
cumque contrafecerit puniatur pro qualibet vice per
potestatem vel capitaneum vel maiorem sindicum in du
centis libris denariorum de quo speciali inquirere debeat
et familiam mictere cum nuntiis ad videndum
si aliquis Civis presumpserit dictas scalas ascen
derit vel intra ecclesiam steterit ut dictum est
et repertos culpabiles punire in dicta pena. Et dicti
sindicatores debeant bapnum facere per preones dicti
communis. Quod nullus Civis debeat ascendere dictas
scalas nec stare in dicta ecclesia ne aliquis pretendere
valeat ignorantiam. Possint tamen licite et impune
omnes volentes libellos porrigere ascendere dictas
scalas et ante dictos sindicatores ire et stare et cum
suam prosequi et testes producere et ante dictos
sindicatores ducere et adesse cause sue cum uno
procuratore tantum Cui procuratori liceat ascendere
et stare teneatur tamen dictus porrigens libellum
vel petitionem dare in scriptis testes dictis sindi
catoribus ne possit fraus committi. Cum testes
stare non possint nisi tempore quo fuerint ad iurandum
vel deponendum eorum dicta. Item ut iustitia fiat
omnibus volentibus conqueri de dictis offitialibus
et dicti sindicatores plenam possint omnibus exhibere
iustitiam. Statuerunt quod nullus de dictis offitialibus
postquam fuerint extracti de sacculo et publicati
possit ingredi palatium dominorum priorum artium
Civitatis pisarum durante dicto eorum offitio sindicatus
sub pena .xx. librarum denariorum pro quolibet. Quam penam per
eorum sindicatorem debeat auferre et singulariter
de hoc sindicare. Et quod domini priores non sit li
citum aliquem de dictis offitialibus ad eos vocare nec
dictum eorum palatium ingredi permictere nec aliquem
de predictis sindicatoribus capere vel capi vel detineri
facere durante dicto sindicatu per se nec per aliquem
offitialem dicti communis sub dicta pena nec aliquid
ordinamentum facere nec consentire quod fiat quod re
dundat in preiudicium offitii dictorum sindicatorum.

vel aliquod impedimentum tribuat quominus
libere et sine aliqua contemptione iuris vel
facti dictum eorum offitium exercere possint ad
penam et sub pena quingentarum librarum denariorum
pro quolibet priore de quibus expresse debeant
sindicari ad petitionem cuiuscumque petentis vel
denumptiantis et talis petens vel denumptians habeat
tertiam partem banni a massariis communis Pistorii
sine aliqua alia appodissa precepto vel mandato
Possint tamen priores et camerarii cum erunt
numero septem ex prioribus et triginta camerarii
presentes et viginti in concordia Et mictere per ip-
sorum sindicatoribus et ipsos rogare et inducere
ubi viderit convenire ad benignam tractationem dictis
dictis offitialibus ne aliquis erroneus possit
facere illud quod non esset de honore communis
Pistorii contra predictos offitiales.

á quibus et quando sindicentur potestas et capitaneus et maior sindicus et eorum offitiales R.

xiiij

Potestas et capitaneus et maior sindicus iudex
iustitie et offitiales dictorum datorum et quilibet alius
offitialis et quilibet eorum Et qui temporibus futuris
erit vel cum altero eorum steterit in Civitate Pistorii
finito suo offitio et regimine debeat examinari
et sindicari per sindicos ad hec deputatos vel deputandos
Super eo quod dicti domini potestas Capitaneus maior
sindicus iudex iustitie et quilibet alius offitialis
vel socii vel iudices vel notarii eorum vel aliquis eorum
reperirentur defraudasse de avere communis Pistorii vel aliquam
spetialem personam furtum vel robbariam commisisse vel ba-
rattariam in quadruplum quantitatis defrauda-
te subtracte vel derobbate vel per barattariam ha-
bite debeat condempnari. Et non possit eis vel ali-
cui eorum dari licentia vel concedi absolutio aliqua
per consilium aliquod vel alio modo quominus compar-
eat et stet ad sindicatum secundum formam supradicti
statuti. Et priores et camerarii non possint
ordinare nec reformare nec etiam priores pro-
ponere nec etiam notarius scribere nec etiam
aliquis arrengare quod ante tempus supradicti sta-
tuti ordinatum absolvatur ita quod ad sindicatum
non stet. Et si priores vel aliquis de predictis con-
trafecerit puniatur pena ducentarum librarum
denariorum pro quolibet de quo expresse debeant sindicari per
eorum sindicatores. Dicti priores camerarii et notarii
et alie singulares persone per potestatem et capitaneum
et maiorem sindicum in dicta pena debeant condempnari
secundum relationem quod arrengaverit per duos testes de
auditu et accusator vel denumptiator habeat tertiam
partem banni a massariis communis Pistorii sine aliqua
appodissa precepto vel mandato eius quod venerit in dicto
communi. Et si potestas et capitaneus et maior sindicus
in predictis fuerint negligentes simili pena puniantur
tempore eorum sindicatus. Nec etiam possit tempore sin-
dicatus per priores et camerarios mecti ad aliquam terram vel
locum sub quocumque colore ut ex hoc cunctetur quominus
stare debeat et stet ad dictum sindicatum. Et potestas
et capitaneus et maior sindicus et quilibet de eorum offitialibus
et quilibet eorum seu aliquis de eorum familia seu aliquis
eorum examinentur secundum tenorem et formam presentis capituli
et aliorum capitulorum populi Pistorii. Et si potestas et capitaneus
vel maior sindicus per se vel alium etiam licentiam
petierit vel in consilio aliquo aliquid contra predicta
proponeret vel proponi faceret vel permicteret arrengari
in aliqua arrenga seu congregatione solvat de
suo communi Pistorii quinquaginta libras denariorum. Et si ali-
quis in aliquo consilio vel arrenga vel parlamento vel
congregatione vel adunantia surrexerit et dixerit quod po-
testas et capitaneus et maior sindicus et iudex iustitie vel
alius offitialis dicti communis forensis vel aliquis de
suis familiaribus vel familia absolvatur et non compa-
reat. Maior sindicus communis Pistorii teneatur
ei auferre nomine pene et banni quingentarum librarum
denariorum Et si dictam penam solvere non posset ei
linguam faciat amputari ita quod de cetero
non loquatur. Et si ad hoc faciendum dictus
maior sindicus fuerit negligens dictam penam
pecuniariam de suo solvere teneatur. Et huic
capitulo per aliud capitulum vel aliud ordinamentum factum
vel faciendum non valeat aliquid derogari.
Debeat etiam examinari et sindicari de omnibus
que continentur in statutis populi supradicti et secundum
formam ipsius statuti et iuris. Et quia solebat indu-
bium revocari utrum possint dicti sindicatores
cognoscere in predictis de certis criminibus de quibus
certum tempus datur ad accusandum et dictum tempus cur-
rat tempore eorum regiminis in criminibus predictis et
postea dicatur quod offensi non possint accusa-
re post lapsum dicti temporis. Et sic transeunt
impuniti quod est valde absonum et absurdum
audire. Ideo statuimus quod de omnibus maleficiis
que per eos perpetrarentur vel per eorum offitiales
vel per eorum familiares tempore eorum offitii te-
neantur ipsi potestas et capitaneus et maior sindicus et
eorum offitiales et familiares rationem reddere et
respondere coram predictis et ipsi sindici potestatem
et iurisdictionem cognoscendi habeant et puniendi
non obstante aliquo lapsu termini assignati
per legem aliquam ad accusandum qui terminus
laberetur ante finem eorum offitii. Et tam potestas
et capitaneus ac maior sindicus pro se ipsis et pro eorum
offitialibus et familiaribus quam etiam ipsi offitiales
pro se ipsis teneantur de commissis per ipsos offitiales
et familiares etiam teneantur pro se ipsis respondere

et ipsi condepnari possint et contra eos executio fieri non obstante quod potestas et capitaneus et maior sindicus pro communi fuerint et tenerentur ac si predicti ad hoc se obligassent. Et hoc auctoritate presentis legis et et exbapniti et condepnati tempore quo fuerint exbapniti et condepnati tempore sindicatus possint eorum procuratores accusare et conquereri de eorum exbapnimentis et condepnationibus per procuratorem seu procuratores ad hoc habentes spetiale mandatum coram dictis sindicatoribus tempore sindicatus et accusationem prosequi possint et iurare fideiussores dare et omnia facere que requirerentur usque ad finem probationis et pronuntiandi et non obstante quod essent procuratores exbapnitorum et condepnatorum et executionem petere. Et hoc intelligi debeat cum conquererentur vel accusarent de eorum exbapnimento et condepnatione iniuste lata et non aliter vel alio modo. Et quilibet officialis communis pistorii debeat sindicari et rationem reddere de suo offitio et gesto et gerendo et cum non obstante quod diceret per aliquam suam electionem vel statuto quod non deberet sindicari. Et predicta locum habeant in futuris. Et ne potestas vel capitaneus vel maior sindicus et iudex iustitie vel alii eorum vel alii eorum officiales aliquid faciant contra ius et iustitiam volumus quod ipsi potestas capitaneus et maior sindicus et quilibet eorum et eorum et quilibet eorum officiales tempore quo sindicabuntur et eorum quilibet debeat et possint sindicari ad petitionem cuiuslibet petentis ipsos vel aliquem eorum si fecerint aliquid occasione eorum et cuiuslibet eorum offitii contra iustitiam et formam statutorum et ordinamentorum communis et populi pistorii. Et ipsi potestas et capitaneus et maior sindicus et iudex iustitie et eorum et cuiuslibet eorum officiales teneantur super predictis et in predictis tempore iudicii sindicatoris eorum pro communi pistorii et aliis personis petentibus ut dictum est supra respondere et iuriditionem [illegible] et super predictis comparere coram supradictis sindicatoribus a die eorum termino eis vel eorum alteri assignando. Quod si non fecerint habeantur pro confessis. Et possint postmodum condepnari non obstante aliqua petitione sufficientie vel aliquo alio quod possit in contrarium allegari. Et non possit dictus officialis et maior sindicus et iudex iustitie eorum sindicatus habere in eorum et cuilibet eorum subsidium et favorem aliquem advocatum vel procuratorem nisi suos officiales in ad penam centum librarum denariorum. Et si ille qui de potestate vel capitaneo vel maiori sindico et iudice iustitie vel alio de eorum offitialibus seu familiis conquereretur quod sibi contra ius et iustitiam fecerit et contra formam statutorum et ordinamentorum communis pistorii et populi pistorii fuerit [illegible] et non produxerit accusationem vel petitionem quam si eos fecerit vel aliquem eorum seu aliquem de eorum familiis vel non ostenderit de iure vel per statuta vel per ordinamenta communis et populi pistorii [illegible] fuisse de iure stantium non fuisse condepnetur in xl solidis denariorum

communi pistorii solvendis. Si tamen exbapnitus et condepnatus communis pistorii accusaret aliquem ex dictis potestate capitaneo et maiori sindico ex qua accusatione resultaret pena personalis principaliter vel in defectum et talem accusationem non probaret solvat nomine pene centum libras denariorum communi pistorii in quibus quidem predicti et quilibet predictorum condepnentur per ipsos sindicatores in eadem sententia qua tulerit de potestate vel capitaneo vel maiori sindico et iudice iustitie absoluendo vel alio de eorum offitialibus seu familiis. Et etiam condepnationem infra trium dies post sententiam latam notarius dictorum sindicatorum teneatur dare et assignare tribus bonis hominibus super executionibus deputatis et faciant fieri executionem de dictis condepnationibus pena dictis sindicatoribus si non condepnaverint et dicto notario si non dederit xxv libras denariorum massario communis pistorii solvendis. Et teneatur etiam potestas et capitaneus et quilibet eorum offitialis sindicandus sindicatoribus eligendis futuris temporibus sententia vel qua venerit ad respondendum et comparuerit coram eis. Et per ipsos sindicatores cogantur iurare ad sancta dei evangelia et solennes promissiones et obligare facere iudici sindicatorum sive iudicibus sindicatoribus communis pistorii et si occasione alicuius offitii quod fecissent ipsi vel alter eorum vel aliquis ex eorum offitialibus in civitate pistorii condepnaret vel aliquo ipsi vel alter eorum non conquerentur ad aliquam aliam curiam nec coram aliquo preside nec petet nec petere faciet in terra eorum vel alicuius eorum represalias contra commune pistorii vel singulares personas ipsius communis nec licentiam aliquam rependendi vel aliquam rethinendi contra predicta non habebunt recursum ad eorum vel alicuius eorum terram nec alibi ipsi nec aliquis eorundem et etiam renuntiare teneantur omnibus bonis et filiis eis vel alteri eorum competentibus et finem et refutationem ad sententiam ferendam per sindicatores facere eisdem iudici et sindicatoribus vel iudicibus sindicatoribus de omni eo quod commune pistorii ex causa predicta petere possit. Et commune pistorii in aliquo inde teneatur. Et hec significentur eis in litteris que mictuntur pro eorum electione. Et si dicti sindici non fecerint puniantur per vigintiquinque libras denariorum per ipsos de eorum per maiorem sindicum communis pistorii. Et iudices potestatis et capitanei et maioris sindici communis pistorii qui pro tempore erunt in offitio et doctores salariati a communi pistorii dare debeant et teneantur eorum consilium et favorem sindicatoribus et iudicibus predictorum sindicatorum potestatis capitanei et maioris sindici quotiens fuerint a dicto iudice et sindicatoribus ad predicta requisiti sine alio salario ad penam xxv librarum denariorum a quolibet contrafaciente per quemlibet vice auferenda pro communi. Insuper volumus quod quicumque dixerit aliquam iniuriam verborum contra potestatem vel capitaneum

vel maiorem sindicum et iudicem iustitie vel aliquem
alium offitialem communis predicti vel aliquem suorum
offitialium vel iudicem forensem stantem ad
consulendum sindicatoribus dum stabunt in
civitate predicta ad faciendum se sindicari puniatur
pro vice qualibet in centum libr. den. pro quolibet verbo et
qualibet vice. Quam penam potestas et capitaneus
et maior sindicus vel aliquis predictorum de quo vel quibus pecunia
fuit a quocumque auferri faciat de facto habita probatione
per unum testem de veritate sine alio processu sum-
marie et de facto et sine aliqua sententia, quam penam
si non abstulerint et solvi fecerint puniantur in
ducentis libr. den. per eorum sindicatores tempore
sindicatus. Insuper quod nulla persona de civitate vel co-
mitatu predicti audeat in sindicatu encseniare
potestatem vel capitaneum vel maiorem sindicum vel aliquem eorum
nec cum eis vel aliquo eorum comedere vel bibere et
qui contrafecerit in aliquo predictorum L libr. den. com-
muni predicto solvere teneatur et de predictis quilibet valeat
esse accusator. Item volumus statuentes quod dicti
sindicatores et iudices qui erunt ad dictum offitium te-
neantur et debeant accipere petitiones libellos et ac-
cusationes tam civiles quam criminales exibendos
contra predictos offitiales seu aliquem eorum seu aliquos eorum offitiales
et familiares et statim faciat porrigentem iurare
ad sancta dei evangelia vera esse que in libello petitionis
vel accusatione continentur. Et quod nichil ca-
lumpnie commictent vel facient in causa. Quod sa-
cramentum libelli petitionis sive accusationis porrec-
tio fieri possit presente vel absente parte. Que porrec-
tio et sacramentum habeat vim contestationis litis
legitime facte, preiudicium possit in dicta causa procedi si-
ne aliqua alia responsione vel contestatione
de si esset lis legitime contestata summarie de
plano sine strepitu et figura iuditii et sola facti
veritate inspecta diebus etiam feriatis ad honorem dei. Reserva-
tis nichilominus omnibus legittimis exceptionibus et defe-
sionibus dictis offitialibus et familiaribus dilatoriis
et declinatoriis et peremptoriis. In quibus dicta litis
contestatio nullum preiuditium eis possit afferri.
Item teneatur predicti potestas capitaneus et maior
sindicus et iudex iustitie et offitiales de quibus supra
et quilibet alii offitiales communis predicti vel eorum vel alicuius eorum
offitiales respondere positionibus vel per procuratorem
habentem ad hoc speciale mandatum que dabuntur contra eum vel eos
per quacumque personam in termino eidem dando per iudicem qui
sindicabit eundem. Quod si non fecerit habeatur pro con-
fesso et contra eum procedi possit ac si positionibus respon-
disset confitendo non obstante aliqua appellatione nec pe-
tita per eum vel alium eorum facta de sapiente dari
in dicte petite per sacramentum ponentis sint posite contra
eum. Et per iudex qui erit ad sindicandum predictos
potestatem vel capitaneum vel maiorem sindicum et iudicem

iustitie vel alium offitialem dicti communis teneatur
et debeat de omni eo quod non fecisset et facere debuisset
et de his que gessisset et gerere non debuisset ipse vel aliquis
eius offitialis vel familiaribus contra formam statu-
torum et ordinamentorum communis et populi predicti. Et de omnibus que con-
tinentur in statutis communis predicti punire et condemp-
nare. Quod si non fecerit centum libr. den. communi
predicto solvere teneatur. Qui iudex sindici et notarii
stare debeat et sedere ad banchum sub volta sancti Her-
culani vel aliis locis consuetis horis consuetis a
campana que de mane pulsatur ad sedendum
usque ad pulsationem campane que pulsatur ad levan-
dum ita quod quilibet possit de eis habere copiam et similiter in mo-
do sero. Sub pena et ad penam XXV libr. den. pro quolibet
eorum et qualibet vice qua non sederent de quo ex-
presse debeat sindicari. Et quilibet esse valeat accusa-
tor. Et de his que fecerint contra ius et iustitiam vel per
gratiam quam solent sepe facere in causis civi-
um vel forensium habitum tam coram eis. Ad quod
offitium nullus possit eligi vel vocari vel esse ad
sindicandum aliquem dictorum offitialium ad quem fuerit
eligendum vel electionem offitii procurandum ipse vel ali-
quis de sua familia. Nec etiam iudex aliquis
esse possit pro consultore nec eligi valeat qui sta-
ret in offitio tempore electionis cum aliquo cive predicto
vel stare deberet de proximo per duos menses. Et
si dictus iudex acceptaret dictam electionem aliquod
salarium habere non possit et electio sit ipso iure nul-
la. Et camerarii et conservatores monete nec massarii communis
predicti dictum salarium solvere non possit. Et si ipsa sententia
per ipsos sindicatores qui ad sindicatum potestatem erunt
deputati non ferretur infra tempus supra declaratum
possit potestas vel capitaneus vel iudex iustitie. Et quilibet
alius offitialis communis predicti et eorum et cuiuslibet eorum offitiales et
familiares impune recedere et ad domum propriam re-
dire absque alia licentia vel sententia assolutoria. Et habeatur
pro absoluto ac si sententia assolutoria pro eo lata esset et
sibi salarium solvi debeat non obstante quod sententia as-
solutoria non appareret. Aliquo capitulo non obstante.
Sindicatores autem contrafacientes puniantur pro vice
qualibet in trecentis libr. den. Iubemus statuentes
quod semper tempore examinationis et sindicatus potestatis
et capitanei et aliorum offitialium predictorum examinetur et vide-
antur et examinari et videri debeant condempnationes
tempore potestatis et capitanei et aliorum offitialium cum copia condemp-
nationum et libro condempnationum que dantur notario priorum
artium et si qua condempnatio fuerit subtracta vel
remota debeat rescribi et remicti intra ipsas condempna-
tiones. Et si qua condempnatio inveniretur abolita
subtracta amota vel cancellata et reperiret vel faceret
ille qui hoc fecerit puniatur in XL libr. den. Sta-
tuimus et ordinamus quod sindicatores et offitiales
qui erunt ad sindicandum et examinandum potestatem
vel capitaneum vel alios offitiales communis predicti et eorum vel alicuius
eorum offitiales familiares seu iudices milites notarios
domicellos seu berrovarios vel alios familiares non

non possint nec debeant aliquo modo expresse vel tacite confiteri vel affirmare vel ponere aliquid per quod potestas vel capitaneus vel alius offitialis vel aliquis predictorum possit in aliquo relevari vel iuvari nec tales sindicatores debeant super hoc interrogari et si confiteretur vel affirmaret vel poneret vel super hoc interrogaretur talis confessio et affirmatio et positio et interrogatio et ea sit ipso iure nulla et pro non facta in omnibus habeatur. Possint tamen dicti sindicatores interrogare negare et confiteri ut debent de numero equorum et de ipsis equis et de numero iudicum et de ipsis iudicibus et de numero militum et de ipsis militibus et de numero notariorum et de ipsis notariis et de numero domicellorum et beruariorum et familiarium quos in offitio habere debuit potestas et capitaneus vel alius offitialis sicut debuit habere vel non habuerit. Et si infra tempus statutum venerit ad dictum regimen.

De quibusdam pertinentibus ad offitium maioris sindici

17

xl

17 Statuimus et ordinamus quod maior sindicus et iudex iustitie teneatur et debeat ex offitio inquirere contra omnes et singulos qui elligerent ad aliqua offitia pro comune Pistorii et contra eligentes et insacculatores et contra insacculatores. Et si invenerit aliquem esse electum vel eligisse vel insacculasse vel insacculatum esse contra formam statutorum et ordinamentorum seu reformationum Civitatis Pistorii debeat electionem cassare et anullare et electum et eligentem et insacculatum et insacculantem condempnare in penis contentis in statutis et ordinamentis Civitatis Pistorii. Salvo quod ubi talis electus vel insacculatus renuntiaret infra decem dies a die electionis vel extractionis de sacculo per se vel alium vel annuntiatam personam que de rato promictat et satisdet ad dictam penam non teneatur. Volumus etiam quod potestas et capitaneus et maior sindicus et iudex iustitie et eorum cuiuslibet et eorum iudices et notarii et alii offitiales comunis Pistorii teneantur et debeant dare copiam actorum quibuscumque postulantibus infra tres dies postquam fuerit eis petita ut quilibet suo iure uti possit et valeat. Teneatur et debeat dictus maior sindicus et iudex iustitie ex debito sui offitii et ad eius spectet offitium facere fieri actari et explanari et sterni vias comitatus et districtus Pistorii a portis burgorum Civitatis extra. Et facere occupatas exoccupari et expediri prout eidem videbitur faciendum. Et fieri ordinamenta et statuta facta et que fierent super viis faciendis actandis et exoccupandis. Et explanandis amplandis et refaciendis. Et teneatur et debeat ire personaliter quotiens fuerit opportunum et etiam alterum ex suis notariis mictere in comitatu et districtum Pistorii expensis tamen dicti maioris sindici ad videndum et faciendum vias fieri explanari refici et reactari omni modo videbitur sibi melius fieri et commodius fieri posse. Decrevimus etiam et presenti statuto firmamus quod predictus maior sindicus et iudex iustitie habeant potestatem et auctoritatem universitates castrorum et villarum et homines singulares de comitatu et districtu Pistorii compellendi ad faciendum fieri actari explanari amplari et refici vias que actatione amplatione explanatione seu refectione aliqua indigebit et penas et banna imponendi obedire recusantibus. Scilicet universitati castri vel ville usque in quantitate C solidorum denariorum et singulari persone usque in quantitate xx solidorum denariorum pro vice qualibet qua recusaverit obedire. Et in penis et bannis predictas et que inciderit dictus iudex valeat condempnare. Volumus tamen quod aliqua via vel platea nova vel de novo fieri non debeat intra Civitatem et burgos nisi fieri provideretur per dominos priores dictum dominum septem in concordia. Et triginta camerarios de quibus viginti sint in concordia. Similiter in comitatu et districtu Pistorii et extra portas burgorum Civitatis Pistorii nulla via nova vel de novo fieri debeat nec possit in aliqua parte nisi fuerit deliberatum ut dictum est. Volumus tamen quod quando sic deliberaretur quod fieri debeat quod nullum dampnum alicui fiat nec detur in civitate vel burgis nec in comitatu vel districtu Pistorii occasione alicuius vie vel actande vel mutande vel amplande vel reficiende et reparande per terrenum alterius vel alio modo actande vel fiende nisi primo dampnum fiendum occasione dicte vie extimetur. Et de dicto dampno extimatio fiat et satisfactio dicti dampni et solutio illi quibus dictum dampnum daretur aliquo modo vel causa. Et antequam dicta extimatio et solutio dicti dampni occasione dicte vie fiat ad dictum dampnum faciendum et ad viam faciendam per quam alicui dampnum daretur per aliquem offitialem comunis Pistorii nullatenus procedatur nec procedi possit aliqua ratione vel causa. Que extimatio fiat et fieri debeat per duos bonos homines eligendos unum per illos qui reciperet dictum dampnum et alium per dictum maiorem sindicum et iudicem iustitie. Qui maior sindicus ad petitionem cuiuscumque petentis teneatur et debeat infra octo dies fieri facere electionem. Et ipsos cogere ad eligendum bonum hominem pro parte sua. Et ipse infra dictum tempus eligat alium et facta electione ipsos iurare faciat quod dictam extimationem facient bene et legaliter infra terminum viii dierum. Et si non essent concordes ipsi duo eligant realiter et publice in eadem die post dictum terminum viii dierum eligere tertium. Qui tres infra alios viii dies immediate sequentes teneantur dictam extimationem

facere de quibus duo in concordia sufficiant. Et si non fecerit in penam centum librarum denariorum incidant. Quam penam dictus maior sindicus et iudex iustitie de facto debeat auferre sine sententia vel processu. Qua extimatione facta teneantur et debeant dicti boni homines videre et examinare adiacentes et distribuere inter eos extimationem predictam secundum quod eis videbitur convenire. Qua facta cogat dictos adiacentes infra alios octo dies ad solvendum distributionem factam predictos. Ita quod omnino solvant et postea domum opus [illegible] datur.

Quod a condepnationibus maioris non possit appellari. Rubrica.

18 Ut maleficia in Civitate pisana melius et efficacius puniantur et puniendo que fierent seu fient sortiantur effectum et omnibus auferatur occasio et animus delinquendi, statuimus quod si quis fuerit per potestatem vel capitaneum vel maiorem sindicum et iudicem iustitie civitatis pisane vel aliquem eorum pro aliquo maleficio condepnatus quacumque pena fuerit ei pro huiusmodi sententiam vel condepnationem imposita non possit ab ipsa condepnatione et sententia appellare nec recursum habere et si appellaverit vel recursum habuerit non teneat ipso iure appellatio nec recursus nec sortiatur appellatio vel recursus effectum. Sed habeat primus processus firmitatem et non possit pretextu appellationis vel recursus executio condepnationis et sententie retardari. Et idem intelligatur in omnibus aliis officialibus civitatis pisane iurisdictionem habentibus in suis criminalibus et condepnationibus ferendis et faciendis preter tamen amplium iurisdictionem et officium maioris sindici et iudicis iustitie quo ad causas civiles non intelligatur aliquatenus derogari. xviij

Quod quis non possit habere recursum ad iudicem iustitie. Rubrica.

19 Sententiis et condepnationibus et absolutionibus et processibus eorum de cetero faciendis et habitis seu que fierent et haberentur per potestatem vel capitaneum vel maiorem sindicum civitatis pisane vel eorum officiales super maleficiis vel de maleficiis commissis et que de cetero committerentur a suis sindicis et examinatoribus priorum artium et aliorum officialium civitatis pisane non possit appellari nec recursus haberi ad maiorem sindicum et iudicem iustitie et appellationum civitatis pisane vel ad aliquem. Et dictus maior sindicus et iudex iustitie vel aliquis alius non possit nec debeat aliquem audire nec cognoscere nec cognitionem xviij

habere de predictis. Et si dictus maior sindicus et iudex iustitie aliquem molestaverit de predictis condepnetur per suos sindicatores in quingentis libris denariorum. Et nichilominus sententia absolutoria sive sententia cassationis et annullationis si qua per eum fieret de predictis sive super predictis vel aliquo eorum non valeat nec teneat. Et nullum preiudicium communi pisano faciat non obstantibus aliquibus statutis sive ordinamentis vel reformationibus loquentibus de officio dicti iudicis et de recursibus habendis vel appellationibus interponendis non obstante aliquo alio in contrarium loquente. Et si non condepnaretur pro aliquo maleficio in minori quantitate quam condepnari deberet qui tale maleficium commisisset ex forma statutorum et ordinamentorum civitatis pisane ex quo tali condepnatus recurrere habeat et recurrere possit contra potestatem et capitaneum et maiorem sindicum vel alium officialem sententiam ferentem usque ad integram quantitatem coram sindicatore vel sindicatoribus potestatis vel capitanei vel sententiam ferentis. Et nullus processus carta vel scriptura que fieret super processibus vel de processibus potestatis vel capitanei vel alterius officialis super predictis vel predictorum occasione que non apparerent scripte vel in scriptis predictis tempore restitutionis ipsorum librorum valeat nec teneat et sit nullius efficacie vel valoris. Et nullus ea producere vel uti possit et si produceret nulla fides debeat adhiberi. xviij

De condepnationibus non cassandis per maiorem sindicum et iudicem iustitie. Rubrica.

20 Nullus maior sindicus et iudex iustitie possit nec debeat aliqua auctoritate vel aliquo iure vel titulo seu quoquomodo aliquam condepnationem vel sententiam olim latam vel de cetero ferendam per se vel suum predecessorem quoquomodo cassare vel annullare vel cassam vel nullam pronuntiare et si secus fieret non valeat nec teneat ullo modo. Et nichilominus in V libris denariorum per suos sindicatores ex officio sindicatoris ad petitionem cuiuslibet summarie et de facto debeat condepnari. Et quilibet possit esse accusator vel denuntiator. Et hoc locum habeat in sententiis latis et ferendis in causis criminalibus. Et etiam dicti sindicatores de predictis officium diligenter inquirere teneantur. Non obstante aliquo statuto ordinamento reformatione vel alia provisione seu iure civili vel municipali in contrarium loquente. Que quatenus predictis sint et esse intelligatur totaliter sublata et revocata. xviij

De officialibus sindici condepnatoris sindici cum familia iudicis iustitie et eorum mictendis in comitatu familiari in comitatu pisano comitatus. Rubrica.

21 Olim etiam statuentes. Quod dictus maior sindicus et iudex iustitie nec aliquis alius de suis officialibus et familia possit nec in comitatu pisano pro dicto officio vel occasione executionis de [illegible]

offitii modo aliquo nec etiam alia de causa expen
sis alicuius universitatis vel spetialis persone. Ad
offitium autem dicti judicis justitie et sindici pertineat
sindicare examinare punire et absoluere et con
depnare dominos Priores artium et omnes et singulos alios
offitiales homines et personas contentas in presenti capitulo
qui fuerint in offitio vel qui aliquid commiserint
contra formam statutorum Civitatis predicte in tempore
vel in tempore sex mensium precedentium proxime ini
tium sui offitii. quorum offitium expiravit ante initium
sui offitii. Item quod offitiales homines et persone su
perius descripti et denotati sindicentur et exa
minentur in hac forma videlicet de his que habuissent et re
cepissent vel habuerint et receperint ipse vel alius
de aerario comunis predicti vel spetialium personarum vel ab aliqua
universitate vel ultra vel preter seu contra formam
statutorum et ordinamentorum et reformationum comunis et populi
predicti occasione offitii vel pro offitio et de qualibet barattaria
et lucro illecito factis occasione offitii vel pro offitio. Non
obstante aliqua sententia lata vel data per aliquem of
fitialem forensem vel civem predicti ~~aliquem~~ quam per ali
quem in dicto offitio precessorem. Item quod dictus
Maior sindicus et judex justitie possit teneatur
et debeat procedere contra predictos seu infrascriptos per
viam inquisitionis accusationis et denuntiationis
vel simplicis petitionis et audire et intelligere et admit
tere quemlibet accusatorem et denumptiatorem et
contra predictos procedere summarie et de plano sine
strepitu et figura juditii Et etiam diebus feriatis
et non feriatis Judicandis et Judicendis conveni
entes hominum et personarum publicam quattuor
testium fidedignorum vel judicia precedentia vel unum
testem de visu possit et teneatur ad questionem pro
dere et confessionem eruere et repertos culpabiles
in aliquo vel de aliquo predictorum condempnet occasione
extortorum et receptorum et tantumdem vel idem quod
accepit vel accepit restituat illi a quo accepit aut
extorsit vel acciperet vel extorqueret et in quadru
plum comuni predicti condempnetur in eadem condep
natione instantia. In aliis vero commissis et co
mittendis per eos contra formam statutorum et ordinamentorum
et reformationum comunis et populi predicti sindicentur et
examinentur. Et procedat et condempnat secundum formam
statutorum et ordinamentorum et reformationum comunis et populi predicti
Et in omnibus predictis. possit et condempnare
de privatione cuiuslibet offitii et artis perpetuo vel temporali
Considerata qualitate persone et delicti prout sicut
eidem offitiali videbitur convenire. Et predicta habeat
plenissimum fiat occulte. Et ne veritas de predictis
possit celari. Et dictus maior sindicus possit
et debeat cogere realiter et personaliter omnes quos sci
verit vel crediderit scire veritatem et inobedientem
in predictis punire et condempnare summarie et de facto
ut de predictis dicant et pandant veritatem sive sit
forenses sive cives ad suum arbitrium et pro
limitatem. Et in citationibus faciendis et in

banno dando et procedendo possit idem Maior
Sindicus et judex iustitie terminum dare et as
signare seu assignari facere comprehendendo
ad minus trium dierum. Item quod omnes et
singuli alii offitiales comunis predicti in quibus per formam
aliquorum statutorum et ordinamentorum vel reformationum comunis
predicti committitur examinatio alicuius vel aliquorum
exeuntis offitii sint et esse intelligantur ab ipsa
examinatione cassi et revocati et eorum offitia
quo ad examinationem predictam intelligantur esse cassa
non obstantibus aliquibus statutis ordinamentis
vel reformationibus generalibus vel spetialibus in con
trarium loquentibus. Item quod quicumque erit vel
fuerit camerarius vel alius offitialis comunis predicti
seu alicuius universitatis comitatus seu districtus
predicti seu a spetialibus personis dicte Civitatis
et comitatus pro expendendo faciendo seu operando
aliquod opus laborerium vel aliud ministerium
perfecto tali opere laborerio seu ministerio te
neatur et debeat illud quod superfuerit et restabit
seu superesse et restare debuerat a sumptibus et ex
pensis et ab aliis quem dicto laborerio seu mi
nisterio expendere debuerit Restituere comuni
predicti vel massario comunis predicti que comuni fuerit
restituenda infra x dies a die finiti labo
rerii et perfecti ministerii vel offitii deposti. de
qua restitutione apparere debeat publicum in
strumentum manu notarii offitialium quibus fiet dicta re
stitutio continens in se quantitatem specificatam
dicti residui. Que restitutio fiat de re ipsa tempore
quo rogatus fuit dictus notarius et alii notarius eius
scribere non possit sub pena x librarum denariorum
privationis offitii in quo tunc esset et alius subrogetur
loco eius. Possit tamen in casu arduo domini
Priores et camerarii artium vel maior pars
ipsorum prorogare dictum terminum xv dierum secundum
quod eis videbitur et placebit. Et que comuni predicti
non essent restituenda restituantur illis personis
vel universitatibus quibus restituenda forent infra
xv dies Ultra salaria talibus offitialibus ordi
nata. Et si predicti camerarii et offitiales
predictam restitutionem infra dictum terminum non
fecerint possit et debeat per dominum Sindicum contra eos
procedi Et etiam possint condempnari pro eidem
ac simplam petitam quantitatem et aliis omnes ex
torsissent vel illicite habuissent secundum formam
superioris. capitulum. de hac materia loquentis

de accipientibus laboreria ad coptimum et de chamerlingis et offitialibus sindicandis et quibusdam aliis pertinentibus ad offitium maioris sindici

Item cum multi offitiales elligantur
ad laboreria fieri facienda Et etiam se
multi obligent ad faciendum et perficiendum labo
reria seu ministeria. et recipiunt pecuniam
a comuni vel ab offitialibus dicti comunis. Et
interdum expensis et currentibus dicta laboreria
et ministeria non incipiantur Et penas singulares XX

personas deposita stant ad petitionem dictorum electorum
seu coptimatorum qui denominentur convenientes nec denarius
pro pecunia communis Pisarum tali laborerio destina-
ta si non incipiatur vel non continuaretur
laborerium sit penes dictas personas singu-
lares. Statuimus et ordinamus quod si aliquis
electus fuerit in futurum in suprastitem alicuius
laborerii vel operis vel aliquis fuerit coptimator
quod ante inceptionem dicti laborerii vel operis dicta
pecunia sit deputata vel destinata deponatur
penes conservatores communis Pisarum et penes
dictos conservatores sit quousque dictum laborerium
incipiatur vel paramentum ipsius laborerii
quo paramento incepto vel principio dicti operis
dicta pecunia per ipsos depositarios detur suprasti-
tibus sive coptimatoribus supradictis dummodo re-
cipere debeant ydoneos fideiussores de prosequendo
continuando et perficiendo bona fide et sine fraude
dictum opus secundum formam provisionum sub
pena quingentarum librarum denariorum. Que pena si non
adimplebitur quod promictitur per dictos conservatores
seu tres bonos homines super exactione pecu-
nie communis Pisarum exigi debeat. Et dicto tali opere
perfecto vel offitio finito residuum teneatur as-
signare infra xv dies in scriptis Sindico
tantum et residuum et tantum ecce residua
pecunia. Et infra dictos xv. dies offiti-
alibus communis Pisarum prout supra datum est in precedenti
capitulo restituere. Et quod supra dictum est de fide-
iussoribus dandis intelligatur de coptimatore.
Et quod supra dictum de assignatione ~~residui~~ residui
intelligatur de suprastite. Cum suprastes debeat
opus incipere infra xv dies a die habite pecunie
a communi Pisarum et ipsum sollicite prosequi et continu-
are et finire sub pena ij. librarum denariorum. Item quod
dictus Sindicus non admictat aliquem probare
nec admictere possit et debeat per testes vel
per instrumenta nec fidem adhibeat nec adhiberi
possit de aliquibus solutionibus pagamentis
satisfactionibus et restitutionibus et nisi de
hiis que fuit contineretur et appareret expresse
in libris introytuum et exituum quos assigna-
verint offitiales dicto Sindico. Quos assi-
gnare teneantur infra xv dies a die depositi
offitii pena C. librarum denariorum. Et ad hoc ut nulla
fraus commicti possit. Statuimus quod quilibet
offitialis suprastes vel camerarius teneatur
et debeat ordinarie facere unum librum in quo
scripti appareant omnes et singuli sui introytus
exitus et expense et illum librum assignare
manu publici notarii ut supra dictum est pena C.
librarum denariorum. Et nullus offitialis cui non est
notarius deputatus per formam statutorum communis
Pisarum ad quem de pecunia seu de avere communis ~~Pisarum~~
ad quem de pecunia seu de avere communis Pisarum

pervenerit seu pervenire deberet possit stare ad
offitium aliquod exercendum nisi sibi notarius de-
putetur qui eligi et deputari debeat per dominos priores
antianorum dicti communis. Et aliter offitium exercere non
possit sub dicta pena. Item quod nullus qui olim
fuit condempnatus vel deinceps condempnandus seu
deinceps condempnatus fuerit per dominum Sindicum
possit ferre testimonium vel testificari in causa
dicti domini Sindici contra aliquem sindicandum seu
Nec per ipsum dominum Sindicum eius testimonium
recipiatur. Et si secus fieret non valeat nec
teneat ullo modo, aliquo non obstante. Item quod
nulli offitiali communis Pisarum ad quem pervenerit aliqua
pecunie quantitas sit licitum recipere aliquam
pecunie quantitatem occasione sui offitii nisi presente
suo notario. Et tunc dictus notarius statim
dictam receptionem scribere debeat in libro supradicto
notato pena offitiali et notario cuilibet eorum si
negligentes fuerint pro qualibet vice quilibet offitiali pena
quadrupli et notario decem librarum denariorum. Et cum ple-
rumque contigerit quod offitiales communis Pisarum faciunt expen-
sas inutiles et etiam scribunt seu scribi faciunt
vel assignant se fecisse expensas quas non
fecerint ex quo dampnum resultat communi Pisarum. Sta-
tuimus quod dictus maior Sindicus inquirat et
inquirere debeat per omnem viam quam sibi videbitur. Et
si invenerit aliquem expendisse vel assignasse
se expendisse quod non expendit vel ultra
expendiderit vel in huiusmodi barattariam aliquam
commisisse condempnet repertum culpabilem in quadru-
plo eius in quo contra predicta commisit et in resti-
tutione rei ablate vel quantitatis. Si vero aliquid
inutiliter expendiderit puniatur in duplo eius quod
in quo leserit commune Pisarum. Curetque veritatem
invenire studeat per testes et per scripturas et per
illos quibus dicetur dicta pecunia data vel so-
luta vel expense facte et omni modo quo melius po-
terit. Et si dictus maior Sindicus negligens
extiterit in predictis per suum sindicatorem pena ij.
librarum denariorum condempnetur. Et quod nulla ~~acceptatio~~
receptio vel solutio possit nec debeat fieri per ali-
quem suprastitem vel per aliquem offitialem communis Pisarum nisi
presente suo notario. Et quod notarius scribat tales
receptiones et solutiones fuisse factas in sui presentia
Et quod dicti notarii sint et esse debeant cum suprastitibus
et aliis offitialibus et de se copiam facerent. Ita quod
nullus per absentiam notarii penam vel dampnum
substineat pena notario si contrafecerit in predictis
pro vice qualibet xxv librarum denariorum vel de se copiam non
fecerit. Et de hoc sindicari debeat per maiorem
Sindicum et puniri pena predicta. Item quod omnes
et singuli potestates Sindici Vicarii collectores datiorum
et collectarum vel alterius cuiuscumque pecunie castrorum

et villarum comitatus Pis. vel ad quos pervenerit
aliquid de bonis dicte universitatis sindicentur hec
non vero. Et si aliquis offitialis castri vel ville vel ali
quis alius de dictis castris vel villa unde vel in quo
erit vel fuisset dictus potestas sindicus vicarius
seu collector de commissis et committendis insti
tutis accusare vel accusabit denumptiaret vel denu
ntiabit. dummodo in denumptia dentur nomina testium
in scriptis. Cui sindicus maior et iudex iusti
tie antequam ad inquisitionem procedat recipiat duos
testes et si probaverit ad inquisitionem procedat alioquin
non et talem denumptiatorem condempnet in centum
soldis denariorum. Et tunc dictus dominus sindicus proced
at et repertum culpabilem condempnet in restitu
tione rei ablate cui ablata vel fraudata est et tantundem
comuni Pis. in eadem summa. Aliter autem non possit
procedere ullo modo contra predictos. Item quod ille vel illi
ad quem vel quos spectabit electio dicti domini sindi
ci teneantur eligere tanto tempore ante finitum sui of
fitii quod reperiatur et habeatur acceptantis. Et veniat
Pis. quattuor diebus ante initium sui offitii integris
ut dictum est pena centum librarum denariorum electori et
electoribus si negligentes fuerint in predictis. Et
quod domini priores artium qui fuerint tempore electionis
seu publicationis electoris dicti sindici sub dicta
pena predictos electores predicta fieri facere teneantur
et appodissam et pagamentum salarii dicti electoris
et notarii et sindici iturorum pro dicto sindico fieri
faciant cum effectu subdicta pena. Et etiam
cancellarius comunis Pis. qui erit tempore electionis
seu publicationis electorum domini potestatis et cap
et maioris sindici et iudicis iustitie teneatur
et debeat electoribus notariis et sindicis ituris
pro ipsis offitialibus eligendis solutionem eorum salarii
predictis pro quibus debebit ex forma statuti cum ef
fectu dare et solvere secundum formam statuti de hac materia
loquentis. Item quod dictus dominus sindicus habeat et
habere debeat expensis comunis Pis. domum in qua
possit comode habitare. Quam domum ydoneam
et in loco publico et apte domini priores artium
conducere et acquirere debeant temporibus congruis
et debitis. Item quod eam dictus dominus sindicus in suo
adventu veniat preparatam pena L. librarum denariorum
prioribus predictis et cuilibet eorum si negligentes
fuerint in predictis et in pensione dicte domus dicti
domini priores possint ordinare et fieri facere ex
pensas de bonis comunis Pis. et appodissam et
solutionem de ipsis expensis fieri facere teneantur
auctoritate presentis legis si oporteret conducere.
Item quod domini priores artium civitatis Pis. et
quilibet ipsorum nichil facere debeat nec proponere ne
nec ordinare in contrarium predictorum pena C.
librarum denariorum pro quolibet contrafaciente. Et quod secus fieret
non valeat ullo modo. Offitiales vero sindicandi
et examinandi ut dictum est sint hii priores
et notarii eorum et ministri et ministri populi et ho
stiarii et familiares priorum et cancellarius
qui fuerunt in futurum ad dicta offitia sin
dicentur et examinentur secundum formam presentis ca
pituli ~~omnes electores~~. Item sindicentur et
examinentur secundum formam presentis capituli omnes elec
tores cuiuscumque offitialis qui dicerentur elegisse
simonia vel pecunia vel alia recepta vel promis
sa vel precibus alicuius. Sindicet etiam dictus
sindicus omnes et singulos massarios comunis
Pis. et eorum notarios et fancellos et omnes et sin
gulos conservatores monete comunis Pis. et eorum no
tarios et fancellos et mariscalcos et offitiales
deputandos ad videndum mostras stipendia
riorum. Item sindicet omnes et singulos offitiales
et superstites alicuius vie fontis vel pontis vel alterius
laborerii comunis Pis. ad quorum manus pervenisset
aliqua pecunia vel aliquid aliud a comuni Pis.
vel ab aliqua universitate vel speciali persona occasione
tali offitii alicuius non obstante per totum tempus eorum
offitii. Et etiam quoscumque alios offitiales comunis
Pis. ad quos etiam dicta pecunia non pervenisset
de omnibus et singulis que ad eos pervenisset ultra
formam statuti et ordinamentorum comunis et populi Pis. ab ipso comuni
seu de bonis ipsius comunis vel ab aliqua universitate
seu de bonis ipsius universitatis vel ab aliqua
speciali persona seu de bonis alicuius specialis persone occasione
ipsius offitii et pro gerendis ipso offitio seu
occasione ipsius offitii et de baractariis per eos commis
sis sive committendis in ipso offitio seu occasione
ipsius offitii et in lucris illicitis. Et si quis
ex dictis offitialibus eligeret vel poneret aliquam personam
ad ipsum offitium in totum vel in partem exercendum
vel ad exercendum seu scribendum in predicto offitio
scribenda. Et talis persona electa seu posita
commiteret aliquid de predictis quod talis persona posita
et electa propterea sindicetur et sindicari debeat
et examinari ac si fuisset posita et electa pro comuni
Pis. Et offitiales comunis Pis. quoad hec
intelligantur. Contra quam personam electam
positam sive subrogatam loco alterius fiat executio
si condempnatus fuerit infra XV dies a die late
sententie. Que si fieri non posset tunc contra dictum sindicatum
procedatur et fiat et fieri debeat contra talem ponentem
seu subrogatem in locum suum. Contra quem
subrogatum vel positum possit habere recursum
ponens vel subrogans si fuerit coactus ad solutionem
condempnationis de eo factam. Que solutio condep
nationis predicte habeatur pro mistro confessionato.
Et bayuli intelligantur esse offitiales comunis Pis.
qui bayuli possint et debeant sindicari per dictum sin
dicum de sex mensibus in sex mensibus. Non obstante
quod eorum offitium non expirasset. Et item quod omnes
offitiales predicti et alii supradicti per ipsos offitiales ad aliquid
agendum positi vel qui ponerentur vel deputarentur

ut dictum est teneantur et debeant infra octo dies
principij offitij sindici a quo sindicari debebunt
se presentare coram ipso sindico et se scribi fa
cere. ad que offitia et ministeria deputati fuerint
pena viginti quinque librarum denariorum pro quolibet contra
faciente Salvo quod in casu absentie vel infirmi
tatis vel alterius legittimi impedimenti de quibus
stetur arbitrio dicti sindici possit dictus offitialis
se presentare et respondere per legittimum procuratorem
dummodo dictus procurator dare teneatur legittimos et
ydoneos fideiussores et tunc talis presentatio et
responsio valeat et teneat et dimictatur aliquo
statuto in contrarium loquente non obstante Et
nichilominus dictus sindicus possit et teneat
et debeat per se et suos offitiales investigare et se
informare de electionibus dictorum offitialium aliorum
priorum plebesorum notariorum priorum dictorum et cancellariorum
et aliorum notariorum pena eidem sindico ducen
tarum librarum denariorum si negligens extiterit.

de dapnis datis etc.

xxi

Item statuimus et ordinamus quod dictus maior
sindicus et iudex iustitie sit et esse debeat
offitialis super omnibus et singulis dapnis datis et que
darentur in comitatu Pistorii toto tempore sui offitij et
uno mense ante per quascumque personas et in civi
tate vel burgis vel suburgis Pistorii et de dapnis datis
de quibus pendet processus. Cum sindicus et iudex
iustitie et offitialis super dapnis datis predictis cog
nitionem habeat ipse solus et non alius offitialis civitatis Pistorii
preter quam de dapno quod daretur per quo imponeretur
pena corporalis in subsidium ex forma statutorum
civitatis Pistorii de quo iurisdictionem habeant tunc pote
stas et ipse maior sindicus et non alius Offi
tium vero dicti offitialis dapnorum datorum sit et esse
debeat infrascriptum. Videlicet quod dictus sindicus
et iudex iustitie et eius assessor possint et debeant
super dapnis datis procedere contra dapna dantes
et dari facientes cum accusatione et denuptia
tione et per inquisitionem et ex suo offitio servato
ordine iuris et non servato et cum litis contesta
tione et sine quod per inquisitionem procederet sicut
sibi videbitur. Cum maior sindicus teneatur et debeat
mictere suos notarios familiares et berua
rios die noctuque ad circuendum inquirendum
et inveniendum dapna data in civitate et com
itatu Pistorii suis in sumptibus et expensis et quos
invenerit dare dapna vel dedisse vel dari fecisse
vel facere possit et debeat condepnare in penis con
tentis in presenti capitulo Ac etiam possit dictus offitialis
nec debeat familiam suam mictere per comitatum
Pistorii nisi intra tria miliaria tantum versus civi
tatem. Intra que tria miliaria familiam mittere
possit et debeat pro dapnum dantibus Et quos inve
nerit dapnum dare punire possit et debeat et con
depnare secundum formam statutorum dicti comunis Et
credatur relationi dicti notarii cum eius predicta cum
sua familia sine alia probatione de illo quem inve
nerint dapnum dantem. Adhoc autem ut predictis
locis et a dictis finibus infra dapna dantes melius
fieri possint. Ordinamus et deliberamus quod idem
maior sindicus et offitialis possit teneatur et debeat
facere eligere vel eligi facere custodes servitores
vel publicos ut sibi videbitur et in eo numero quo sibi
placuerit de burgis et suburgis et de comitatu Pistorii
et eos cogere ad offitium acceptandum et gerendum
et ei multas et dapna imponere. et pro comuni auferre
a non obedientibus summarie et de facto usque in quantitatem C librarum
denariorum. Secundum quod sibi videbitur pena eidem maiori sindi
co et offitiali L librarum denariorum si negligens fuerit in predictis
per suos sindicatores aufferenda tempore sindicatus.
Item quod in quolibet castro et villa comitatus Pistorii quod vel que
est prope civitatem per tria miliaria vel infra tria
miliaria eligi faciat et eligi facere teneatur per sindicum
dicti castri et ville ad minus duos custodes quorum offitium
sit in custodiendo de die et nocte res et bona existentia
in pertinentijs et districtu dicti castri vel ville. Et omnes
dapnum dantes teneantur et debeant denuptiare infra otto
dies a die dapni dati dicto maiori sindico et offitiali
et credatur et stetur sine alia probatione relationi et
denuptiationi dictorum custodum vel alterius eorum
qui denuntiari deberent tale dapnum. Et etiam stetur
dictis custodibus de dapni extimatione usque in quantitatem
Centum solidorum denariorum et abinde infra Et si dapnum esset a
C solidis supra debeat probari extimatio dapni per testes
ponendo indempnitatione predictos custodes et denun
tiatis ab ipsis custodibus in emendatione dapnum
patientis dapnum Et comunis Pistorii condepnet secundum formam
scriptam paragrafi Item quod si aliquis etc. Cum
custodes si dapnum dantem non denuntiaverint infra
viij dierum protestatione non facta vel si eis seu alteri
eorum fuit facta protestatio Et non fuit denuptiaverint
infra iiij dies a die protestationis eis facte vel alteri
eorum per recipientem dapnum vel aliquem de sua fa
milia Et querela fuit porrecta coram dicto maiori
sindico et offitiale per aliquem civem vel comitatinum
civitatis et comitatus Pistorii cum confessione sine probatione
de dapno sibi tale dapnum fuit sibi datum. Et
etiam si non dicat a qua persona sive a quibus personis fuerit
per sacramentum ipsius querelantis cum duobus testibus
de fama vel cum uno teste de visu qui dicat vidisse
dapnum esse datum Custodes teneantur ad satisfactionem
integram dicto recipienti dapnum de dapni extimatione
de qua stetur assertioni ipsius patientis dapnum.

custodes si non denuptiaverint dapnum datum teneantur emendare dapnum

cum iuramento super hec prestando et extimatio fieri
possit in usque in quantitatem centum soldorum denariorum et
contra predictos in aliis centum soldorum denariorum debeat condempnari.
Item quod dicti custodes fiant de tribus mensibus in tres mensibus.
Et in fine trium mensium sindicus castri vel
ville teneatur et debeat sub pena centum soldorum denariorum dare
novos custodes et eis denuptiare quod se presentent
coram dicto offitiali coram quo iurent et promittant
eorum offitium exercere quam penam solvere cogantur
de facto et si ipsos non dederint ut dictum est et
michologninus ad eos dandum eos compellant. Item
quod qui fuerit per eos custodes denumptiatus de dampno
dato ad denumptiationem dictorum custodum debeat con-
dempnari sine alia probatione vel processu sed solum
stetur relationi ipsorum custodum prout dictum est supra.
Teneantur tamen potestas dare eisdem custodibus nomina
saltem duorum testium qui probent de fama vel
nomen unius testis qui probet de visu dampnum
datum fore et etiam nomina testium qui probent
extimationem dampni quando dampnum esset a centum
soldis supra quos testes dare teneantur dicti
custodes in scriptis in denumptia. Si vero
castrum vel villa de comitatu pisano esset distans
et distaret a civitate plus quam per tria miliaria
omnia et singula que dicta sunt supra de custodibus
locum habeant et sibi vendicent in sindicis univ-
ersitatum castrorum et villarum sic distantium
qui sindici eorum modo premissa teneantur.
Et eodem modo eorum denumptiationi et extimationi
stetur prout et sicut supra dictum est de custodibus
cum probationibus de quibus dictum est supra de custo-
dibus quando denumptiabunt et aliter denumptiati
condempnari non debeant nec possint. Item cum
sepes destruere nichil aliud est quam dare
materiam cuilibet transeunti per vias ingrediendi
vineas ortos et alia loca et fructus destruendi
Ordinamus quod idem maior sindicus et offitialis
vinculo iuramenti teneatur et debeat in burgis et
suburgiis civitatis pisane eligere et ordinare custodes
secretos in numero qui sibi videbitur. Quod si non fecerit
idem maior sindicus si negligens fuerit
in predictis in quinta libre denariorum auferenda per
suos sindicatores tempore sindicatus. Qui custodes
teneantur et debeant omnes et singulos personas
apportantes ligna vel spinas sepium vel
sepes destruentes denumptiare denumptiationi
quorum et dicto vel alicui eorum cum sacramento
credatur et delinquentes denumptiati puniantur
pro vice qualibet in viginti soldos denariorum parvorum
denumptiato cuius dampni et pene tertia pars sit
dicti sindici et offitialis et alia custodis predicti
et alia tertia pars sit comunis pisani. Quas
partes massarii comunis pisani dare
debeant sine precepto vel mandato dominorum priorum.
Et dictis denumptiatoribus suffi sufficiat
hoc mandatum sive preceptum de sua tertia
parte sibi solvenda ad eius massarium ad dicto maiori
sindicho cum sua bullecta. Et dictus maior
sindicus et offitialis teneatur die noctuque
inmicte per civitatem et comitatum pisanum usque ad duos
confines trium miliarium suos berrovarios et
familiares et duos custodes seu guardianos
et eos facere extra portas civitatis interdum
prout ei videbit circuire exquirentes.
Et si invenerint aliquem dampnum dare vel
dedisse dicto quorum familiarium vel custodum
vel duorum ex eis credatur. Et si dampnum
fuerit a viginti soldis infra credatur dicto
unius et etiam nude scripture notarii dicti
offitialis credatur. Contumacia sit quantitas
extimationis dampni a dictis viginti soldis denariorum
infra et talis relatio et scriptura plena probatione
et sufficiente habeatur non obstante quod absente
parte facta fuerit nec aliquo alio et ex tali
relatione et scriptura possit idem offitialis et
condempnationes facere sine aliqua accusatione denum-
ptiatione vel inquisitione ita quod alia probatio
non requiratur et nulla defensio in eum
admictatur et etiam dicto sine condempnatione
penas usque in dictam quantitatem viginti soldorum de-
narorum pisanorum possit facere devenire. Nec
super aliquibus que spectent ad eius offitium
possit idem maior sindicus et offitialis
procedendo consilio sapientis eligere. Et non
debeat idem maior sindicus et offitialis
nec aliquis suus offitialis dare copiam
alicui nominis vel nomine custodum nec etiam
manifestare illum qui denumptiaverit sed tenere
debeat in secreto. Nullus insuper alius
offitialis comunis pisani possit vel debeat eius
offitium impedire vel ledere sed quilibet offitialis

Sindici teneant[ur] ... pro dampnis ... [illegible]

da cois requisitus abo ut aliquot ex suis
offitialib teneat et debeat ipm suu offitm
mutare et suus posse pbere itaqz suuz offm
libere possit exercere. Item qd dus maior
Sindicus et offitialis et sui offitiales bre
uary et familiares hant quousqz steterit
in dco offitio pro Ciuibus pusinis et etiaz
toto tempore sindicatus. Et quicuqz offenderet
dcm maiorem Sindicum et offitiales pu
puniatur ac si offenderet potatem vl Capitan
Et quicuqz offenderet suos offitiales vel
familiares puniatur sicut puniri debet is qui
offenderet offitialem vl familiarem potatis vel
Capitan pusinis. Possit etiam dus maior
Sindicus et offitiales cognoscere procedere et di
finire de quolibet dapno diebus feriatis et non
feriatis et etiam solepnib ad honorem dei
et etiam diebus veneris et possit inquirere et procedere
tempore supradco de quolibet dapno dato exceptis
diebus paschalibus dominicis et festiuitatibus beate
Marie domensibus marty et augusti et festiui
tatibus scorum Ecclarum laurenty et Constanty
Item qd si aliquis qui dapnuz receperit
coram dco maiori Sindico et offitiali conqueritur
et denuptiauerit aliquem sibi dapnuz dedisse
non repertum per eundem maiorem Sindicum
et eius offitiales vl suos bruariios vel
custodes accusatum per eum et si suo iuramento
tunc affirmauerit dapnuz sibi fore datuz
in rebus suis vl aliis possessis vl conductis
seu adceptuz vl ad laboritiuz sibi concessis
vl quas haberet in tenutaz ex pnio decreto
auctoritate curie stetur eius sacramento de
dapno et extimatione dapni et de dapnuz
dapte vl dantibus usqz in quantitatem viginti
sold den inclusiue unde infra pdictos
accusato dnz [illegible] non possit accusare
vl denuptiare eadem accusatione ultra
tres psonas nitorum et nisi unaz psonas
tm de una familia et predcta accusatuz
seu accusatos in plena pbatione hat et
eundem accusatuz seu accusatos in ipa
quantitate dapni patienti dapnuz et coi
puss in Cent sold den pquolz eorum idem
maior Sindicus debeat condepnare
Et si dapnuz fuit a viginti soldis
sup usqz in quantitatem Cent sold den
inclusiue sufficiat pbatio facta modo pdicto
cum hac adiuncta vz qd probet accusatio pmiuz
testem de ueritate dapnuz sibi fore datuz quod
in accusatione ipius deductuz fuit et dumodo
non excedat nuis vl forma contenta infra in
c. non tn quis possit. Et tunc accusatuz de dapno
dato coi puss in decem libr den debeat condepnare
et dapnuz patienti in emendatione dapni. Si
vero dapnuz fuit a Centum sold sup stetur
sacramento eius qui qui se dicit dapnuz passu
pbatione unius testis de ueritate et duorum testiuz
de fama qd dapnuz fuit illatuz et fuit a centu
soldis sup. Sufficiat etiaz sacramentuz
cum pbatione quatuor testiuz de fama et
pdca in plena pbatione hant dcit inculpatos de
dapno tam circha illationem dapni quam circha
dapni extimationem et tunc dus maior Sin
dicus condepnet dapnuz dantem in extimatione
dapni patienti dapnuz et coi puss in xxv
libr den condepnet in eadem sma. Et dus
modus pbandi ut sup scriptuz est locuz
hat et hre debeat ubiqz in materia dapnorum
datorum et quocuqz dapnuz fuit datuz de quo
possit cognoscere dus maior Sindicus preter
qz ubi aliud reperiret expssuz vl alia pbatio
requireretur. Volumus tn qd nullus
de dapno dato per se vl cum bestiis vl a bestiis
possit accusare vl denuptiare eandem vl easdem
psonas nisi semel in bimestri tpe tn et
de una vice tn nisi denuptiatio vel accusator
vellet plene pbare secundum formam iuris dapnuz sibi
fore datuz et extimatione dapni et dapnuz dantes
quo casu possit eadem vl easdem psonas accusare et
denuptiare de plurib mensib et de plurib vicibus
pro ut et de quot denuptiatori vl accusatori videbitur
et placebit. Non tn quis possit accusare
vl denuptiare in una accusatione vl denuptiatione
seu libello ultra tres psonas et de una familia
nisi unaz psonam tm pro dapno dato a viginti sold
infra usqz in quantitatem viginti s den inclusiue
et si accusauerit vl denuptiauerit ult dum nunc
accusatio et denuptiatio sit ipo iure irrita
et inanis in qualibet parte sui et super ea procedi
non possit ullo modo. Sz pro dapno dato
a viginti soldis sup possit quis accusare vl
denuptiare quot voluerit dum mo si accusauerit

ultra tres

ultra tres tunc probet et probare debeat plene
p testes fidedignos dapnum datum et exsti
mationem dapni et dapnum dantes.
Nullus tamen possit de dapno dato accusare
vel denuptiare vel iurare p procuratorem
s; per se ipsum tantum. Et predicta locum non habent
in universitate corpore vel collegio marium
vel feminarum cuiuscumque condictionis et status
existat quo casu possit ipsa universitas
corpus vel collegium accusare et iurare
p procuratorem vel sindicum ipsius
universitatis corporis vel collegii habentem
spetiale mandatum ad iurandum. Nec
etiam locum habent in minoribus quindecim
annis pupillis vel adultis non etiam in
furiosis vel mentecaptis non in prodigis
et quibuscumque aliis personis quibus curator
datur a lege vel a iudice quibus casibus
ut dictum est in universitate corpore vel
collegio possint tutores vel curatores
predictorum et tutericum actores accusare de
dapno dato et denuptiationem et accu
sationem facere et iurare. ipsi autem
minores ad iurandum nullatenus
admictantur. Nec etiam locum
habent in ecclesiis quarum rectores possint
accusare et iurare nec etiam locum
habent in militibus s; eis permissum sit
accusare et denuptiare de dapno dato
et iurare p procuratores habentes spetiale
mandatum sicut p se met ipsos. nec
etiam locum habent in mulieribus nec
in absentibus ex iusta causa vel ex aliqua
iusta causa impeditis et utrum ex
iusta causa quis fuit absens vel
ex iusta causa impeditus stetur dicto
et discreptioni dicti maioris sindici vel
eius iudicis. Statuimus insuper quod
si qua bestia vel bestie alicuius dapnum
dederint in bonis vel rebus alicuius vel
a se possessis vel conductis vel ei adceptum
vel ad laboritum concessis dominus vel possessor
animalis p quolibet animali si dapnum
dederint usque ad quantitatem quinque sold.
den. inclusive puniatur in decem sold. den.
cor. pris. Si autem a quinque sold. sup.
dapnum fuit datum usque in viginti sold.
den. inclusive puniatur in viginti sold.
den. cor. pris. Et quolibet dictorum casuum

ei qui passus est dapnum fiat emendatio
dapni et de hiis omnibus sacramento domini
rei vel dapnum passi credatur. Possit
tamen dominus vel dapnum passus et eius
familiaris seu famulus capere et tenere
bestias quas quas invenerit in dapno
seu in loco ubi dapnum datur licite et
impune quousque sibi integre de dapno
satisfiet. Si autem aliquod dapnum
datum fuit a bestiis alicuius vel quas
aliquis habet et tenet a viginti sold.
sup. et probatum fuit seu constiterit per
septuaginta notarii dicti maioris sindici
vel p duos berruarios vel familiares suos
seu p duos testes vel p confessionem dantis
dapnum seu dari facientis vel alio genere
probationis condempnetur ille qui dapnum
dedit in emendatione dapni patienti
dapnum et cor. pris. in quinque libr. den.
si dapnum fuit usque in quantitate centum
sold. den. vel abinde infra usque in dictam
quantitatem viginti sold. den. de extensive.
Si autem abinde sup. cor. pris. condempnetur
in duplum extimationis dapni et condempnetur
etiam in emendatione dapni recipientis dapnum.
Volumus insuper quod quicumque dabit
dapnum alicui in rebus suis vel a se possessis
vel conductis vel ei ad laboritium vel ad
coptimum concessis vel in bonis in quorum
tenutam esset inmissus auctoritate curie
ex primo decreto cum aliqua bestia vel
in vinea orto vel bladis arboribus
vel sepibus vel in eas bestias immiserit
seu introduxerit dictus maior sindicus
et eius offitiales teneantur ei auferre
pena nomine p vice qualibet et qualibet bestia
si fuit de die quinque sold. den. Si vero
de nocte decem sold. den. Exceptis
capris et porcis p quibus solvatur nomine
pene p qualibet sold. viginti denariorum.
Exceptis pecudibus de quibus solvatur p
vice qualibet p una quaque pecude xii den.
si fuit de die. Si vero de nocte duos
sold. den. Solvatur etiam p uno quoque
pullo gallinatio seu ancere duodecim de
sive fuit de die sive de nocte et dapnum
patienti debeat emendare in casibus
hui. quod. Volumus. Et credatur de dapno dato

et q̄ dapnuz fuit apsonis accusatis et
deipius dapni emendatione sacramento
dapnuz passi a viginti soldis infra et
duz modo no excedat numerus sive for
tradita sup m. s. non tn quis possit
cz a viginti soldis sup fiant z sufficiat
probationes. de quibus supra supra in aliis
s. est dispositum. Non tn possit dns
maior sindic obstice p dicta aliquam
condepnationem facere que excederet quantitatem
viginti quinque libr. den. Si quis vero
inventus fuerit equiz vl iumentus adstratum qui
vl quod dapnuz facient. si erit de die
quadraginta sold. den. p qualibet vice Si
de nocte centum sold. den. p vice qualibet
solvere teneatur. Insuper statuimus
q̄ nulla p̄s tpr quo uve sunt in vineis
excepto tempore vindemie audeat deferre
seu ex civitatem vel de quacumque loco aportare
uvas sine lic. z bullectino maioris sindici
et contrafaciens si detulerit a tribus rastellis
seu racemis sup p qualibet rastello seu raceo
quinque soldos den. puniatur Si vero de,
tulerit a tribus rastellis sup. seu raceis
puniatur p qualibet racemo in decem s. den.
Et nichilominus si dno maiori sindicho
videbitur licere z ligari debeat ad catenam
que est infixa in columpna in pede scalarum
palatii potius pius cum ipsis uvis ad
collum. Si fuit inventus portare a tribus
rastellis seu racemis sup et ibi stare
debeat prout dno offitiali videbitur Dummo
quis de vinea vel terra sua vel a se possessa
vl conducta vl quam haberet adoptumuz
vl ad laboritiuz vl eius familiaris famul
vl famula possit singulis diebus Jovis
et dominicis deferre sine pena quinque ra-
stellos seu racemos uvarum et utrum.
de tali deferat stetur suo sacramento x
inspecta p dcm offitiale qualitate p̄ deferentis.
Nulli aut liceat vendemiare an festu
sci Michaelis angeli qd est de mense
Septembris sine lic. dnorum priorum vel
maioris Sindici pen contrafacienti x. libr. den.
Et teneatur dns maior Sindicus mictere
familiam suam circha Civitatem et burgos
rimando seu cercando portantibus uvas
de die z de nocte temporibus contrarius ex offo
suo z ad petitionem cuiuscumque petentis sub pen
centum libr. den. Et de eo qd detinere

fecerit in eo habeat tertiam partem et stetur
relationi notarii dicti offitialis vel duorum de sua
familia z habeatur pro plena probatione Et si
aliquis de familia dicti sindici vel alterius
offitialis dederit dapnuz in bonis alicuius
vl ab eo possessis vl conductis seu adoptumuz
vl ad laboritiuz concessis vl intraverit in dicta
bona causa dandi dapnuz condepnetur et
puniatur dominus familiaris in quinquaginta
libr. den. tempore sui sindicatus Si
aut aliquis fuit inventus deferre aliquos
fructus vel palos vinearum de die vel de nocte
seu alia ligna et non habuit possessa in illa
contrata dns maior sindicus teneatur talem
inventum compellere ad dicendum unde
exportat tales res Et si inveniet tales
ibi non habuisse possessa vel a se possessas vel
conductas vel adoptumu vel ad laboritiuz
sibi concessas aut de voluntate illius cuius fuit
locus vl res dns maior sindicus si fuit
de die quadraginta sol. den. si de nocte
centum sold. den. pen nomine ei auferre
teneatur cuius pen medietas sit cois pius
et alia accusatoris Et fructus palos vl
ligna restitui faciat ei de cuius re fuerit
accepta. Volumus insup q̄ si aliqs
alicui dapnuz dederit in furiose i. dolose
et ex preposito de die vl de nocte comburendo
ei domuz vel domos paleas vel metas bladi
molendinuz seu gualcheriaz lignamen
cohadunatum. vel silvas vl alios arbores vl
starcando vel demoliendo vel destruendo domuz
alicuius vel ab aliquo possessam in totuz vel in partem
vel discoperiendo tectum vl frangendo vl alias
destruendo arbores fructiferas silicet olivas male
fictus nuces ceresas vl alias arbores fructiferas
nec non infructiferas silicet populos salices
albarios quercus ulmos esculos vl quascumque
alias arbores vl interficiendo vel vulnerando
bestias cuiuscumque generis adstantium seu accipiendo
massa alicuius de blado vl de meta seu campo
seu aliter dando dapnuz nocens sepibus z similibus
vl alias quomodocumque z qualecumque dapnuz
dando in quibuscumque rebus alicuius vl ab eo possessis
vel conductis seu adoptumuz seu ad laboritium
ei concessis vel iure seu in rebus quas aliquis
haberet in comuniaz ex primo decreto auctoritate
curie et dapnuz fuit a centum soldis den.
sup dictus maior Sindicus et offitiales
teneant malefactori auferre pene nomine
Quinquaginta libr. den. Et dapnuz patienti teneatur

in quadruplum facere emendari et in
dicta emendatione dapni dictum dapnum
dantem in eadem sententia debeat condempnare
Si vero dapnum fuit centum soldorum denariorum
vel a centum soldis infra usque in viginti
soldos denariorum dictus maior sindicus et eius
offitiales auferant ei nomine pene decem libras
denariorum et dapnum patienti emendari faciant
Si dapnum datum etiam quacumque culpa
fuit viginti soldorum denariorum vel a viginti soldis
infra auferant ei nomine pene centum
soldos denariorum et dapnum emendari faciant
dapnum patienti et in dicta emendatione
dapni dictum dapnum dantem in eadem
sententia debeat condempnare. Et si dap
num ut dictum est datum fuit .xx.
soldorum vel abinde infra sufficiat ad plenam
probationem sacramentum accusatoris fura
tis dapnum esse datum et extimationem
dapni tantam esse cum uno teste qui
probet dapnum datum fore vel iuramentum
accusatoris sine teste si videbitur dicto
maiori sindicho vel eius iudici inspectis
qualitatibus personarum dummodo non accuset
plures quam supra dispositum est. Et quicumque
viderit dicta malefitia vel dapna dari
teneatur prohibere ut non fiant et ipsum
malefactorem capiat et capere possit in
prima si capere potuerit et dapnum faciendo.
Volumus insuper quod dominus maior sindicus
et eius offitiales de malefitiis dapnorum
datorum seu de dapnis datis de nocte seu
tempore noctis et que de nocte diceret
data penitus inquirere teneantur et
si de aliquo erit publica vox et fama
quod dapnum de nocte fecisset illum valeat
tormentare pro inveniendo negotii
veritatem. et hoc intelligatur si dapnum
fuit a decem ~~soldis sup~~ libris supra
Si vero decem librarum denariorum fuit vel a decem
libris infra non debeat tormentari
nec in tormentis ponere ullo modo.
Providemus etiam et ordinamus quod omnes
et singuli sindici castrorum et villarum que
distant a civitate Pisarum per tria miliaria
et ultra tria miliaria teneantur et
debeant denumptiare inscriptis omnes
dapnum dantes in possessionibus vel rebus
alicuius vel possessis seu conductis ab
aliqua persona corpore collegio vel

quod sindici castrorum et villarum qui distant a civitate per tria miliaria et ultra teneantur denumptiare dapna dantes

universitate ad fictum coptumum seu la
boritum vel alio quocumque titulo et modo
possessis vel in tenutam ex secundo decreto
sentis auctoritate curie infra quatuor dies
postquam ad notitiam sindici castri vel ville
comitatus Pisarum pervenerit dapnum datum fore
vel commissum in huiusmodi rebus vel possessi
onibus eorum territorii per protestationem factam
sive fiendam ipsi sindicho per dominos
possessores vel colonos laboratores vel coptu
matores seu conductores ipsarum rerum vel
possessionum vel habentes in tenutam ut dictum
est seu per aliquem de eorum familiis in presentia
duorum testium ad hoc facte protestationis que
denumptiatio fiat et fieri debeat domino maiori
sindicho vel eius offitiali sub pena ipsi sindicho
qui neglesserit vel obmiserit denumptiare
ut dictum est quinquaginta librarum denariorum. si dap
num fuit a centum soldis supra / et si dapnum
fuit a centum soldis infra usque ad quadra
ginta soldos .xxv. librarum denariorum. Si vero dapnum
fuit viginti soldorum vel abinde supra usque
ad quadraginta soldos pena decem librarum denariorum.
Quam penam per dominum maiorem sindichum
dictorum [illegible] de facto habita fide de protestatione
predicta auferant et dominus maior sindicus
executor dicte pene liceat quinque soldos denariorum
pro qualibet libra Et nichilominus dictam
denumptiationem dapni de quo est facta
protestatio infra terminum sex dierum facta
sibi [illegible] protestatione modo predicto sub dicta
pena facere teneatur et facta tali denump
tiatione dapnorum datorum dominus maior
sindicus coram quo facta fuerit
teneatur et debeat dapna dantes punire
et condempnare secundum formam statutorum
loquentium de predictis. Non teneatur tamen
sindicus denumptiare aliquod dapnum
cuius dapni extimatio non esset a .xx.
soldis denariorum supra. et quod denumptiatus sit
culpabilis et ad probationem dapni et
extimationis ipsius dapni et denumptiatum
sufficiat probatio supra denotata quando
dapnum est datum a centum soldis supra
ut patet in .s. statutum et ordinamus
supra de offitio maioris sindici.
Inobedienti tamen eidem maiori sindicho
et offitialibus possit ipse maior sindicus

Sindicus non teneatur denumptiare aliquod dapnum a .xx. soldis infra

et offitialis penam auferre et eam effectu
exigere usque in quantitatem quadraginta
soldorum denariorum de facto. Et idem intelligatur
de tubatoribus et baiulis sub dicta pena debeant
ei obedire et si fuerint inobedientes dicta
pena eis de facto per eundem offitialem auferri
possit. Et omnia statuta que loquuntur de
contumacibus in malefitiis et de procedendo
contra malefactores intelligantur et locum habeant
in eodem maiori sindicho et offitiali. Ita
quod citati et exbanniti excepte ipsius in dampnis
datis et non venientes et non comparentes
ipsius mandato habeantur pro contumacibus
et confessis et possint condempnari sicut
possunt condempnari in aliis malefitiis per
potestatem et capitaneum. Et quod custodes
de omnibus penis et condempnationibus que-
cumque devenerint occasione eorum denumptie
habeant quartam partem eis solvendam
a massariis communis Perusii sine aliquo precepto
vel mandato. Et omnia statuta communis
Perusii que loquuntur de ingredientibus et
intrantibus terras vineas et possessiones
alterius et de dantibus dampnum de die vel de
nocte intelligantur et locum habeant in dicto
maiori sindicho et offitiali ita quod de
predictis possit cognoscere punire et condempnare
secundum formam dictorum statutorum communis Perusii
non obstante quod in aliis offitialibus loquerentur.
Et si aliqua contrarietas sit vel esset in-
ter ea que continentur in presenti capitulo et ea
que continentur in aliis statutis Civitatis
Perusii sive circha impositionem pene sive
circha alia possit et debeat idem offitialis
eligere et observare quod magis conveniens
esse sibi videbitur. Non possit tamen dictus
maior sindichus et offitialis aliquem
condempnare de solo introytu ex relatione
berroariorum vel custodum nisi in viginti
soldis denariorum. Sed si intrando dampnum dederit
in terris sive possessionibus in quadraginta
soldis denariorum. Et ad hoc ut dicta dampna vitentur
ordinamus quod dictus offitialis teneatur et
debeat inf inquirere quolibet edomada
saltem semel per stratas et parrochias
civitatis et burgorum et comitatus Perusii contra
dictos confines contra omnes illos qui dampna
dant vel dare dicantur. Et si constiterit
per famam publicam vel unum testem aliquem
esse culpabilem de predictis debeat ipsum condempnare.

in penis predictis nec in dicta inquisitione
locus requiratur vel tempus delicti et nomina
testium teneantur in secreto. Pro quibus
omnibus et singulis supradictis et in istis et in presenti
capitulo contentis occasione sui offitii possit
homines et personas capere detinere et constringere
et carcerare et pignorare prout sibi videbitur
et placebit. Et etiam pignora illorum qui
condempnationes seu penas et dampni emendationem
non solverunt vel non obedierint eidem
post quindecim dies a die qua capta fuerunt
pignora massarii communis Perusii possint et
debeant vendere ad requisitionem ipsius offitialis.
Item statuimus et ordinamus quod si aliquis
intraverit rem alterius causa dampnum dandi,
et aliquis de foris expectaret quod talis ex-
pectans puniatur per dictum offitialem in decem
soldis denariorum de facto sine aliqua sententia et
sine aliquo processu. Et si aliquis vicinus
alicuius viderit aliquem intrare vel dampnum
dantem in bonis vicini ipsius vel alterius ad
signare teneatur dicto maiori sindicho vel
eius offitialibus vel dampnum passo pena viginti
soldorum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice.
Et de predictis credatur scripture dicti offitialis
vel alicuius suorum notariorum et relationi
duorum familiarium sive custodum vel alterius
eorum. Item statuimus et ordinamus
quod si aliquis custos vel alius quicumque
falsam fecerit relationem vel denumptiationem
de aliquo coram maiori sindicho predicto
et offitiali de hiis que spectant ad eius
offitium, quod idem maior sindichus et offitialis
debeat ipsum condempnare in quantitate in qua
debuisset condempnari ille contra quem falsam
relationem denumptiationem vel accusationem
fecerit si vera fuissent relatio denumptiatio
vel accusatio et ad predicta inveniendum habeat
idem offitialis debitum tam procedendo quam
etiam inquirendo contra talem custodem qui predictam
denumptiationem seu relationem falsam fecerit.
Item statuimus et ordinamus quod si dictus
maior sindichus et offitialis processerit
per viam inquisitionis contra aliquem de dampno
dato vel quod diceret esse datum et probatum
fuit per unum testem de visu et duos de
fama quod talis probatio sufficiat et possit
illum contra quem sic probatum fuit condempnare
de dampno dato secundum formam statutorum.

Et dictus maior sindicus teneat et debeat
de omnibus et singulis condempnationibus ferendis
per eum contra dapnum dantes vel dari facientes
seu dapni occasione dapni dati fieri facere scrip
turas duplicatas ferendas et promulgandas
per eum in maiori et generali consilio civi
tatis pisane ad bancum in camera in palatio
potestatis inscribendo breviter solum nomen
condempnati et quantitatem condempnationis et dapnum
datum per eum cum bestiis et sine bestiis quarum
scripturarum condempnationum una copia rema
neat penes ipsum maiorem sindicum
et offitiales restituenda in fine sui offitii
una cum suis aliis actis et libris alia
penes notarium dominorum priorum antianorum
dicte civitatis. Item providimus statuimus
et ordinamus quod dictus maior sindicus
et offitiales non possit vel debeat recipere
aliquam pecuniam pretextu in dicta parte se cum
aliquo dapnum dante vel alio componere vel
pacisci publice vel secrete dimictendo pretextu
contingentes communi pisano vel alicui spetiali
persone pro ipso dapno dato vel danda, sed
omnes quantitates de qua fieri debeat condempnatio
deponi faciat penes massarios communis pisani
et lata sententia pretextu contingentes dicto maiori
sindico et offitialibus et etiam dapnum passo
quantitates extimationis dapni massarii communis
sine ad eorum manus pervenient. Et etiam pretextu
custodum post depositam pecuniam et condempnationes
factas ut supra dictum est sine aliqua apo
dixa solvere teneantur. Et dictus maior
sindicus non possit vel debeat deponere
vel deponi facere aliquam quantitatem pecunie
occasione dicti offitii nisi penes massarios
communis pisani tamen nec aliquam pecuniam recipiat
mictat vel mitti faciat in aliquo cappium
vel alium locum nisi ad manus dictorum massariorum
tantum pena quinquaginta librarum denariorum pro qualibet
vice qua contrafecerit et de hoc debeat sindicari.
Item statuimus et ordinamus quod omnes sindici
et custodes comitatus et sublurgorum pisani
qui sunt prope civitatem in otto miliaria
teneantur et debeant comparere et se presentare
singulis otto diebus coram maiori sindico
sub pena et ad penam v. librarum denariorum de facto
a quolibet sindico auferenda si in predictis
vel aliquo predictorum fuerint negligentes. Si
autem sunt ultra miliaria predicta ad decem

miliaria teneantur et debeant se representare
semel singulis quindecim diebus. Si autem sunt
sindici positi ultra decem miliaria teneantur
et debeant se representare semel in mense
sub dicta pena. Quos sindicos comparentes
in dictis terminis maior sindicus et alii iudices
teneantur et debeant interrogare an delicta
aliqua sint commissa vel dapna data illata
in eorum territoriis et eos cogere et distringere
ad denumptiandum omnia predicta sub pena
vigintiquinque librarum denariorum tempore sui
sindicatus auferenda.

xxij

De interficiente vel vulnerante quasdam bestias que non ivent ad staccium lx. xxiiij.

6 Si quis vel eius familius vel aliquis
24 de familia sua interfecerit vel
vulneraverit porcum vel scrofam capram
vel vitulum dapnum dantem seu facientem
in vinea orto vel segete vel in aliqua
re sua vel a se possessa vel quam habet
ad laboritium vel ad coptumum vel quam
habet in tenutam ex primo decreto ad
penam nullam teneatur dummodo in fuerit
in sua re vel a se possessa vel quam
habet ad laboritium vel coptumum seu
conductionem vel in tenutam ex primo
decreto dapnum eum vel eos dedisse et
invenisse dapnum dare per se vel eius
familiam. Et quicumque querelam posuit
contra castrum vel villam vel aliam personam
de dapno sibi dato et illud dapnum
sibi fecerit emendare seu dapni exti
mationem receperit a predictis vel aliquo
predictorum et apparet aliquo tempore eum
fecisse vel fieri fecisse vel passum esse
fieri debere contra et compelli per dominum maiorem
sindicum universitati contra quam
querelam deposuit duplum ipsius rei
seu pecunie quam percepisset vel habuisset
restituere et quod pronuptiatum fuerit
in eo iure sit cassum. Et nichilominus
dictus maior sindicus teneatur sibi auferre
pene nomine centum libras denariorum pro communi pisano.
Statuimus insuper obviandi ne dapna
dentur in rebus alicuius quod nullus audeat
vel presumat dapna dare vel vasta facere
vel inferre alicui in aliquibus bonis et
possessionibus vel a se possessis vel conductis

vl adoptivum hntis vl adlaboritum ci
ocessis vl hnt intenutam ex primo decreto
sub pena et ad penam in statuto dicti cois
otentam. Et nichilominus quilibet Juueis
aliquem in dictis bonis sibi dapnum dare
et etiam famulus et familia domini rerum
vl conductoris seu hentis adoptivum
vl adlaboritum vl hentis intenutam
ex primo decreto et qui cum eis vl alto
eorum possint essent possint tales vl tales
dapnum dantes vl dantes personaliter
capere detinere et offendere in persona et
rebus mobilibus vl se mouentibus quas
tunc secum hnt et infortiam dicti maioris
sindici et etiam dominorum potestatis et capitanei
meum in ipso adipos vl altius eorum
expectare et cognitio de dapno dato et
infortiam cois pisi duce et pntare et pune
declaratione facta per Juramentum illius
qui dixerit se cum inuenisse et facere
sibi dapnum. Et quod sindici castrorum et
villarum comitatus pisi teneantur eligere
et deputare custodes ad predicta qui de die
et de nocte custodiant diligenter et
custodire debeant dicta bona et fructus
existentes in eorum pertinentiis et teritoriis.
Qui sindici et custodes et heres castrorum
et villarum simili modo possint et debeant
et teneant omnes dapnum dantes personaliter
et realiter cape et detinere et infortiam
cois pisi et dicti maioris et dominorum
potestatis et capitanei dicti cois vt supra
dictum est duce et pntare impune et ad predicta
et predictis et pro eorum obseruatione dicti sindici
et custodes possint et eis liceat meundo
stando et redeundo impune arma defere
et portare Et si dicti sindici essent ne-
gligentes in predictis in centum libr. den.
pro quolibet eorum debeant condempnari et dapni-
ficata debeant emendare secundum formam
statutorum cois et pili pisani aliquo generali
vl speciali in contrarium loquente non obstante.
Quicumque vero non hens possessiones
propriam vl aliter possessas adoptivum
seu adconductiones vl adlaboritum
inuenti fuerint deferre vl essent visi
vl inuenti portare vl defere ligna
poma olera seu alios fructus puniantur
in viginti sol. den. pro quolibet et qualibet
vice et possit a quolibet capi liberari
et infortiam cois pisi duci. et etiam
alii quicumque hentes possessiones et bona
propria vl aliter possessa vl adoptivum
seu adductionem vl adlaboritum qui

deferent vl essent visi vl inuenti portare
vl deferre predicta ligna poma olera seu alios
fructus ex aliis rebus et bonis aliorum quam
ex eorum possessionibus et bonis proprys vl aliter possessis
vl que vl quas hent in coptivum seu
adductionem vl adlaboritum puniantur in
viginti sol. den. pro quolibet et vice qualibet
et possit a quolibet capi detineri liberari
et infortiam cois duci Et etiam possint
per quaslibet personas capi tales non hentes
possessiones proprias vl aliter possessas vel
adoptivum seu adductionem seu adlabo-
ritum in cippo derj in cippo palatii dicti maioris
sindici qui essent in ipso palatio vl qui
fiet in ipso palatio si ibi non esset ad petitionem
dicti offitialis quem cippum in massarii cois
pisi vl alterius eorum ad petitionem vl alterius
cuiuslibet persone fiere fieri teneant expensis
cois pisi quas expensas fiere et soluere
teneant sine aliqua apodissa precepto vl
mandato et sine solutione gabelle Et repti
in ipso cippo puniantur in dicta pena et defacto
per ipsum offitialem sine aliqua condempnatione
vl processu aconventaficiente auferat pena predicta
et eius quod deuenerit in comuni quarta
pars sit et esse debeat offitialis predicti exactoris
et residuum cois pisi. Salua semper maiori
pena que de tali delicto contineret in statutis
cois pisi. nisi predicta fructus vl alter
exeis portarent deuolutate domini rei vl
possessoris vl conductoris seu hentis adoptivum
vl laboritum. Et si talis reptus vl
incappatus diceret se hauisse licentiam a domino
rei vl possessore rei vl possessore vl conductore
seu hens adoptivum vl hens adlaboritum
eidem dedisset rem de qua vl cum qua
fuit reptus vl incappatus stetur et stari
debeat sacramento ipsius domini vel
possessoris vl conductoris vl hentis ad-
optivum vl hentis adlaboritum et quod
possint etiam de predictis ab omnibus accusari
Et quod ipsi qui hent possessiones et bona
propria seu aliter possessa vl hent adoptivum
seu adconductiones vl adlaboritum
qui inuenirent vl reprenent cum rebus
predictis vl aliqua predictarum vl essent in
cippati apertissent ab omnis et rebus aliorum
ipsos fructus et res vl alter eorum vl quod
sint de bonis eorum vl dominii est stetur eorum
Juramento aliquo speciali vl generali in contrarium
loquente non obstante &c Et etiam possit
quilibet qui Inuenerit tam bestias grossas

— Add.
dictum offensa in presbiterum sit talis pro qua alias
uenirent imponenda pena centum libr. den. Et
non excedat eatenus puniatur quatenus excedit.

quam minutas quasticumque dantes sibi dapnum accipe-
et capere et capi facere et conducere et detinere ut
sibi videbitur impune nec aliquis possit
ipsas bestias sibi repetere coram aliquo offi-
tiali comitatus predicti nec inde accusare nec
punire nisi primo detentori recipi dapnum
emendet ad sensum debitorum et voluntatem
dummodo extimatio dapni non excedat
quantitatem quadraginta soldorum denariorum pro qualibet
bestia accepta et dominus arbitrio iudi-
cantis. Et utrum bestias invenerit in suo
dapno seu dapnum dantes sibi suo sacra-
mento credatur. Et si aliquis dictas res
seu bestias sua auctoritate reacceperit in
viginti quinque libris denariorum condempnetur per dictum
maiorem sindicum.

xxiiij

De dapno dato in saleto seu arboreto de ponte novo comitatus predicti et de custodibus dapnorum datorum et ipsis dapnis. Rubrica. xxv.

25 Cum dicatur quod in saleto seu arboreto
de ponte novo comitatus predicti sepe inferatur
magnum dapnum et vastum incidendo spedando
et deradicando vel aliter devastando arbores
dicti saleti. Statuimus quod deinceps nullus
audeat vel presumat sine licentia et deliberatione
dominorum priorum et consilii camerariorum
dictum aliquam arborem vel arbores dicti
saleti vel arboreti dicti saleti vel
arboreti incidere vel expedare vel dera-
mare vel deradicare vel quocumque modo
devastare pena quinquaginta librarum denariorum pro
quolibet contrafaciente et vice qualibet
et pro qualibet arbore expedata vel dera-
mata vel incisa vel deradicata vel devastata.
Et quod sindicus ville pontis novi et
sindicus castri torsciani et quilibet
eorum cum quatuor vel sex massariis
bonis sue universitatis saltem quolibet
mense teneantur et debeant personaliter
ire ad dictum arboretum et saletum et
omnes et singulas arbores numerare et
revidere et recercare si aliqua arbor
fuit deradicata vel expedata vel incisa
vel deramata vel devastata fuit vel
dapnum sibi illatum. Et hoc reperto teneantur
et debeant infra tertiam diem denumptiare
maiori sindico comitatus predicti dapnum
datum et dapna dantes pena cuilibet
eorum sindicorum quinquaginta librarum denariorum
pro quolibet et qualibet vice qua predicta si neglexerit
observare in qua pena per dictum maiorem
sindicum debeant condempnari. Et quod predictis
fraudeat et in predictis debeat per dictum maiorem
sindicum saltem semel in quolibet mense.
Sindici castrorum et villarum quilibet per suum
castrum et villam tempore sui sindicatus
teneatur facere eligi duos custodes qui debeant
die noctuque custodire in eorum et per eorum territorium
et districtum ut dapna fieri et dari non possit
in aliquibus bonis et maior sindicus qui
est iudex dapnorum datorum quaslibet universitates
comitatus predicti que est prope civitate per tria
miliaria et infra compellat dictos duos
custodes facere eligi et eos assignare et
eas universitates comitatus dictus maior
sindicus et sui offitiales ad eligendum
et adsignandum dictos custodes quos ad
signare penitus teneantur sub pena centum
librarum denariorum pro quolibet castro et quinquaginta
librarum denariorum pro qualibet villa tam suo motu quam
ad petitionem cuiuscumque petentis. Qui custo-
des teneantur custodire die noctuque ne
dapna dentur in eorum castro et villa territorio
vel districtu in bonis alicuius vel aliquorum
seu ab aliquo possessis vel conductis seu
ad optinendum habitis vel ad laboritium
concessis vel habitis ab aliquo in tenutam ex
primo decreto. Quos dapna dantes predicti
custodes castrorum et villarum que sunt prope
civitatem ut supra dictum est ad petitionem
cuiuscumque cuius interest denumptiare debeant
et teneantur coram dicto maiori sindico
et eius offitialibus infra quartam diem
a die qua dapnum fore datum pervenerit in
notitiam dictorum custodum. Dummodo dapnum
sint a viginti soldis supra et illos quos
denumptiaverint dapnum dare. Dictus maior
sindicus condepnare teneatur in penis in
statutis contentis dicto priorum cum eorum iura-
to statuto recedatur de dapno dato et dantibus
dapnum. De extimatione vero dapni stetur
dicto et iuramento dictorum custodum usque
quantitatem centum soldorum denariorum inclusive
ab inde vero supra stetur dicto et iuramento
ipsorum cum probatione unius testis de veritate
vel quatuor de fama. Et in denumptiatione
fienda per dictos custodes debeat poni expresse
extimatio dapni per eorum custodum dicto offitialibus presentis.

Quod custodes die noctuque custodiant ne dapna dentur in eorum territoriis

De custodibus. Si non denuntiaverit dapnum dantes teneantur emendare dapnum.

Et si alicui dapnum datum fuerit de die vel
de nocte custodes castri vel ville ubi dapnum
datum fuerit teneantur et debeant adsignare illum
vel illos qui dapnum dederint quod si non
fecerint emendationem dapni de suo facere
teneantur. Et ipsi custodes die noctuque debeant
talem custodiam quod scire debeant damna
dantes. Et si dicti custodes adsigna-
verint vel denuntiaverint seu accusaverint
aliquem dapnum dedisse in re alterius
vel alio possessa vel conducta vel quam haberet
ad coptumum vel in conductione vel ad
laboritium vel mezzadriam expresso decreto
corporis custodum credi debeat iuramento.
Sed si custodes non adsignabunt dampnum
dantes credatur contra dictos custodes non adsi-
gnantes vel denuntiantes ut dictum est supra
iuramento eius qui se dicit passum dampnum
de ipsius dampni extimatione in quantitate quinque
librarum denariorum inclusive et ab inde infra. Ab
inde vero supra credatur de extimatione
dapni sacramento dapnum patientis cum
publica fama vel cum uno teste de veritate
dummodo dapnum esse probet sacramento
dampnum patientis et per quatuor testes de
fama vel unum testem de veritate. Sed
non probet per quem dictum dampnum sit datum
et ipsius dampni extimationem emendare
et solvere teneantur. Et dicti massarii comuni
illos quos dicti custodes assignaverint
seu denuntiaverint debeant compellere.
Et ipsi custodes qui ipsi non adsignaverint
dampnum dantes ut supra dictum est patienti
dampnum seu ei qui se passum dapnum
asserit in emendatione dampni debeant
condempnare ab ipso patiente dampnum de dampni
extimatione prestito iuramento vel facta
probatione ut supra dictum est. Item
si dicti custodes qui infra debitum tempus
non denuntiaverint vel adsignaverint
dampnum dantes dato postea libello contra
eos ad emendationem dampni denuntiabunt
vel adsignabunt aliquem vel aliquos dedisse
dampnum in rebus vel bonis alicuius vel ab aliquo
possessis vel conductis seu quas haberent
ad coptumum vel ad laboritium vel mezzadriam
expresso decreto tunc interrogari debeant
per iudicem vel suum notarium coram quo erit
questio dicti dampni de extimatione dicti
dampni contenta in libello facto contra dictos custodes.
Et si dicti custodes affirmabunt dictam extimationem
et tantum fuisse dictum dapnum quantum extimatum est

in dicto libello tunc ille vel illi quem vel
quos dicti custodes adsignaverint condempnentur
per iudicem coram quo esset dicta questio
sine alia accusatione danda contra eos sive contra
eum et sine alio processu ex eadem extatia
in extimatione dicti dampni illi qui dampnum
passus est et eciam puniri in pena secundum formam
statutorum loquentium de dampnis datis. Et de predictis
dictis custodibus credatur ita quod non oporteat
illum qui passus est dampnum aliter probare
presentes. Si autem assignaverint vel
denuntiaverint aliquem vel aliquos dampnum
dantes vel dedisse non tamen affirmaverint
extimationem contentam in libello dato contra
eos de dicto dampno et non esse tantum
dampnum quantum extimatum et petitum est
in libello seu accusa tunc ille qui dampnum
passus est probare debeat summarie sine
libelli oblatione et litis contestatione et sine
strepitu et figura iudicii contra illum vel illos
quos custodes assignaverint usque in quantitatem
viginti soldorum denariorum inclusive credatur sacramento
patientis dampnum et secundum extimationem et
probationem quam faciet de dampno sibi dato
et condempnetur ille vel illi qui fuisset assigna-
ti per dictos custodes secundum quod condempnaretur ille qui
dedisset dampnum alicui secundum formam statuti
supra positi. Et si dicti custodes non
adsignabunt aliquem dedisse dampnum contentum
in libello dato contra ipsos custodes per aliquem
tunc iudex questionis faciat iurare illum
qui dampnum passus est seu dampnum passum
se dicit et si affirmaverit et dixerit suo
sacramento cum probatione unius testis de veritate
vel quatuor de fama se dampnum passum fuisse
et recepisse sub custodia ipsorum custodum
et secundum extimationem quam faciet suo sacramento
eius sacramento stetur usque in quantitatem centum
soldorum denariorum inclusive. Dicti custodes condempnentur
illi qui passus est dapnum. Et si dampnum
esset maius probari debeat extimatio dampni
per sacramentum dampnum patientis cum uno
teste de veritate vel cum quatuor testibus de fama
ut supra dictum est. Et si illi qui erunt
custodes tempore quo alicui fuerit datum
aliquod dampnum quod non denuntiaverint
et non adsignaverint et denuntiati seu con-
venti fuerint occasione dicte denuntiationis
non facte de dicto dampno dato et de dantibus
dictum dampnum ipsis existentibus in offitio vel
fuerint denuntiati seu conventi et dampnum dantem

uel dantes non denuptiaverit et non adsigna
uerint secundum formam statutorum non obstante
quod non sint in offitio uel quod eorum offitium sit finitum
possit accusare uel convenire occasione predicte
denuptiationis non facte dicti dapni dati de-
dantibus damnum et contra eos procedi secundum formam
supradicti capituli usque ad duos menses post finitum
eorum offitium ac si essent in offitio et ipsi non
obstante quod eorum offitium sit finitum possint et
debeant et teneant usque ad duos menses finito
eorum offitio omnia et singula facere et compellantur
secundum formam superius in presenti capitulo denotata-
tam quo ad denuntiationem faciendam quam quo
ad solutionem pene et emendatione damni
secundum formam supradictam ac si defecerit et
non observaverint formam dicti capituli
et in dicto offitio permanerent non obstante
aliquo capitulo precedente uel sequente hoc
capitulum. Et quod factum fuit in predictis et circha
predicta tam contra eos qui fuerint custodes
ut dictum est quam contra illos quos adsignaverint
damnum dedisse valeat et teneat et plene sortiatur
effectum ac si ipsis existentibus in offitio factum
esset. Et si alicui factum fuerit uel datum
damnum dedie uel denocte in aliqua domo sive
domibus seu rebus in eis existentibus per ingressum
sive fractionem domorum sive per asportationem
rerum existentium in domibus existentibus
in castris uel villis comitatus pisarum uel in
eorum uel earum districtu et dictum damnum non
posset probari fore factum eis presentes et
commorantes cum ibi non habitant nec posset
sciri bene qui damnum dederit seu res accepit
seu asportavit ab illo qui damnum passus fuit
seu cui res fuerint accepte quod tunc custodes
castri uel ville distantis a civitate pisarum per tria
miliaria uel infra teneantur denuntiare seu
assignare damnum dantes uel res accipientes
sive exportantes de domibus supradictis quam
si non fecerint emendationem dapni rerum
acceptarum sive exportarum facere teneantur
patienti uel ei cui accepte fuerint res. Dicti
custodes ville uel castri in quo uel qua uel
cuius teritorio predictum damnum datum fuit
facta probatione de predictis ut superius dictum est.
Et si dicti custodes adsignaverint seu accu-
saverint uel denuntiaverint aliquem damnum
dedisse uel res accepisse dictorum custodum
credi debeat iuramento cum alia probatione
uel sine prout superius in principio huius
capituli est expressum. Sed quando dicti custodes

assignabunt non damnum dantes seu res acci-
pientes et asportantes de domibus supradictis credatur
sacramento patientis damnum seu eius qui se
dicet passum fuisse damnum de ipsius dampni et rerum
acceptarum et asportatarum extimatione cum
aliqua probatione uel sine ut supradictum est.
Et facta dicta declaratione et extimatione damni
extimationem dicti custodes dicte ville seu castri
solvere et dare teneantur damnum passis cum res
fuerint accepte et asportate de domibus supradictis.
Item dicimus statuimus quod si aliquis uel
aliqua recepit seu reciperet in futurum aliquod
damnum in teritorio alicuius castri uel ville cuius
cuius custodes non fuerint adsignati ut supra
est narratum nec reperiantur scripti in libro communis
pisarum tunc hoc casu sindichus dicti castri uel
ville teneatur denuntiare dapnum datum et damnum
dantes cum extimatione damni facta sibi prestatione
uel non cuiuscumque quantitatis fuerit. Dummodo
fuerit a quinque soldis supra. Infra quartam diem
postquam notitiam sindici pervenerit damnum fore
datum. Et si sindicus non denuntiaverit ut dictum
est in tempore predicto quod ipse uel ipsa qui damnum
recepit seu reciperet possit denuntiare damnum
sibi datum et agere contra dictum sindichum
castri uel ville. et tunc dictus sindichus de
suo proprio emendare teneatur ut tenent custodes
predicti ex forma presentis capituli et eo modo via
et forma procedatur contra dictum sindichum et
denuntiandos per eos ex forma presentis capituli. et
dicta in custodibus et denuntiandis per eos habeant
locum hoc casu in sindicho et denuntiandis per
sindichum et patientibus et contra agentes tunc
procedatur contra dictos custodes et procedi debeat ex forma
supradicti capituli. Item si aliqua uel
aliquis domus combusserit in civitate
uel burgis eius uel quarum occasione domus
alicuius destrueret in totum uel in partem ne ignis
possit ultra comburendo procedere. si extingui valeat
damnum ipsorum domorum patienti uel patientibus
damnum a comuni pisarum integre debeat emendari
in ea quantitate in qua duo boni homines et legales
ipsam uel ipsas duxerint extimandas qui exti-
matores eligantur per iudicem comunis quo est
questio dicti damni a quibus hominibus faciat domos
extimare bona fide sine fraude mediantibus
iuramentis. Et si idem acciderit in aliquo
castro uel burgis ipsius seu in aliqua villa comitatus
pisarum damnum emendetur a comuni illius castri
vel ville modo et ordine supradicto. Cum
tempore estivo in riche [?] latens [?] communis pisarum se
frigent ad camerulas ita quod omnia ipsarum remaneat

No. de dapno dato fiat sindicus tenetur ad denuntiationem si non denuptiaverint [?]

quod sindicus denuptiet dapnum a quinque soldis supra [?] ... presentiam [?]

Sindicus tenetur ad eadem quod tenentur custodes

de combustione et vastatione domorum

adipas caruculas applicata. Statuimus q si bestia alicui' intrauit vl dannuz dederit in aliquo canneto siue in aliquas cannas circha lacum in aliqua pte existen tes puniatur ille cui' esset bestia p qualz bestia in quadraginta sold. den. et p qlibz porcho in Centuz soldis den. Et quilibz sit accusator et hat medietate banni. Item si quis vl si qua inciderit in aliqua pte de ipis canis vl ignez imisit in eis puniat p vice qualz in Centuz s. den. Et de pdcis omib et singlis credat cuilibz accusatori cum vno teste. Si uero in territorio alicui' vniuersitatis inventuz fuit dapnuz in dcis canis et sindichus dce vniuersitatis non denutiauit dannuz dantes cum effetu puniat quelibz vniuersitas in Centuz sold. denariorz.

xxiij

26 Item cum ex forma prntuz statutis sit atribuita iurisdictio cognoscedi de dannis datis. iudici danorz datorz intra tria miliaria prpinqua nouis portis subburgorz Ciuitatis perusij et sepe oriat questio quomodo dicta miliaria ptendantur et vsqz ad quez locuz vt non possit amodo reuocari. Ordinam q miliare sit et esse intelligat mille passuu Et q massarij cois perusij infra tres mens post prntuz statutorz publicatione teneat eligere mensuratores et mesurari facere tria miliaria in qualz porta mensurando a dcis portis nouis subburgorz ex vsus contat perusij et in fine cuilibz miliarij fieri faciant vnam pilastraz bene muratam cum lapidib rena et calce et sit otto pedib alta et in capite siue sumitate cuilibz ex dictis pilastris fiat et ponat vna crux lapidea in dcis pilastris bene fficta ita q bene possint dicte pilastre ab omib tran seuntib videri et inspici expensis cois perusij Et q pdictorz expeditione ipi massarij possint et debeant solue et dare magistris manualib et mensuratoribus et pcalcina et arena alijs qre adpdca necessarijs et oportunis illaz qntitatez pecunie que eis videbit conuenire et dcasqz pecunia dci cois adeorz manus puenta seu puenienda et sine aliquo alio preptt vl mandato et q vna pilastra vsqz ad aliaz pilastraz intelligat et sit miliare in qualibz porta pvt distinctuz erit p pilastris. Pena dictis massarijs negligentib et

27 Item statuimus q dnus maior sindichus sit et esse intelligat offitial sup aredijs et vijs qui offitialis hat et hre intelligat plenaz iurisditionem auctoritatez et arbitriuz sup omib et singlis que in infrascriptis capitulis denotantur. Et sit executor et iudex sup omib hijs que infer' gtinent. Item statuim' et ordinamus adhoc vt ista ordinamenta et statuta pdcm offitialem executioni mandent et inviolabiliter obseruent. Qz ad petitionez vl istantiam alicui' pore dcturz ciuitatis perusij vl alicui' corz vl corz notarij siue alti' offalis aut cuiuscuqz psone cuiuscuqz status digni tatis vl cdictionis existeret dcus offitialis nullam gratiaz faciat nec facere possit in ptermitendo executionez sui offitij sm formaz dcorz statuti in aliqua pte pena Cent' libr den. In qua p sindicatores suos tempore sindicatus debeat cdepnari et quilibz possit euz accusare et habeat medietatez bannj pdicti. Et de hoc dus offits debeat spalr sindicarj p suos sindicatores pen Cent' libr den. dictis sindicatorib imminente si fuerint negligentes i pdcis Et de hoc dicti sindicatores debeant exprsse sindicarj. Et adprobandum q dcus offitialis fecerit grz sufficiat pbatio de publica voce et fama

Add. potestas et cap. et qualibz eorz

Item statuimus q nulla mulier
29 cuiuscuqz status et cdictionis existat audeat vl psumat potare vl hre in capite aliquam coronam de auro vl argento cum gemis vl lapidib vl pns ornataz vl non ornataz possint tn eis liceat in capite potare et hre frongale vt ghirlanda de pns delegaturas et alia quocuqz mo et de quacuqz matia non tn in forma corone vsqz ad costuz vl valorez otto florz.

xxiiij

Add. post instrumentum rubrica maior sindic. in hac forma

De vestimentis ornamentis et arredijs mulierum premissis et pnte Rubrica.

28 Quia ex inauctentie dcorz varij sunt modi et forme inducti in vestimentis portandis p mulieres et in ornamentis ipaz ideo ut uniformis sit p... Statuim' et ord' q nulla mulier de cetero portare possit in ciuit' vl comit' perusij sub forma aliqua vestimentum vl clamidis aliquod de velluto vl samito seu drappo maurato vl nõ maurato satani vl de ciamuca vl de sterico. Possit tn portare vestimenta pani lane et ciambeloctj sub quacuqz forma eis placuit dum nõ possint in uno vestimento pani lane mittere vl portare ultra duodecim brachia pani ad brachium pani lane et p quolz vestimento ciabeloctj viginti sex brachia ad brachia ciabeloctorz. Possit tn in quolz vestimento portare et hre stapuinis intalghaturas et incagliaturas vsqz ad duo brachia pani lane et nõ ultra. Insup statuim' et ord' q nulla mulier possit facere vl portare vestimentum caghatum vl stapam nisi ut sup dcm est. nec possit portare vestimentum foderatum de aliq foderio valente ultra quatuor flor auri. Excepto q si vellet foderare de pano linj possit tn dce mulieres et eis liceat dcm vestimentum in pede ipozum portare stapatum et incagliatum usqz in mensura trium pedis ad ped... cois perusij et nõ ultra p altitudine. Vestimenta tn q in presenti ante publicationem presentis statuti essent stapata vl incagliata ultra formam presentis statuti portari possint dum consignata debeant per dnos potestatem et cap. et maiorem sindicum si erunt in ciuitate alis eis vl alteri eorum qui reperiret in offitio presidere infra otto dies a die publicationis presentis statuti. Et q vestimenta debeant describi p dcos offiales et color et signa ita q de nouo fieri nõ possit in fraudem huius legis et ipozum copia dari debeat massarijs cois perusij infra trenta dies a die pdcte consignationis fieri bullari debent dca vestimenta cu aliq signo cois seu offalis. Volumus insup q nulla mulier possit portare aliqua ornamenta seu arredia cuiuscuqz materiei nuncupatur possit q transcedat valore et rem extimatam quadraginta flor auri sed usqz ad valorem quadraginta flor auri portare possit quicqd voluerit p ornamento pdcto. Racamatura uero q in aliq dcorum vestimentorum reperiretur transcedere nõ possit valorem decem flor auri qui valor computari debeat in dca suma quadraginta flor auri. Et dca ornamenta supra valoris mutari possit de uno vestimento ad alterum dum nõ sit noua et alia ornamenta sed eadem. Si uero vellet dca ornamenta mutare nõ possit hre prima ornamenta sed solum mutata ita q eodem tempore nulla mulier possit hre ornamenta dci valoris duplicata. Insup statuim' q ultra pdca portare possint anulos valoris sexaginta flor auri et nõ ultra. Et pdca vl aliqd pdcorum locum nõ habent in uxoribus vl sponsis militum vl doctorum q portare possint quicqd eis placuit et sub quacuqz forma voluerint. Et quecuqz mulier fecerit contra pdca vl aliqd pdcorum ultra formam modum vl capitulum supra taxatum in pdcis puniatur pro vice qualz in viginti quinqz libr den. dum p una die nõ possit nisi semel puniri et condemnat dandis et soluendis camerarijs massariorum cois perusij. Statuim' insup q nullus sartor vl alia quecuqz p masculus vl femina debeat talia vestimenta nec possit facere contra formam et ultra supradictum quantitatem pani lane et ciabeloctj supra taxatam tagliare incidere suere vl facere vl consulere quoquo mo vl aliquo alio colore qui dici possit vl fieri at illo mo aliquo palliato colore sub dca pena viginti quinqz libr den. ut supra dc. p soluendis p qualz vestimento. Et q de pdcis et qualz pdcorum videndis cognitione et punitione habeant potestas et cap. et maior sindicus et qualz eorum Ita tn q ille q pro muenerit illa die ille solus p illa die hat cognitione et punitione Et si eadem die postea ab alijs fuit inuenta ex eadem causa cognoscere et punire nõ possint alij offiales. Et p pdcis et quolz pdcorum possint cognoscere punire et condemnare sumarie simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicij. Et sartores et sartrices debeant relationi notarij deputati p aliqm ex dcis offialibus cuius relatio hat pro plena probatione. Et qualz de pdcis offialibus hre debeant tertiam partem pene qua incidere fecerit in eorum ordine pdcorum vl alicuius eorum. Si uero aliquis dcorum offialium in pdcis vl aliq pdcorum fuit negligens vl aliquo modo contra fecerit contra formam pntis statuti directe vl indirecte puniatur pro vice qualz pena Centum libr den. Qua pena sindicatores tempore sui sindicatus de suo ausfre debeant de suo salario.

vacat

auri et non ultra non computatis velectis confacht
aurem cuilibet et pro qualibet vice qua contrafacere repertum
pena auferat vigintiquinque librarum denariorum. Cuius medie
tas sit communis perusii et quarta pars sit accu
satoris et alia quarta pars sit offitialis qui
dictam penam venire fecerit in comuni. Et si
non fuerit accusator medietatem dicte pene
habeat offitialis predictus alia vero pars sit communis
perusii.

De pluribus lapidibus fregiaturis de auro et de argento et strengalibus non portandis. Rubrica. xxviiii.

xxvii

Item quod nulla mulier cuiuscumque etatis
vel cuiusvis conditionis existat audeat vel
presumat portare vel habere super vestimentis
quibuscumque aliquas perlas vel aliquos lapides
pretiosos possit tamen impune habere supravesti
mentis fregia de filo de auro vel de argento
que sint valoris ad plus trium florenorum auri — vacat
.s. fregia que sint in uno panno seu una
veste et portare et habere monilia de argento
de auro vel non et in quacumque forma ad
manichas et bettonaturas que non excedant
ponderis unius libre seu costus et valorem unius
florenorum de auro liceat tamen dictis mulieribus portare
cingulum sive strengale costi et valoris decem
florenorum auri ad plus et ab inde infra et non
maioris pretii et ponderis unius libre ad plus
in quo non sint perle nec lapides pretiosi
sub pena vigintiquinque librarum denariorum pro qualibet vice
qua contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum
cuius pene medietas sit communis perusii aliam
medietatem habeat offitialis predictus si non
supervenerit accusator si autem supervenerit
accusator tunc quartam partem dicte pene habeat
accusator et aliam quartam partem habeat offitialis
predictus

vacat

De velluto et drappo vel de aliis non portandis. Rubrica. xxx.

xxviii

Item quod decreto nulla mulier portare
in dorso vel ad dorsum vestimentum vel
mantellum de velluto sive samito aureato vel
non aureato Sathan vel cammuchà sub pena
vigintiquinque librarum denariorum pro qualibet vice qua contrafecerit
in predictis vel aliquo predictorum. dummodo si
pluribus vicibus inventa esset una et eadem
die non debeat condempnari nisi pro una vice tamen
possit in guarnachias et mantellos fol
citos de sindone sive taffitto portare et etiam
giuppittas seu giuppas de dicto sindone sive
taffito et mantellos de cuiuscumque colore dummodo
aliquis mantellus non excedat costum vel valorem

vigintiquinque florenorum auri et quilibet possit accusare
de contentis in presenti capitulo et aliis duobus capitulis
proxime precedentibus et habeat quartam partem
pene predicte et teneatur sibi credentia probando
per unum testem. Et possit dictus offitialis
procedere cum promotore et sine promotore ad
denumptiationem cuiuscumque et ad relationem
notarii dicti offitialis. Cuius notarii relatio
plena probatione habeatur. Et quando dictus offitialis
procederet per accusationem tunc habeat dictus offitialis
quartam partem pene quam venire fecerit
in comuni et quando procederet ex offitio vel ad relationem
sui notarii habeat dictus offitialis medietatem
pene predicte.

De anulis portandis nisi ad numerum trium. Rubrica xxxi.

va

xxviiii

Item possint portare dicte mulieres
anulos in digitis cuiuscumque materiei
et valoris otto florenorum auri impune usque
ad numerum trium inclusive et non ultra. Con
trafaciens vero puniatur in centum solidis denariorum
pro qualibet vice et quolibet anulo. cat

Quod mulieribus euntibus ad virum non liceat habere vel portare nisi duas robbas honorabiles tantum. Rubrica. xxxii.

xxxviiii

29 Item statuimus et ordinamus quod nulli
mulieri que deinceps maritaret
vel maritata esset que non dum ad virum
accessit liceat habere vel portare nec eius
nomine emi per maritum possit quoquo modo
directe vel per obliquum aliquo colore quesito
nisi duo ~~paria~~ [va — cat. addo vestimenta] pannorum honorabilium panni
novi que duo paria scribi debeant et
adsignari offitiali predicto antequam ad virum
accesserit et alios pannos honorabiles ultra
predictos portare non possit. Contrafaciens
vero puniatur in vigintiquinque librarum denariorum

De muneribus dandis vel non dandis et presentandis pro consanguineis occasione alicuius predicte parentele. Rubrica xxxiii.

xxxi

30 Item etiam ordinamus quod non possit
nec debeat pro parte viri alicuius vel
patris matris avii vel cuiuscumque consanguinei
vel affinis mariti vel alterius cuiuscumque persone
occasione alicuius parentele nuptiarum
salutaris sive mancie vel alia quacumque de causa
dari donari vel presentari aliqua strengaleca
strengale bursia corona pannum lini nec
lane carnes cappones seu aliquid aliud

quocuqz nomine censeat vl nuncupet directe
vl p obliquz pena cuilibz cotrafacienti et vice
qualibz vigintiquinqz lbr den. Et cotrso
p parte vxoris vl alicui' seu consanguinei
vl alteri' psone obseructur et fiat sub dca
pena dumodo p dca non vendicent sibi
locu in panis schiaraletto siue schiarali
et buesia et calciamentis frongalibz ghir
landis et anulis dar et mitti solitis ad
corpus et vsuz vxoris tm tempore quo
ipa vxor accedere debeat ad maritum et no
alio tempore non transcendendo pdicta
ualorez et formaz supradictoz capitloz
nec buesia pdca transcendat valorez duoz
floz auri. possit tn maritus in festo nati
uitatis domini mictere et donare vxori sue
in quantitate duoz floz auri vl valorem
ipoz in rebus tn in rebus non vetitis p
formas alicui' capli statutoz in pnti volume
contentoz Et pobseruatione pntis capituli
Statuimus qd quilibz notarius qui rogatus
fuit de contractu matrimonij cui' dotes asce
dant vsqz in quantitatez ducentoz floz
auri et supra teneat et debeat dare in scriptis
dicto offitiali noia promittentis seu promitentiuz
et recipientis seu recipientiuz dictam pro
missionez infra otto dies a die celebrati
contractus pena Centuz lbr den. Qui offitial'
teneat et debeat ipa noia facere registrari
et infra quindecim dies inmediate sequtes
dictos sic registratos requiri faciat et
registrari et citari et eis deferat iuram.
qd pns caplm et contenta in ea debeant
obseruare sub dca pena.

De recusantibus vl fugientibus vl celantibus se a dco offitiali et eius familia et nome suum. Rca. xxxiiij.

xxxij

31 Item statuimus et ordinam' qd
si qua mulier inuenta negauit
vl recusauit vl aufugerit quominus
offitialis de exspensis possit ipaz videre
vl nomen suuz celauit quominus
scire possit, an contra leges vl aliquam
ipaz fraudem commisit extunc habeatur
p confessa de hiis de quibus notaret vel
aliquis alius de familiaribus dci offitial
dco offitiali retulerit et denuntiauerit
ipaz aliquam pdcaz legum fecisse.

De modo pene soluende p mulieres et qualiter poss compellantur et soluat. Rca. xxxv.

xxxiij

32 Item ordinamus qd si qua mulier
de inceps contra pdcas leges vl aliquam
ipaz venerit et exhoc condepnata erit pena
quaz psua condepnatione soluet si maritus
eam soluit vl solui fecerit detrahatur
de dote dce mulieris tm quantu solutu fuit
Et tempore restitutionis dotis si casus resti
tutionis contingerit maritus vl eius heredes
tanto minus de dote restituere teneantur
quantum fuerit solutum Et iudex qui debebit
exequi instrumentum restitutionis dotis in
ea quantitate que soluta fuit occasione pdca
exequtionem facere non possit nec debeat
pena viginti quinqz lbr den. Et ad maiorez
quantitatez soluendo compelli no possit
Et qd vir vl alij de domo in qua habitaret
talis mulier et eoz bona possint et
debeant pro predictis ad soluendum dictis penis
realiter et psonalr cogi et compelli ab offitiali
predicto.

xxxiiij

Qd confitentibus malefitia remittatur quarta pars. Rca. xxxvj.

33 Item Ordinam' qd si contra aliquaz
psonam procedat p accusationem
ul p inquisitionem que contra pdca vl aliquid
pdcoz fecerit seu venit vl fraus in
dcas leges commisit et infra otto dies a die
citationi processus et notificationis eidem
facte de dco processu ipse vl eius procurator
habentem ad hoc spale mandatum confiteretur
delictum de quo contra eum procederet beneficio
confessionis tollatur quarta pars pene quam
meruisset et et soluere debet. Saluo qd
pdca non habeant locum in vera reptis p
dcum offitialez vl eius familiam

xxxv.

De domibus et macis non fiendis af figliatis. Rca. xxxvij

34 Item ordinam' qd nulla psona
possit nec debeat donare vl facere
seu fieri facere p se vl p aliuz palam
secrete vl occulte alicui suo affigliato
vl affigliate aliquos panos lane vl lini
vl alicui' materiei coltrices seu schia
rialettos seu pecuniaz seu canes nec
aliquid aliud causa mancie donare vl
pmittere aliqd facere nisi soluz ceraz pro
lumine et contra faciens puniatur qualibet
condepnet in Centum libr den aliquo non obstante.

xxxvi

De convivijs dominarum de sero faciendis. Rubrica xxxviij.

35 Ulla scriptum est qui male agit odit
lucem et multi ut possint volentibus
malefacere dare tempus studeant convivia
de sero facere dominarum. Statuimus quod sub
pena viginti quinque librarum denariorum nulla persona
possit convivia facere dominarum de sero
dummodo predicta non intelligantur in filiabus
neptibus sororibus carnalibus et alijs mu
lieribus consanguineis et affinibus convivantis
usque in tertium gradum inclusive. Salvo
etiam quod die nuptiarum tantum possint parte
utrique convivium dominarum facere quarum voluit
sive de mane sive de sero

De convivijs non faciendis
nisi usque ad certum numerum
et de modo vivandarum.
Rubrica xxxviiij.

xxxvij

36 Et gentes possint convivorum sumptus
et honera tollerare ducimus tale
statuendum. Quod nullus possit convivium
facere masculorum in Civitate et comitatu
Perusij usque ab uno miliari intus versus
Civitatem ultra numerum viginti exceptis
consanguineis et affinibus usque in tertium
gradum inclusive. Et predicta locum non
habeant in festivitatibus paschatis et nativi
tatis domini et etiam in militantibus tempore
militie eorum et in nuptijs non etiam
intelligantur in sotietatibus ordinatis ad
venerandum corpus et festum beati
herculani que simul ad stoptam come
dunt tempore festivitatis ante vel post per
unum mensem non etiam in venientibus
aliquorum doctoratus in qualibet facultate
Nec liceat dare vel quolibet dari facere
directe vel per obliquum alicui convivio
in aliquo convivio seu mangiare ultra
tres vivandas de carnibus. Et si contigat
dare carnes bovinas non possint inter
duos apponi ferculum sive menestram
maioris ponderis duodecim librarum. Si vero
carnes castratinas otto librarum et porcinas
sex librarum. Si edinas medium capretum
inter duos. Capones unum inter duos
et fagianos unum. Si starnas duas
sit tamen licitum cum ipsis starnis duos
pippiones vel polastros addere ad plus
Si anseres vel paperos unum. Si polastros
tres vel duos polastros cum duobus pippionibus.
Si gallinas unam. Si porchettam unum
quartum inter duos. Si turdos sex. Si
quaglias quatuor. Liceat tamen cum qualibet
dictarum vivandarum dare inter duos unam
libram carnium salitarum et duas libras
salciccie cum una lingua investita
inter duos. Et si quis voluit de
pluribus carnibus in uno taglierio et pro una
vivanda dare aliter quam supra dictum est possit
dummodo dicte carnes simul date inter duos
non excedant pondus duodecim librarum. Et
turta parmesciana tortelli carnium in
numero dictarum vivandarum non intelligatur.
Et qui contrafecerit in predictis pro vice qualibet
et qualibet vivanda dicta contra dictum modum
decem libras denariorum pene nomine solvere teneatur.
Et quod dictum est de pondere carnium
et numero ferculorum sive vivandarum non
habeat locum in militijs et tempore quo aliquis
militaret nec in doctorantibus quo casu
possint predicta excedere militantes et
doctorantes.

xxxviij

Quod convivantes accepto nu
mero teneant notificare
offitiali ante festum. Rubrica xl.

37 Et ut attenta in primo capitulo et
statuto melius observentur statuimus
quod quicumque voluit convitare seu convivare
aliquos vel aliquas ex domum convivantis
ultra personas supra exceptas dictas consanguineas
et affinibus tam masculos quam feminos
usque in tertium gradum inclusive et qui sint
consanguinei et affines sufficiat probatio
duorum testium de fama et in casibus supradictis
teneatur et debeat sub pena viginti quinque librarum denariorum
ante quam carnes emat aut emi faciat quas
ad comedendum dare voluit nec sunt inter
nomina et legitimas personas ad dictum offitiale
vel eius notarium et dicto offitiali vel eius
notario per ipsum convivatorem seu illorum
nomine convivatoris accepit notitiam faciat
de carnibus parte suprascriptis in domo
convivandorum et de carnibus dandis et de
pondere ipsarum et eis dictus dominus offitialis
vel eius notarius iuramentum facere teneatur
ad sancta dei evangelia corporaliter tactis
scripturis quod dictum modum non excedat

nec excedi faciat aliquo modo sagacitate
vel ingenio. Et idem offitialis vel notarius
eidem postulanti licentiam dare teneatur
pena maiori facienti contrarium que
supprius denotata est, videlicet viginti quinque
librarum denariorum parvulorum vice qualibet. Et de predictis possit
predictum offitialem inquirere ex offitio et ad
petitionem cuiuscumque et ad condepnationem
procedi prout eidem visum fuerit.

De donis manciis non fiendis religiosis personis vel mulieribus que maritarent. Rubrica xli.

xxxviii

Ut alie expense a mulieribus tollantur
38 in totum ordinamus quod nulli
liceat tam cive quam comitatensi personis masculis
vel femine dare vel donare palam vel secrete
tacite vel expresse per se vel alium aliquam
manciam sive donum denariorum, fasciculam ceram
vel aliam quamcumque rem per se vel alium aliquo
colore quesito alicui clericho sive religioso
vel alicui mulieri religiose vel alicui
mulieri dum maritaret ut iret seu
iuisset apud maritum vel dum intraret
monasterium vel velaret ut clericus
sive religiosus diceret vel cantaret missam
novellam vel religionem ingrederetur.
Possit tamen donari religiosis personis in dictis
casibus a qualibet persona x solidos denariorum ad plus
vel una libra cere. Et quelibet mulier
possit donare in dictis casibus cuilibet reli-
gioso unum tovaglectum. Et qui contrafecerit
puniatur per dictum offitialem in decem libris denariorum
parvulorum persona donante et vice qualibet. Et
de predictis omnibus et singulis in dicto capitulo
contentis dictus offitialis in pena et ad penam
centum librarum denariorum eidem auferenda tempore sui
sindicatus teneatur quolibet mense duabus
vicibus ad minus facere inquisitionem per portas
et parocchias civitatis et burgorum prout sibi
palam vel secrete ut sibi videbitur
ex suo offitio cum notario et sine
ad eius arbitrium et voluntatem aliquo
non obstante. Et nichilominus de predictis
una vice in mense teneatur in civitate
et burgis prout sibi facere banniri et ire
et mictere notarios et familiares suos
ad vineas et ad alia loca ad inquirendum
de omnibus supradictis penis et bannis predictis.
Et predicti locum non habeat si tempore
ingressus monasterii vel dum clericus
vel religiosus diceret vel cantaret missam

novellam tempore offitii misse aliquis
vellet offerre in altari ad modum denariorum parvulorum
iuxta quod unus quisque possit facere sine
pena.

De ludis coronarum, rimarum et aliorum non faciendis. Rubrica xlii.

xxxix

Ulla quasi contra omnibus displicere credit
39 ludus per mulieres fieri soliti qui corone
vel rime vel alio nomine ludus appellatur. Propterea
statuimus quod nulla persona vel puella cuiuscumque
status vel etatis existat possit nec debeat
facere vel portare coronas que consueverunt
portari per civitatem, burgos vel suburgos
terras vel alibi facere vel alio modo in-
cedere acquirendo pecuniam aut instituendo
vel aliquod genus ludi per quod petat
vel acquirat pecuniam vel alias res, nec
aliquis vel aliqua eis assistere vel cum eis
ad hec esse, nec etiam faciendo apparatam
claudendo portas et alia impedimenta
faciendo qui fieri consueverunt permictentes
in aliqua muliere nuptui traderet vel
ad virum duceretur. Qui autem contrafecerit
in predictis vel aliquo predictorum puniatur in xl solidos de-
nariorum pro quolibet et quolibet consentiente vel
qualibet et quolibet esse possit accusator
et habeat medietatem banni et additam penam
solvendam quilibet maior domus teneatur
pro omnibus de domo et suis famulabus contrafacientibus
in aliquo in presenti capitulo contentis. Et offitialis
predictus teneatur ire et mictere ad locum
ubi fieret contra in predictis ex suo offitio et
ad petitionem cuiuscumque et omnibus diebus
festivis circumare et circumiri facere predictis et
receptos culpabiles condempnare in dictis penis
de facto et credatur relationi offitialis ad hec
euntis et eius familie pena eidem offitiali
viginti quinque librarum denariorum si non iret vel
micteret familiam ad inveniendum
ut dictum est. Et etiam quod sit licitum
cuilibet libere et impune accipere bursias
scinagiales et cordones et res alias quas
portaverint in dicta corona vel rima et
eas cum manu percutere sine virga vel
corrigia vel alio sine armis et etiam assistentes
eis et portantibus dictam coronam vel talem
ludos facientibus vel assistentibus. Et quod
potestas et capitaneus nec alius offitialis
comunis prout contra tales accipientes dictas res

vl peruenientes predictos cognitionez n̄o hunt vllo modo. Et de predictis in toto dicto capitulo et ordinamento contentis stetur et credatur iuramento accusatoris et habeatur pro plena probatione.

De amarinb. et vagheç... ad ... Rca. xlij

xxxj

40 Item statuimus quod in aliqua ecclesia uel claustro seu plathea alicuius ecclesie vel quod vel que esset ante ipsam ecclesiam die festiuitatis ipsius ecclesie nullus iuuenis etatis a xv annis supra vsque ad xl possit residentiam facere seu adiuachegiandum dicta die vel alia die permanere. Sed cum oblationem obtulerit seu offerre voluerit statim recedere debeat et exire de ecclesia claustro vel plathea predictis et ubi non esset plathea seu claustrum stare non possit ad prope in aliqua via prope ecclesiam ad decem passus non tamen vendicet sibi locum quo predicaret vel officium diuinum celebraret in ipsa ecclesia dum modo non stent in parte ecclesie in qua stant mulieres. Contrafacientes vero in decem libris denariorum puniatur qualibet vice qualibet puniat. Et quod quis stet adamarandum vel vagheggiandum stetur in prouisione et discreptione custodum secretorum et deputatorum ipsorum custrorum et cuilibet eorum stetur et credatur vel dicti offitiales vel eius familie qui accederint ad predicta et inuenerit aliquem vel aliquos contrafacientes ut dictum est pena offitiali in predictis negligenti puniatur qualibet vice centum libris denariorum de proprio exprimi debeant emendicari.

Quod ordinamenta edita non habent locum in pias causas. Rca. xliij

xxxij

41 Item corrigentes capitulum de conuiuiis in parte ubi dicitur de numero conuiuandorum. Ordinamus quod predicta que dicta sunt de numero conuiuandorum non vendicet sibi locum in opere vel comestione pietatis seu in aliis in qui vellet obseruerentiam alicuius sancti vel sancte festare vel festum colligere.

Quod non portent ~~[illegible]~~ cat. Add. ornamenta vel alia prohibita ~~[illegible]~~ tempore nuptiarum vel ... Rca. xlv.

xxxiij

42 Item ad tollendas fraudes et cautelas que possent excogitari circha de ~~[illegible]~~ cat. Add. ornamentorum. Add. prohibitorum seu aliorum arredorum de quibus supra in capitulis fit mentio. Quod de mulieribus tempore quo ducerent ad maritum vel alio tempore non solum predicta portare non audeat sed etiam per alias personas deferri facere non debeant suspena in ipsis capitulis contenta. Et quod nulli liceat mari vel femine ea deferre occasione nuptiarum vel alio colore quesito ante dicti mulieribus vel sine vel in domo in qua fierent aliqua conuiuia vel corteggia tenere vel teneri facere vel tenentes retinere subdicta pena. Et de predictis omnibus stetur et credatur relationi dicti offitialis vel eius familie ita quod mens talium legum inuiolabiliter obseruetur.

De extimatoribus eligendis super arredis. Rca. xlvj.

xxxiiij

43 Item quod in precedentibus capitulis est promissum quod mulieres possint portare ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ cat. Add. uestimenta, ornamenta res alias valoris costus et extimationis certe quantitatis prout in ipsis capitulis continetur. Ad hoc ut de valore costu et extimatione talium rerum certitudo sufficiens habeatur per offitialem predictum. Teneatur et debeat dictus offitialis eligere extimatores talium rerum quos sibi volunt expertos et peritos de arte et ministerio siue negotiatione talium rerum. Prout dicto offitiali videbitur inuenire infra decem dies a die inuentionis talium rerum. Et ipsos extimatores cogere per iuramentum ad extimandum dictas res bona fide et sine fraude. Et si dictam extimationem facere recusauerint eos dicto compellat ad soluendum centum soldos denariorum parvulorum et possit alios extimatores eligere et eos eodem modo compellere et punire donec extimationem fecerit pena quinquaginta librarum denariorum dicto offitiali si negligens fuit in predictis.

De modo tenendi per offitiales qui celauerit sibi nomen. Rca. xlvij.

xxxv

44 Item quia plerique contingit quod homines et mulieres delinquentes contra formam predictorum et istorum ordinamentorum dum inueniunt ab offitiali proprium nomen occultant ad hoc ut non possint ex delicto puniri. Statuimus et ordinamus quod dictus offitialis possit et sibi liceat cogere per se et offitiales suos quascumque inuenerit ad nominandum per ciuitatem burgos vel subburgos de huiusmodi delinquentibus quoscumque voluerit ad dicendum nomen persone inuente seu reperte per iuramentum et si quis tale iuramentum prestare contempserit et veritatem dicere recusauerit puniatur et puniri debeat ab arbitrio dicti offitialis de facto vsque in quantitatem centum soldorum denariorum.

De mortuis non ornandis et non pannandis cum ... Rca. xlviij.

xxxvj

45 Cum consuetudo fuerit Perusii mortuorum corpora honorare non tantum ire et portare ad sepulturam debitam, sed etiam admirantias et minima hec presenti capitulo statuimus quod nemo deinceps aliquod corpus humanum mortuum audeat aliqualiter honorare possit tamen induere de una tunicha in dorso valoris duorum florenorum auri et non ultra et mulieres velosellos in capite et masculi caputeum. Et quod scientiati et milites debent merito alios in honoribus superare. Ordinamus quod milites doctores iudices et medici mortui possint possint indui non obstante quod dictum est supra de indumentis quibuscumque et in capite portare caputeum valoris viginti quinque librarum inter indumentum et caputeum et etiam ultra predicta varium in pelle sive mantello et etiam in capiteo. Contra vero facientes tam illi de domo defuncti quam etiam ornates vel induentes mortuum pro quolibet puniantur in xxv libris denariorum pro quolibet contrafaciente et vice qualibet.

Declerias et religiosis certo modo vocandis ad mortuos. Rubrica xlviiii

xxxxvii

46 Quia scriptum est quod afflicto afflictio non addatur et consanguinei mortuorum morte ipsorum non modicum affligunt ne alio ex pensis inmoderatarum et inutilium costu. Ordinamus quod pro nullo corpore mortuorum quod contingerit amodo sepelliri apud ecclesiam religiosorum beatorum Francisci Dominici et Augustini vel alterius cuiuscumque religionis vel ordinis alicuius cuiuscumque, quisque audeat vel presumat vocare invitare vel vocari vel invitari facere vel etiam habere debeat aliquem alium de alia religione vel ordine alterius nisi tamen illos apud quorum ecclesiam corpus debet tumulari nec etiam aliquem alium clericum secularem nisi esset clericus sue parochie cum uno sotio tamen. Et si non obstante hac prohibitione vocaret vel invitaret vel vocari vel invitari faceret vel etiam haberet. Statuimus quod vocantes seu invitantes et vocari seu invitari facientes vel in domo habentes pena centum librarum denariorum puniantur. Et quod expenditores non debeant dare candelas nec aliquid aliud eisdem accedentibus contra prohibitionem pena decem librarum denariorum. Et quod expenditores predicti debeant esse lavci et subiecti iurisdictioni communis Perusii. Si vero contrafactum extiterit in aliquo expensis solvant et solvere debeant illi de domo quorum fuit cadaver centum libre denariorum. Et contingerit aliquem vel aliquam apud ecclesiam sancti Laurentii et ecclesiam sancti Angeli de foris portam vel apud ecclesiam sue parochie eligere sepulturam vel ad aliquam ecclesiam parochialem que non esset locorum fratrum et sepelliret quod tunc clerici seculares tamen possint accedere et vocari et non aliquis alius religiosus vel ordinis alicuius nisi duo fratres debentes predicare asssotiati duobus sotiis. Et quod ecclesia sancti Florentii sancti Ermenii et sancte Marie nove et sancti Fortunati sunt ecclesie parochiales non obstante quod ibi residentiam faciant religiosi vel fratres volumus quod clerici seculares et religiosi fratres foras supradictam ad ecclesiam possint invocari et adesse. Et si quis contra prohibitionem presentis capituli vocaverit vel requisiverit aut requiri vel vocari fecerit pena supradicta puniatur. Et nichilominus expenditores sub dicta pena non debeant candelam dare nec aliquid aliud salvo quod predicta non intelligantur nec locum habeant in offitialibus forensibus communis Perusii et in episcopo Perusino et prioribus artium qui decederent durante offitio.

Declamationibus et luctibus non fiendis ad mortuos. Rubrica l.

xxxxviii

47 Cum in civitate Perusii tempore quo moriuntur homines et sepelliuntur fiat quasi contra magnus rumor clamor et luctus per homines et mulieres contra formam statutorum et ordinamentorum communis Perusii. Statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat tempore quo aliquis moriret vel sepelliret vel ante sepulturam vel post facere facere luctum vel ploratum ullulatum vel clamorem nec audeat aliquis caput excoperire nec capillos evellere nec pannos dilacerare nec faciem excoriare pena viginti librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et vice qualibet exceptis in predictis omnibus uxoribus defunctorum filiabus et sororibus carnalibus et matribus et neptibus carnalibus que possint concoctum et predicta facere in domo vel ecclesia ubi esset cadaver mortui.

Quibus non liceat ad mortuos plorare. Rubrica li

xxxxviiii

48 Item exceptis ascendentibus et descendentibus et consanguineis et affinibus usque ad tertium

gradum et omnibus habitantibus in domo defuncti tempore sue mortis quibus permissum sit in domo tantum vel in ecclesia quando in ecclesia fieret facere ploratum et corrotare. Sit autem eis permissum in domum et in ecclesiam ubi sit luctus et corrutus et pariter plorare non intrando domum ad dominas tempore luctus et corructus non tamen decoriare faciem faciem vel capillos extrahere

Quod defuncto ad domos mortuorum non possit radunata gentium fieri. Rubrica. lj.

ЖL

49 Et quia consueverat in seculo quando quis mortuus extitat fieri magnus strepitus stridor et raduna gentium et vigilia dicta ordinamus quod decetero nulla vegilia nec officium vigilie et nulla congregatio sive radunata personarum fieri possit et debeat et intelligatur radunata personarum a decem personis supra masculorum nec etiam feminarum ratione mortis alicuius antequam aliquis mortuus vel mortua debeat sepelliri. Sed tamen hora consueta qua mortuus debet tumulari vel ad ecclesiam portari adtumulandum pena contrafacienti in vigilia Centum libr. den. et in aliis .xxv. libr. den. possint tamen consanguinei et affines usque in quartum gradum et vicini de contrata sine aliqua radunata gentium accedere ad domum defuncti quicumque vero alius ad predicta iverit et confecerit puniatur pena supradicta .xxv. libr. den. Et intelligatur vicinus qui habitaret prope domum defuncti usque ad quindecim domos inclusive.

Quod nullus possit se in (?) ... vel alio colore ... mortis alicuius excepta uxore. Rubrica. lij.

ЖL

50 Numptus immoderatos evitare volentes Ordinamus et statuimus quod nulla persona audeat vel presumat tempore quo moriuntur homines nec ante per quatuor dies nec post per unum annum se induere de nigro bigio viridi vel alio panno novo nec vestimenta vidualia percipere vel portare pro aliquo defuncto nisi tantum uxor defuncti pena cuilibet contrafacienti in aliquo predictorum Quinquaginta libr. den. Dummodo dicta uxor defuncti tempore tempore quo induet se vel indueret de nigro vel vestimenta vidualia susceperit pro dicto eius defuncto eius defuncto viro nec possit nec debeat

exire nec stare ad suscipiendum vestimenta extra domum vel ecclesiam sed in lecto ubi erit corpus defuncti nec indui possint per aliquem mares et quod non possint aliqui mares intrare domum vel ecclesiam in qua mortuus esset ad induendum dictam uxorem vel interesse vestiture viduali uxoris defuncti predicti vel ad eruendum cadaver de domo vel ecclesia sed ipsum extrahant peterichos tantum pena Centum libr. den. pro quolibet contrafaciente in aliquo existentis in presenti capitulo et vice qualibet Et de predictis inquirat potestas possit per se.

Demortuis discopertis non portandis ad ecclesiam et de pena contrafacientis. Rubrica. liij.

Lij

51 Ad tollendum corrotum et rumorem multum Statuimus quod nullum cadaver cuiuscumque sexus etatis seu dignitatis existat discopertum deportetur ad ecclesiam aliquam seu sepulturam sed deportetur et deportari debeat copertum cum cultra vel palio seu celone vel alio panno et si fuint contrafactum vel ventum illi de domo de qua cadaver exibit teneantur solvere pene nomine viginti quinque libr. den. potestas viginti sold. den. pro quolibet solvere teneantur dummodo predicta non intelligantur in religiosis et fratribus quarumcumque fraternitatum quorum funera possint deferri discoperta et induta habitu eorum religionis et fraternitatis .tantum.

Quod nomen mortui notificetur officiali per unum dictis vel paliam personas qui requirent homines ad honorandum corpus mortui. Rubrica.

Liij

52 Item statuimus et ordinamus quod quod quilibet nuntius cuiuslibet dictis et quelibet alia persona que iret requirere cives vel euntes ad mortuum honorandum teneatur et debeat ad penam decem libr. den. pro quolibet contrafaciente et qualibet vice notificare dicto officiali nomen mortui et ubi est corpus eius antequam requirat aliquam personam et facta dicta notificatione dictus officialis teneatur et debeat unum ex notariis suis mittere ad domum sive contratam ubi cadaver habebit fore causa sepelliendi cadaver tempore sepellitionis ipsius et etiam quacumque alia hora dicto officiali videbitur convenire sub dicta pena sufficiat tamen notificatio semel facta per unum nuntium vel paliam personam esto quod plures essent homines requirentes ad predicta

Quod nullus debeat remanere in domo defuncti ad comedendum tempore funeris quibusdam exceptis. Rubrica.

Liij

53 Illa non decet ubi tribulatio ubi tribulatio est et angustia cordium statuimus Ordinamus quod nulla persona debeat remanere ad comedendum in domo de qua defunctus extraheretur postquam cadaver extraheretur de domo et portabitur ad sepulturam nec redire ad domum predictam ad comedendum nisi consanguinei vel affines usque ad quartum gradum nec possit in feretro excedi modus numerorum pena contrafacienti decem librarum denariorum. Et nullus possit presentem vel ensenium facere ratione mortis alicuius alicui de domo defuncti pena quinquaginta librarum denariorum pro qualibet contrafaciente et vice qualibet. Et de predictis contentis in presenti capitulo sufficiat publica fama que tamen probetur per duos testes.

De offitialibus non ituris ad mortuos quibusdam exceptis. Rubrica.

Lv

54 Item statuimus et ordinamus quod potestas et capitaneus civitatis Perusii et eorum et cuiuslibet eorum offitiales non audeant nec presumant ire ad aliquod cadaver civis perusini et dum portaretur ad ecclesiasticam sepulturam nec ire ad ecclesiam vel cimiterio aliquis sepelliretur tempore sepulture alicuius pena centum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. Salvo quod hoc locum non habeat si aliquis de offitialibus vel familiaribus ipsorum vel alicuius eorum vel si iudex iustitie aut aliquis ex suis offitialibus minor sindicus offitialium eorum Perusii vel aliquis ex suis offitialibus vel familiaribus vel aliquis alius offitialis communis Perusii forensis aut aliquis ex eorum vel alterius eorum offitialibus et familiaribus aut dominus episcopus perusinus aut aliquis ex prioribus artium civitatis Perusii moriretur ad funus quorum vel alterius eorum ire possint et valeant libere impune et sine aliqua pena.

Quod forenses ad mortuos non accedant quibusdam exceptis. Rubrica.

Lvj

55 Nullus insuper qui in futurum fuerit prior civitatis Perusii audeat vel presumat dum fuerit in offitio prioratus portare vel deferre aliquod corpus humanum mortuum ad aliquam ecclesiam vel de domo ipsum extrahere cuiuscumque conditionis status dignitatis et preheminentie extitit pena centum librarum denariorum pro qualibet vice. Nec etiam accedere possit ad aliquod cadaver nisi esset alicuius prioris ascendens vel descendens per lineam masculinam consanguineus vel affinis usque in tertium gradum inclusive alicuius ipsorum priorum vel eorum notarii. Quo casu possit possit accedere prior vel notarius consanguineus vel affinis huiusmodi defuncti cum duobus vel tribus aliis ex prioribus et non pluribus vel frater carnalis vel consobrinus vel filius fratris carnalis vel eorum notarii vel nisi esset defunctus aliquis ex offitialibus eorum Perusii forensibus vel aliquis ipsorum priorum vel eorum notarius vel notarius reformationum.

Quod ad palatium corpus mortuum portari non possit vel in platheam. Rubrica.

Lvj

56 Mandamus insuper et ordinamus quod ad palatium potestatis et capitanei communis Perusii non possit portari aliquod corpus humanum mortuum cuiuscumque preheminentie fuisset causa ibidem modo aliquo seu tempore ponendi pena mille librarum denariorum pro quolibet contrafaciente. Nec debeat aliquis luctus sive clamor fieri ullo modo pro aliquo humano corpore mortuo possint tamen per platheas predictam corpora mortuorum deferri secundum consistentia temporis et absque aliquo luctu vel clamore causa sepelliendi aliquod monasterium vel ecclesiam. Et illi qui cadaver portabunt ipsum secundum securitatem in quo esset cadaver a domo de qua exibit seu de qua fuit extractum cadaver inclusive ad ecclesiam ad quam portabit in terram ponere non presumant pena cuilibet contrafacienti centum librarum denariorum. Dummodo quod dictum est de corporibus mortuis non ponendis seu portandis in platheam nomen non vendicet sibi locum in illis qui in futurum occideretur quod absit qui non recognoscerent quo casu ipsa corpora que occisa fuerint que non recognoscerent poni possint in dicta plathea et esse et in eam portari et teneri donec placuit dominis potestati et capitaneo civitatis Perusii qui pro tempore fuerint vel alteri eorum ut ipsa corpora recognoscantur.

Quod doctores et artifices possint portare duplerias cere ad mortuos secundum quod decet ut solitum et non alii. Rubrica.

Lvij

[illegible] no [illegible] mortuos et [illegible] candelis et [illegible] ...ndis cleric... mortuos [illegible]

Lviij

Item ordinamus quod consules mercatorum, auditores cambii, nec camerarius alicuius artis civitatis Perusii, nec aliqua res neque artifices alicuius corporis vel collegii dicte civitatis non audeant vel presumant accedere ad aliquod corpus humanum mortuum de civitate Perusii nec ante nec post tale cadaver ad ecclesiam sepulture ipsius cum duplerris cereis. Salvo quod predicta non habeant locum quando moreretur aliquis artifex illius artis corporis vel collegii nec in advocatis et notariis ipsarum artium, quo casu homines illius artis corporis vel collegii de quo vel quibus dictum corpus humanum mortuum fuisset vel de quibus fuisset iudex vel notarius valeant accedere cum duobus duplerriis tantum impune. Si vero persona mortua fuisset de aliqua societate vel fraternitate vel corpore vel collegio quod homines ipsius societatis fraternitatis corporis vel collegii duos duplerrios sive cereos tantum portare seu portari facere possint et licite sine pena. Salvo quod ultra predicta societates et artes collegia sive consortia possint portare seu portari facere cereos et accedere ad mortuos secundum formam ordinamentorum societatis artis collegii sive consortii cuiuslibet. Pena accedentibus in quinquaginta libris denariorum. Et predicta locum non habeant quando moreretur aliquis offitialis comunis Perusii forensis et in tempore eius offitii[?] et prioribus artium civitatis Perusii qui decederent durante offitio et militibus et doctoribus quo casu quilibet possit accedere et dictum corpus pro libito honorare. Pro quorum quidem prioris defuncti obsequiis et funere honorando domini priores una cum camerariis possint expendere et expensas fieri facere de quacumque pecunia dicti comunis. Salvo quod in dictis militibus et doctoribus et de predictis sufficiat probatio quatuor testium. Defirma.

58 Item quod pro aliqua persona mortua vel ad sepulturam ipsius non debeat haberi ultra quam unum cereum quod non excedat nec excedere debeat ultra octo libras cere ad pondus. Pena cuilibet contrafacienti pro quolibet XXV libras denariorum. Et quod candele cere occasione alicuius mortui vel pro sepultura ipsius dande clericis et religiosis ad tales mortuos venientibus sint tales quod duodecim candele libram faciant et non pauciores computatis minoribus et maioribus. Pena cuiuslibet danti et dari facienti ipsas candelas centum solidorum denariorum et detur cuilibet clerico una candela de predictis tantum nisi esset prelatus offitialis vel antistes quibus possint dari due pro quolibet ad plus. Possint etiam dari due presbiteris canonicis Sancti Laurentii. Et quia sepe huic legi fit fraus quia non dantur pro aliquo cerei et candele maioris ponderis in terra[?] ponuntur et religiosi vel clerici auferunt et portant et contra ipsos religiosos et clericos lex imponi non potest, statuimus quod eo tempore quo visi fuerint portare ultra vel preter formam predictam, quod heredes talis mortui puniantur in centum libris denariorum pro qualibet vice qua contrafactum fuerit.

Ut offitialis diebus festivis videat vel mictat ad ecclesias vel venas [illegible] in [illegible] capitulis et de arbitrio offitialis. Rubrica.

Lx Item statuimus ad hoc ut melius possit fieri executio predictorum quod predictus offitialis teneatur et debeat singulis diebus dominicis et festivis saltem bis in die ante prandium et post prandium ire vel mictere suos notarios et berruarios ad ecclesias beatorum Dominici, Francisci et Augustini, Sancti Petri, Sancti Costantii et Sancti Angeli de foris porta et ad alias venas ubi erunt corpora generaliter[?] et inspicere et videre si invenerint aliquam vel aliquem portare vel aliud facere contra formam presentium capitulorum cuius aspectus et relatio habeatur plena probatione et ex sua relatione liceat eidem offitiali contrafacientes et portantes punire in penis predictis. Pena dicto offitiali si in predictis fuerit negligens centum librarum denariorum.

Uno cereo pecunde[?] ad mortuos et [illegible] et candelis ponderis [illegible] [illegible] clericis venientibus mortuos. Rubrica.

Lviiii

Inminente que per ipsos sindicatores debeat
auferri tempore sui sindicatus et de hiis expresse
debeat sindicari.

De debito dicti offitialis intrandi domos de quibus inventi exiverint vel in quibus immunditia fieret secundum formam capituli. Rubrica

Lxi

60 Item ut predicta melius executioni mandentur
ordinamus quod licitum sit et permissum eidem
offitiali eiusque notariis et familiaribus intrando
domos de quibus inventi exiverint. Et si
aliquis remanserit contra suprascriptam formam et etiam
domum in qua immunditia fieret seu fieri diceret.
Et nulli liceat tali offitiali vel eius familie
domum claudere sed eis statim aperire cum
ad domum accesserit pena decem librarum denariorum
pro quolibet cuilibet non aperienti auferenda
et inquisitionem facere si contravenitur
fuit in predictis non intrare possit domum
alicuius nocturno tempore. Item dictus
offitialis possit teneatur et debeat contra omnes illos
quos reperierit culpabiles de aliquibus contentis
in suprascriptis et istis ordinamentis vel
aliquo eorum ex suo offitio et ad petitionem cuiuslibet
procedere summarie et de plano et sine strepitu
et figura iuditii observata vel non. Et
executiones que occurrerit faciendas facere
de facto sine aliquo processu vel sententia.

De parte lucri pecunie quam offitialis predictus venire fecerit in comune. Rubrica

Lxii

61 Item quod offitiales et massarii comunis Perusii
teneantur et debeant eidem offitiali dare
et solvere quartam partem totius quantitatis
pecunie quam venire fecerit in comuni occasione
sui offitii predicti et istud ad petitionem
ipsius offitialis sub dicta pena eisdem massariis
si non solverint et dederint ut dictum est
sine aliquo precepto vel mandato expresso alicuius
offitialis comunis Perusii vel aliqua solemnitate.

Quod capitulum de corrotis non habeat locum in comitatensibus. Rubrica

Lxiii

62 Item statuimus et ordinamus quod capitulum
loquens de obsequiis et capitulum quod
loquitur de corrotis in comitatensibus habitantibus
in comitatu Perusii nullo modo vendicent sibi
locum.

Quod dictus offitialis sit iudex viarum platearum fontium et stratarum. Rubrica

Lxiiii

63 Item etiam statuimus et reformamus
quod dictus offitialis sit et esse debeat super
executione et aconcimine purgatione et repa-
ratione platee et fori comunis Perusii et stratarum
regalium et omnium aliarum viarum et fontium civitatis
burgorum et suburgorum Perusii et pro civitate Perusii
existentium usque ad sindicatum castrorum et villarum
propinquiorum civitati Perusii.

De facientibus seu tenentibus immunditiam seu putredinem ante eorum domum et quibusdam aliis locis. Rubrica

Lxv

64 Ille autem ad cuius domum fuerit inventa putredo
vel immunditia teneatur solvere pro vice qualibet
pene nomine si non elevaverit in termino sibi ad-
signando viginti solidos denariorum. Et nichilominus
levare teneatur et compellatur per ipsum et immunditias
fecas litamen et impedimenta removeri faciat
dictus offitialis et eius notarii de viis publicis et
vicinalibus et plateis et aliis locis civitatis burgorum
et suburgorum Perusii. Et plateam et forum comunis
Perusii remundari et purgari de putredine et im-
munditia facere teneatur. Et etiam debeat debeat
quotiens opus esset inquirere a cameris et
camerariis vel ponticharum tenentibus et habentibus qui
sunt circa plateam et forum comunis Perusii et
ab aliis per dictos offitiales videbitur de putredine
et de immunditia que fiet in dicta platea
vel foro et si invenerit aliquem culpabilem
de predictis per inquisitionem quam faciet debeat
et teneatur qui inventus fuerit culpabilis pro vice
qualibet solvere comuni Perusii nomine pene quadraginta
solidos denariorum et simile fiat de platheis contra
privatorum et inquiasilium personas coram
ad hoc ut viete permaneant et in immunditiis
non valeant ledi sub dicta pena.

De custodibus strectis eligendis ad denuntiandum delinquentes contra formam presentis statuti. Rubrica

Lxvi

65 Item ne aliqui vel aliqui mares
vel femine in predictis vel aliquo predictorum
delinquentes transeant impuniti. Et ut contra
delinquentes et contrafacientes in predictis vel aliquo
predictorum in supradictis capitulis vel aliquo predictorum
contentis singularium penarum fiat exactio. Statuerunt
et ordinaverunt et reformaverunt quod cancellarius
comunis Perusii vinculo iuramenti et ad penam
centum librarum denariorum sibi de suo salario si contrafecerit
pro vice qualibet auferendam teneatur et debeat
eligere seu eligi facere denuntiatores secretos
de sex mensibus in sex menses usque ad numerum
quinquaginta videlicet decem pro qualibet porta.

et ipsos custodes et ipsorum nomina dare in scriptis
dicto offitiali super arcedijs. Quod denuntiatores
cogantur acceptare offitium supradictum et iurent
ad sancta dei euangelia corporaliter tactis scrip
turis coram dicto offitiali ipsum offitium bene
legaliter et sollicite exercere. Quod custodes
teneantur et debeant vinculo iuramenti
omnes et singulos homines et personas mares
et feminas quos et quas invenerint
viderint vel sciuerint contrafacere vel
venire in predictis vel aliquo predictorum in dictis
capitulis vel aliquo predictorum contentis vel
contento in scriptis dare offitiali super
arcedijs et massare in quodam cippo
ficto seu fiendo si factus non sit in
palatio habitationis dicti offitialis ponendo
clare nomen et pronomen delinquentis
et portam et parochiam unde est et
declarare id in quo deliquit et contrafecerit
et quo die. Et in dicto cippo per
alium quam per dictos custodes aliquis valeat
massare et ut sciatur qui per ipsos custodes
extiterint massati. Quod dictus offitialis
teneatur et debeat cuilibet dictorum custodum
tempore quo acceptat offitium unum nomen
quod talis custos scribere et ponere teneatur
in qualibet cedula quam in dicto cippo im
miserit de aliquo contrafaciente Et quod in dicto
cippo ponantur et ficantur due sere
cum duabus clauibus quarum clauium unam
habeant massarij comunis perusij aliam vero
habeat offitialis predictus. Et quolibet die sabbati
supradictus offitialis et dicti massarij
teneantur et debeant aperire dictum cippum
et cedulas repertas in dicto cippo notarius
dictorum massariorum immediate debeat registrare
Et ipsas penes offitialem predictum relinquere
Quod offitialis teneatur et debeat incontinenti
procedere contra tales massatos vel massatas
et ipsos punire et condempnare secundum formam
in dictis capitulis declaratam vel predictorum aliquo
infra decem dies a die ipsius cedulis
in dicto cippo repererit pena tam offitiali
quam massarijs et eorum notario si contrafecerint
vel negligentes extiterint in predictis Centum
librarum denariorum. a negligente vel contrafaciente quolibet
predictorum qualibet auferenda tempore sui
sindicatus predicti. Et quod dicte cedule et
quelibet earum plena probatione omnibus
habeantur Et quod nullus ex dictis cedulis possit
vel debeat dilacerari vel ocultari aliquo
modo vel causa pena dilaceranti vel
ocultanti vel dilacerari vel ocultari per
mictenti Centum librarum denariorum sibi per suum
sindicatorem tempore sui sindicatus
de facto auferenda aliquo contrario non
obstante. Item quod nulli liceat ballare
saltare seu danzare in Ciuitate burgis
vel suburgis cum donabus seu in aliqua
Ecclesia. sub pena xxv. librarum denariorum pro quolibet
contrafaciente cuius penae tertia pars sit comunis
perusij alia tertia pars offitialis facientis
executionem et alia accusantis vel
denuntiantis pena Centum librarum denariorum offitiali
qui in predictis inquirendis et exequendis
fuerit negligens.

De electione dominorum priorum artium. Lxvij

66 Pro salubri statu et conseruatione
populi perusini et eius manutentione
pacifica cum sine capite ordinato ad
regendum et gubernandum ipsum populum
stare et conseruari non posset prouida
deliberatione statuimus et ordinamus
quod in consilio populi perusini more solito con
gregato semper de duobus mensibus in duos
menses exhaustur de sacculis comunis perusij
decem boni et legales sufficientes et ydonei
homines et de populo et de artibus Ciuitatis
et burgorum perusij duo de quolibet porta
qui sint et appellentur priores populi
et artium ciuitatis perusij de quibus decem
prioribus semper duo sint de arte mer
chantie Ita quod singulis duobus mensibus
duo priores sint de arte et collegio
mercantie. unus de arte campsorum
Alij autem septem priores sint et esse
debeant de alijs artibus et de collegio
aliarum artium que inferius sunt scripte
Et quod nulla ars. dictis collegijs hec
possit nisi unum ex prioribus supradictis
scilicet prius dictum est duos mercatores
sibi hoc locum nequeat vendicare nisi
ut supra continetur. Minor autem
viginti annis prior artium esse non possit
nec in sacculari ullo modo Et si ex
traheretur publicatio offitij non valeat ipso
facto Et si talis electus offitium receperit
prioratus condempnetur per suum sindicatum.

et iudicem iustitie in centum libr. denar.
et removeri ab offitio prioratus et dominus sindicus
et iudex iustitie ad petitionem cuiuslibet de nuptiantis
de predictis teneatur inquirere et repertos
culpabiles punire secundum quod dictum est. Et in hoc
casu quilibet valeat esse accusator et
habeat medietatem banni. Nullus autem possit
esse prior artium civitatis pisane vel ad offitium
prioratus extrahi eligi vel assumi qui vel
cuius pater non sit oriundus de civitate vel
comitatu pisano et qui libram non habuerit
in civitate vel comitatu pisano per tempus saltem
triginta annorum computato tempore quo eam habuit
in civitate et tempore quo eam habuit in
comitatu et computato tempore suo et suorum
auctorum. Ita tamen quod illi qui fuissent de comitatu
et libram habuerint ut dictum est et ipsam libram non
non habitationem veram habuisse et fecisse debeat
in civitate et inter cives pisanos saltem per
tempus duodecim annorum ante quam ad ipsum offitium assu-
mantur. Exceptis ab omnibus predictis hiis qui iam
fuerunt priores et in offitio prioratus vel in
presenti sacculo essent in sacculatione priore qui possit
esse priores non obstante predicta vel eorum aliquod
deficeret in eisdem. Et quod nullus possit esse
prior pro aliqua arte qui in civitate pisana
non habuit libram ad minus xl. libr. de grossa
per tempus viii annorum ante eius electionem
vel assumptionem et qui per dictum tempus viii annorum
non habuit vere et sine fraude bona stabilia
in civitate vel burgis sive subburgis aut
comitatu pisano valentia ad minus ducentas libras.
Et quod nullus notarius civitatis pisane vel
offitialis comunis pisani audeat vel presumat accedere
post electionem priorum aliquam vel aliquem in
priorem electum. Et qui contrafecerit puniatur ipso
facto in cent. libr. den. et quilibet sit inde
accusator et habeat medietatem banni et dicta talis
augmentatio non valeat. Et qui contra vel
preter dictam formam eligeret eius electio non
valeat nec teneat ullo modo. Et si contra
vel preter dictam formam electus offitium prioratus
receperit vel operaretur solvat nomine pene si
offitium acceptaverit centum libr. den. et pro vice
qualibet qua aliquid ut prior operaretur vel faceret
centum libr. den. solvere teneatur et in ipsis puniri.
Sindicum et iudicem iustitie comunis pisani possit
et debeat condempnare et quilibet inde possit esse
accusator et de condempnationibus huiusmodi medietatem
habere et quartum partem habeat dominus sindicus
et aliam quartam partem habeat accusator quam
medietatem massarii comunis pisani dare teneantur
sine alio precepto vel mandato sola fide facta quod fuit
accusator et pro ob hanc causam fuit condempnatus.
Quicumque autem fuit prior artium civitatis pisane

seu notarius ipsorum a tempore sui prioratus
debeat vacasse per tempus limitatum seu limi-
tandum per dominos priores et camerarios
artium quorum tempore fiet electio honorum
hominum ad ponendum sachettum. Et si eligeret
vel extraheret eius electio non valeat ullo modo.
Illi igitur qui extracti et publicati fuerint
priores artium secundum formam modum et formam
predictam sint et esse debeant priores artium
pro comuni et populo pisano et artibus et artificibus
civitatis pisane per duobus mensibus tantum finiendis
et initiandis die kalendarum mensis sequentis
post eorum electionem. Et ordinato et
composito sacculo de duobus mensibus in duos
menses publicari et extrahi debeant sorte
brevium capiendi per puerum more solito.
Salvis semper et reservatis sachettis priorum
factis et faciendis in posterum et reforma-
tionibus et ordinamentis dictorum sacculorum
quibus presens capitulum in nullo derogatur.
Nullus autem de civitate vel burgis
aut comitatu pisano possit nec debeat
esse prior artium populi civitatis pisane
vel ad offitium prioratus eligi nec assumi
qui non scriptus in matricula illius
artis pro qua fuit assumptus prior vel
electus et fuit scriptus per tempus sex mensium
et scriptus in libro de matricule priorum
illius sue. Et quicumque fuit contra vel
preter dictam formam electus vel publicatus
publicatus prior eius electio non valeat
nec teneat ullo modo. Et de hoc debeat
inquirere predictus sindicus et iudicem
iustitie palam et secrete prout sibi videbitur
prima die vel secunda qua fuit facta electio
dominorum priorum novorum. Et ad hoc
ut ipse sindicus et iudex possit in-
quisitionem ipsam facere. Priores artium
qui pro tempore fuerint in tempore facta
electione et publicationem predicta debeat
et teneant vinculo iuramenti sub pena
centum libr. den. pro quolibet dare facere in
scriptis eidem iudici nomina novorum
priorum et pro quibus artibus fuerint electi
qui sindicus et iudex statim habitis dictis
nominibus teneantur et debeant mictere pro camera-
riis et notariis cuiuslibet de quibus fuerint
dicti priores et eos debeat examinare
et responderi facere super dicta inquisitione.

Et facta examinatione et responsione predicta
et habita et recepta testificatione Camerariorum
et notariorum Artium de quibus erunt dicti priores
electi. Idem Sindicus et Iudex Iustitie tene
atur et debeat sententiam absolutoriam
vel condempnatoriam cassationis seu confirmationis
ipsorum priorum et cuiuslibet eorum facere ante
receptionem sacramenti priorum et an[te] in
troitum eorum offitii non obstante si in premissis
processibus non fuerit servata solempnitas
et ordo iuris. Et si in margine predicti debeat per
dictum Sindicum et Iudicem ut sibi visum
fuit et si dictus Sindicus et Iudex ad
predicta negligens fuerit vel remissus solvere
debeat cum effectu pro vice qualibet de suo salario
ducentas libras denariorum sibi de facto per suos sin
dicatores auferendas tempore sui sindicatus
et si eius sindicatores non condempnabunt eundem
maiorem Sindicum si negligens fuerit
in predictis eadem pena puniantur. quorum
Camerariorum et notariorum testificationibus
in singulis capitulis supradictis habeatur plena
probatione per eos primo prestito iuramento
Alia insuper ordinamenta statuta et
reformationes loquentes de examinatione
et Electione et inquisitione priorum
in sua remaneant firmitate. Salvis
semper et reservatis sachettis priorum fiendis
in posterum et reformationibus et ordinamentis
dictorum sacculorum quibus per presens capitulum
in nullo derogetur sed in quantum fuerint
in sacculatis in ipsis sacculis secundum formam
statutorum in presenti volumine contentorum.

officio dominorum priorum
artium Civitatis pisane
[illegible]

67 [Lxviii] Ffinitum quoque dominorum priorum Artium
Civitatis pisane tale sit quod ipsi et
eorum notarius teneantur et debeant in palatio
populi eorum solite habitationis die noctuque
continue permanere et exinde non exire
nec discedere nisi ex evidenti et necessa
ria causa et tunc cum licentia omnium
priorum pena sacramenti et decem libras
denariorum pro ipsorum quolibet et qualibet vice qua
contrafecerit quam licentiam concedere non
possint nec debeant sub pena Centum
librarum denariorum per suum sindicatorem auferenda
si contrafecerit duo priores nisi saltem ad minus
de prioribus remaneant in palatio et semper
remanere debeant die noctuque. Et de dicta
licentia sive licentiis que darentur rogari
debeat notarius dictorum dominorum priorum quolibet
die quo concederet et inde facere per ipsos consimiles
que ipsa licentiam producere debeat tempore
sui Sindicatus Coram maiori Sindico
sub pena predicta notario qui non produxerit
dicta ista et sub pena prestiti iuramenti que
pena per suum sindicatorem debeat exigi a dicto
notario et dictis dominis prioribus si contrafecerit.
Et si aliquis priorum sine licentia priorum predictorum
recesserit puniatur pena vigintiquinque librarum denariorum
pro qualibet vice. Et predicta non vendicent sibi
locum in hiis casibus quando ire deberent vel
mitti per priores priorum ad aliquid locum
vel consilium ad quem ire debent secundum formam
statuti Communis pisani vel quando irent ad ecclesiam
sotiati cum potestate vel Capitaneo in diebus
solempnibus ut moris est vel quando irent obviam
alicui domino vel prelato vel quando irent ad
visitandum vel honorandum generalos
ministros vel priores religiosorum in quibus
casibus possint ire et exire palatium licite
et impune dummodo tres ad minus remanere
debeant semper in dicto palatio. et in casibus
in quibus dicti domini priores possint licite
exire de palatio ipsorum non liceat eis nec possit
ex palatium eorum solite habitationis vel extra
palatia eius et populi pisani aliquid ordinare
reformare vel facere vigore eorum offitii nisi essent
in aliquo exercitu vel cavalcata Communis pisani et quod
quod facta fuit secus non valeat nec teneat
ipso iure et nullus notarius predicta ex dicta
licentia scribere valeat pena dictis dominis prioribus
quinquaginta librarum denariorum pro vice qualibet et notarius
secus scribenti Centum librarum denariorum pro vice qualibet
qua contrafecerit. Et studeant ad bonum et
pacificum et tranquillum statum Communis et
populi pisani et eius districtus. Et ad iura
et iurisdictiones et honores Communis et populi pisani
manutenere conservare et manutenere et augere
posse. Dare insuper prioribus studium.

-p. vy. cz pont[illegible] [illegible]

Tenentur priores studere
conservare et manutenere
Iura et Iurisdictiones
Communis et populi pisani

q populus et artes et artifices de artis in
solita et vera libertate et firmitate persistat
Et ne ipsi per aliquos violentie vel iniurie
inferant. et quod ius et iustitia persone
cuilibet observetur et ut maleficia puniantur
dominis potestati et Capitaneo et aliis officialibus
communis pisis in predictis et circa predictis auxilium
consilium et favorem quandocumque opus fuerit
efficaciter exibire teneantur. Pecuniam
avere res et bona communis pisis diligenter
facere custodiri et ipsam non expendere
nec expendi facere in utile nisi contra formam
statutorum et ordinum communis et populi pisani.

Quorum priorum officium dominum potestas
Capitaneus Maior Sindicus et Iudex iustitie
Et quilibet officialis communis pisis debeant
manutenere et posse ac etiam honorare pro
honore et statu populi pisani et eis hostia
non claudere nec claudi facere nisi clausa
tenere vel teneri facere sed liberos eis pre-
beant auditum vel adcessum quandocumque et
ubicumque ipsi priores voluerint accedere
pena quinquaginta librarum denariorum pro quolibet qui
contrafecerit in predictis et qualibet vice dum-
modo sint sedentes et alie accedentes non possit
sed fuerit forma data super in statuto de
offitio potestatis et Capitanei. Et
si domini priores vel eorum omnes vel
saltem sedentes ex eis dixerint vel protestati
fuerint vel Capitaneo et aliis offitialibus
communis pisis quod ipsi vel eorum non procederet
contra aliquem quod ille potestas vel Capitaneus
et alii offitiales cui super hoc ipsi protestati
fuerint non debeant contra tales procedere
realiter vel personaliter inde ad tres dies
pena quinquaginta librarum denariorum pro quolibet qui
contrafecerit in predictis et qualibet vice.

Teneantur insuper ipsi priores et eorum
notarius ac etiam Camerarius dictum
de Civitatis et quicumque alius credatur.
sed perpetuales in perpetuum et temporales
ad tempus pena centum librarum denariorum pro qualibet
contrafaciente et privationis offitii sui
et prioratus in perpetuum. Non possint
insuper dicti priores proponere nec reformare
propositum nec reformari facere nisi proponentium
consentira tempore eorum offitii prioratus
in aliquo consilio vel adunantia vel aliter
facere aliquid eorum vel alicuius eorum vel eorum

notarii proprium factum vel negotium. Nec
etiam possint dicti domini priores eligere
ad aliquod offitium cum salario percipiendo a communi
vel ad aliquam ambasiatam mictere aliquem
eorum vel alicuius eorum consanguineum usque in
tertium gradum inclusive nec eorum notarium.
Nec etiam proponant nec proponi nec reformari
faciant aliquid de aliquo aut super aliqua
questione vel causa civili vel criminali
que verteretur in curia potestatis vel Capitanei
vel maioris sindici et iudicis iustitie
vel alterius offitialis communis pisis et nullam
legem nec reformationem facere possint
que tangat vel tangere possit aliquam causam
pendentem vel specialem vel generalem sub quocumque
tempore verborum generale vel speciale loquendo quam
si fecerint vel facere vellent Cancellarius communis
pisis vel notarius dominorum priorum scribere non
debeant pena dictis prioribus et dictis cancellario
et notario si contrafecerit ducentarum librarum denariorum
pro quolibet que pena per eorum sindicatores
debeat auferri cum privatione offitiorum per
tempus quinque annorum. Et si dicti Cancellarius
vel notarius scriberent vel dictam reformationem
dicti priores facerent iudex coram quo produceretur
vel allegaretur ipsam observare non teneatur
nec observet sub pena ducentarum librarum denariorum
et ex nunc prout ex tunc sit nulla et pro nulla
habeatur et de predictis debeant specialiter sindicari.
Nec proponat nec reformet nisi proponi nec
reformari faciant in aliquo consilio vel adu-
nantia aliquid quod esset vel redundaret
in dapnum aut preiuditium vel diminutionem
iuris vel iurisdictionis communis vel populi
pisani vel alicuius universitatis vel
alicuius specialis persone Civitatis vel comitatus
aut districtus pisis. Et si proponerent
vel reformarent aut proponi vel reformari
facerent in quingentis librarum denariorum
pro quolibet eorum tempore eorum sindicatus
debeat condepnari et etiam condepnetur in
restitutione et satisfactione eius in quo
propterea lederent aliquem vel commune
dapnificaret. Possint insuper
et teneantur dicti priores reconciliare
ad pacem et concordiam reducere dominos
potestatem et Capitaneum et alios offitiales
communis pisis siqua quod absit occurreret
discordia inter eos et etiam artes et
artifices de contemptionibus vel que erunt

Non possint domini priores aliquem consanguineum alicuius priorum ad aliquod offitium cum salario a communi habendo eligere usque in tertium gradum nec eorum [illegible]

Quod pecuniam bona et res communis pisis faciant domini priores diligenter custodiri

Quod [illegible]

Non possint priores proponere [illegible] aliquid [illegible] notarii [illegible] in aliquo consilio proponi [illegible] aliter [illegible]

Non possint [illegible] aliquid reformari [illegible] quod [illegible] in dapnum [illegible] alicuius universitatis aut specialis

Possint domini priores reducere ad concordiam contemptiones vertentes inter artes et artes et eis obedire debent

inter Artem et Artem et inter Artifices unius
Artis occasione Artis vel officiorum ipsarum Artium
vel ipsius Artis. dummodo non intelligatur
contentio inter Artifices vel Artes ubi duarum
partium maior pars esset in concordia et
impedimentis et propter ea eisdem dominis prioribus
obediat et pareat a discordantibus ad penam
Centum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente.//

[illegible] pena possit [illegible]

Possint etiam domini priores Artium et
eorum Notarius precipere et precepta facere
per se et nuntios et baiulos quos volent
cuicumque voluerint et super quocumque facto
et negotio usque ad quantitatem viginti solidorum denariorum
pro quolibet precepto et qualibet vice et
de bampna ab inobedientibus de facto
exigere cum effectu. Et quod pro ambaxiatis
et dispositionibus et occurrentibus ad eorum
officium liceat et sibi eligant domini priores
decem famulos. scilicet unum pro quolibet
priore et quibus eligat et habeat suum et
notarius eorum unum quem sibi eligere
voluerit et liceat etiam unum coquum et
unum hostiarium et unum famulum
coci qui famulus coci sive guattarolus
et scopator palatii habeat et habere debeat
pro suo salario duorum mensium duos florenos auri.
et coquus habeat et habere debeat pro suo salario
duorum mensium quatuor florenos auri.
Aquarolus vero palatii dominorum priorum
habeat pro quolibet mense unum cum dimidio
Alii autem famuli priorum et notarii et
hostiarius habeant et habere debeant pro quolibet
eorum unam robbam terramezzatam duorum
colorum valoris quatuor florenorum auri pro qualibet
robba et non ultra. Et si aliquis ex dictis
famulis et hostiario non deferret detulerit
robbam terramezzatam solvat nomine pene
centum viginti quinque libras denariorum. et eadem pena
sit prioribus si permiserint aliquem deferre
robbam non terramezzatam que quantitates
pecuniarum solvi debeant massario comunis
Perusii in principio officii portate in et pro
indumentis eorum. Et quicumque fuit
vel erit famulus alicuius prioris vel notarii
priorum vel hostiarius priorum non possit
esse famulus alicuius prioris vel notarii
priorum vel hostiarius priorum inde ad sex menses

pena viginti quinque librarum denariorum in dicto palatio
morari vel stare aliquo colore quesito
vel aliqua ratione vel causa sub dicta pena
Et eadem pena cuilibet ex prioribus et
notario si eligerint vel in palatio stare
permiserint aliquem contra formam statuti. quas
penas per maiorem sindicum comunis Perusii
debeat auferri. quorum notarii et nuntii officium
duret per duos menses tantum. scilicet quantum
durat officium priorum Artium. Qui notarius
habeat et habere debeat a comuni Perusii pro suo salario
dicti officii decem florenos auri tantum dum-
modo nullum alium notarium sibi cohabitatorem
habeat possitionem notariatus prioratus salario
comunis Perusii. Et duo nuntii habeant pro suo
salario unam robbam de scarlatto cum
uno caputeo panni rubei de scarlatto cum
uno fodero velluti viridis valoris et
costus unius predictorum scilicet robbe caputei et
foderi sedecim florenorum auri sine solutione
gabelle quam quantitatem florenorum auri solvere
debeant massarii comunis Perusii in introitu
officii dictorum dominorum priorum prioribus predictis
vel cui mandaverint solvendam sine solutione
gabelle et non ultra. Et si accideret
aliquem notarium vel nuntium extrahi
de sacculo mortuum vel absentem vel in-
habilem ad operandum officium tunc et eo casu
per priores quorum debet esse notarius vel
nuntius electio fiat per eos. Et unus hostiarius
continue pena Centum soldorum denariorum stet et
stare debeat ad hostium priorum per se
et non per substitutum nisi per priores
alius substitutus approbetur et dicti priores
possint dictos famulos hostiarium et coquum
cassare et revocare pimos eis auferre
si viderint eos non fideliter servire.

[illegible] de notario et nuntio dominorum [illegible]

Teneantur insuper dicti priores qualibet
die lune et qualibet die veneris de
mane usque ad tertiam et post nonam horam
debitam usque ad vesperas sedere publice
ad audientiam et audire petitiones volentium
volentium ab eis aliquid iuridicum petere
et petitiones in scriptis recipiant et
infilzari faciant per eorum notarium et super

et reddantur iura

Satamẽ d. p. ꝛ not

ipiꝭ deliberent quid ſit agendum in
fra ſex dies a die oblate petitionꝭ. Ita qꝫ
ſi viderint admictendas admictant
et dent notario ꝓbata et ſi viderint
non eſſe admictendaꝫ taꝫ ꝓbataꝫ
reſtituere faciant peꝛ notariuꝫ datib
et debeꝛ teneatur ipe notarius et addaꝫ
audientiaꝫ ſtare debeant duob horiꝭ ad
minus de dictiꝭ duob dieb ita qꝫ oib
volentib coꝛ petitioneꝫ dare ſit licitu
et comoditateꝫ habeant de ipiꝭ prioribꝫ
Et pdca modo. ſ. contenta teneant dci
Priores iurare obſuare tempore coꝛ
iuramenti. // Et vt domini priores
artium ꝛ eoꝛ notarius poſſint coꝛ offm
ſecurius operari. Poteſtas et Capitaneus
nec aliquis coꝛ non poſſint ñ debeant
aliqua ratione vl causa inquirere nec
Inquiſitionem facere ꝯt aliquem qui eet
vl fuiſſet prior artium aut notarius
prioꝛ artium tempoꝛ tempoꝛ offitij ipoꝛ
Poteſtatis et Capitanei et ſi ꝯtrafecerit no
valeat nec teneat et ꝯtrafaciens in quingentis
lib. den. debeat condempnari ſi tn ab aliquo fuerit
condempnata poſſit ſup accuſatione pred ꝓt
fuit rationis (et in omib et ſingulis que
dn priores artium fecerint aut fa
facere voluerint ſint et eſſe debeant
omes pntes et in concordia vl ſaltem
ſeptem ex eis in concordia et quidqd peos
omes vl ſaltem ſeptem ex eis pntes et
in concordia factum et geſtum fuit i hiis
que extra ſtatutoꝛ ordinamentoꝛ vl
reformationū coīs et ppli puſ ad eoꝛ ſpectant
offm valeat ꝛ teneat ꝛ executioi mandet.
Volumus inſup qꝫ nullus ex dcis dnis
priorib ꝛ notario dūc dum erunt in offo
poſſit aliquam queſtioneꝫ mouere vl in
cipere coram aliquo offitial coīs puſ
pſe vl aliam pſonaꝫ eius nomine.
nec etiaꝫ ꝯt eos vl aliqueꝫ eoꝛ durante
eo offitio aliqua poſſit moueri et
initiari lis vl queſtio niſi de ipoꝛ
proceſſit voluntate. Et ꝓ palique
offitialem dicti coīs audiri non poſſit
pen offitiali ꝯtrafacienti v. lib. den.
Et habeant dci domini priores ꝓ palique
offitialem et notarius eoꝛ peoꝛ et ipoꝛ
familie victualib et expenſis a com puſ.

Nominẽ ꝓ pteſtate l Cap Inquirat aliqꝫ
re ꝯt aliquid de priorib l eoꝛ
notarii qui eſſet l fuiſſet prior
artium aut notarius prioꝛ tpore
offitij ipiꝛ poteſtatis ꝛ Cap

Qd fiat ꝑ ſeptē ex priorib
pntes ꝛ concordes valet

Nulli de offo d. p. ꝯtrꝫ ſuo offitio
poſſit inquiri aliqꝫ queſtionē nec ꝯt
eos durante …

depecunia dicti coīs quingentos ſeptuaginta duos
flor. tres lib. ꝛ ſex ſoldos den. ſine ſolutione
gabelle a conſeruatorib monete coīs puſ
ſoluendo dimidiam in principio offitij in
fra tres dies et aliaꝫ dimidium in principio
ſecundi menſ. Ad quaꝫ ſolutionē dci conſeruatores
ꝛ eoꝛ famelli poſſint cogi realit
et pſle vtriuſqꝫ ad petitioneꝫ dnoꝛ priorū dcoꝛ
Ac etiā ad petitiõ dcoꝛ dnoꝛ poſſit cogi
realr et pſle pomes offitiales coīs puſ
et pſe ipos vtriuſqꝫ omes debitores coīs puſ
ꝓſolutione ꝛ ſatiſfactione dci ſalarij et de eo
eo qd facerit obcaſione pdca ꝯt dcos conſuatores
et eoꝛ famellos et alios debitores dci coīs
non poſſint ñ valeant ſindicari quoqꝫ
modo pen dis conſeruatorib non ſoluentib
modo pdco mille libr den eis auferend
pquolib offitꝭ coīs puſ et qꝫ dci
dni priores ꝛ notar pſe ipiꝭ ꝛ eoꝛ familia
nichil ſolue debeat et ad ſoluendum cogi
non poſſint modo aliquo obcaſione
et cauſa macinatꝭ grani vſqꝫ ad xx.
corbes. ſꝫ eis licitum ſit vſqꝫ ad dcam
ſumaꝫ macinare ꝛ macinarj facere
ſine aliqua ſolutione gabelle dictꝭ macinatꝭ
pena quibuſcuqꝫ offitꝭ ſeu emptꝭ portꝭ
ad pdca in pdcis ꝯtrafacientꝭ iij. libr den
eis de facto auferendo ꝓ quolib offitꝭ
dicti coīs ad petitioneꝫ dcoꝛ dnoꝛ prioꝛ.
Iurent aut et pmittant dni priores
artium ꝛ eoꝛ notarius et ſatiſdent in
ꝯſilio ppli de eoꝛ offitio bn ꝛ legalr
exercendo. ſm formā ſtatutꝭ et ordin
et reformatꝭ coīs ꝛ ppli puſ coram pnt
notario ſeu cancellario qui ſupplat fuit
placuit ſupplarj. // Et ſi ꝯtigerit
aliquem extrahi et publicarj de ſacculo in
priorez qui eſſet mortuus vl abſens
vl inhabilis ad dcm offm. exercendum
tunc ꝛ eo cau fiat electio ꝑ priores qui
ptempor in offitio erunt cuꝫ camerarijs
porte vnde eſſet talis publicatꝭ et
cū camerario artis ꝑ qua huiuſmodi
prior publicatus electꝭ vl extractus
fuit et ſi omes vl due ptes ipoꝛ
viderint aliqueꝫ in dca arte ꝯſangneum
talis extracti qui ſit ydoneus ꝛ ſit dcꝫ

Fiat

De dni priores
iurent ꝛ ſatiſdent
in ꝯſilio ppli ꝛ
eoꝛ notar

Quoniā nō fiat electio
ꝛ ſi quis i locū prioris
mortui l abſentis vl
inabilis

De arbitrio d…
Civitatis p…

Lxviij

Non poſſ…
exempt…
notar…
aut cam…
l alia…

porta illum eligant et eligere debeant sin
aut alium de eadem arte et porta eligere
teneantur. Et si non essent in concordia ut
dictum est a die qua fuit publicatus extunc
electio fiat per omnes priores et Camerarios
vel maiorem partem eorum in concordia prout
viderint convenire, ita tamen quod de eadem arte
et porta eligere teneantur si ydoneum repe
rerint, al(ias) de eadem arte et de eadem porta.
Si vero alius offitialis comunis perusii existens
de sacculo ad aliquod aliud offitium dicti comunis
vel ad rectoriam sive castellaniatiam aliquam
alicuius civitatis terre vel loci et esset
mortuus vel inhabilis domini priores et
Camerarii eligant alium loco sui de
porta de qua fuerit talis extractus qui
eis utilis et ydoneus videbitur.

Arbitrio dominorum priorum Civitatis perusii vera.

Lxviii

68 Item quod offitium dominorum priorum
spectare debet de custodia habenda
in Civitate et comitatu perusii. Statuimus
et ordinamus quod domini Priores artium
habeant et habere intelligantur arbitrium
auctoritatem et bayliam pro custodia et super
custodia facienda in Civitate comitatu
et districtu perusii et occasione dicte custodie
providendi et faciendi quidquid eis placuit
dummodo dicta potestas et arbitrium non
intelligatur se extendere nec extendit
quod possint dicti priores conducere milites vel
pedites forenses ad stipendium vel soldum
comunis perusii nec offitiales eligere vel
reformare qui habeant salarium a comuni
perusii vel ab aliqua universitate comitatus
vel districtus perusii vel ab aliqua speciali persona.
nec possint dare vel concedere aliquam
exemptionem vel immunitatem alicui
castro vel ville comitatus seu districtus
perusii nec alicui persone. Item quod dicti
priores habeant et habere intelligantur arbitrium
bayliam et auctoritatem super blado et aliarum
victualium habundantia habendi et facienda
in Civitate perusii et occasione habundantie
habende expensis et pecunia comunis perusii.
faciendi et ordinandi et debitum feneraticium
sive non feneraticium contrahendi et bladum

Non possint domini priores exemptiones vel immunitates concedere alicui castro vel ville vel alicui persone.

emendi et promictendi pretio revendendi seu
revendi faciendi et omnia alia providendi sta
tuendi ordinandi faciendi et executioni
mandandi que in predictis et super predictis eisdem
prioribus artium placuit. Et quia exploratores
inter alia est magis utile immo necessarium
quia ut communiter fertur ex approbato verbo qui
sunt paupes exploratores sunt paupes
honoris et esse pot res magni periculi
ut in posterum talia non occurrant. ordi
naverunt et providerunt quod domini priores
artium qui essent de mensibus Januarii
et Februarii et de mensibus Julii et Augusti
semper in principio eorum offitii antequam ingre
diantur offitium palatium priorum offitio excendi
infra tres dies primos postquam fuerint
de sacculo publicati teneantur et debeant
eligere duos bonos ydoneos sufficientes
viros qui notitias habeant cum comitatibus
et etiam dominis tam a longe quam prope in
offitiales super spiis per tempus sex mensium
qui habeant potestatem et debitum expendendi
singulis duobus mensibus Centum libras denariorum in
nuntiis et spiis mictendo per eos sive per
cre perusii vel comunis perusii in missis Centum librarum
denariorum et non ultra nisi contigerit comuni
perusii expedire ultra dictam quantitatem dictam
de causa expendi quo casu domini priores
artium una cum camerariis numero xxx.
partium et xv in concordia possint provide
et ordinare de maiori quantitate expendenda
pro causa predicta prout et totiens eis videbitur
expedire. Que quantitas Centum librarum denariorum
debeat solvi per massarios comunis perusii dictis
bonis hominibus et offitialibus sine aliquo precepto
vel mandato alicuius offitialis sed solum
visa presenti electione. Et ubi contingeret
Priores et Camerarios ut supra dictum
est deliberare de maiori quantitate expendenda
dicta quantitas debeat etiam solvi dictis bonis
et offitialibus per dictos massarios sine aliquo
precepto vel mandato alicuius offitialis
sed solum visa dicta electione ut supra
dictum est et deliberatione ipsorum dominorum
Priorum et Camerariorum artium. Qui boni
homines et offitiales teneantur et debeant
facere scribi manu publici notarii nomina
et prenomina omnium nuntiorum quos miserint
et loca ad que miserint et nuntiorum quos
receperint et loca a quibus receperint et

et computum eis solverint ita quod possit
de dictis expensis rationem reddere coram
maiori sindicho comunis perusii a quo debeat
sindicari. Stetur in depositis de scriptura
publica notarii que in omnibus puritatem
habeat et dicto notario possint dicti boni
homines et offitiales certum salarium
constituere prout eorum discretioni videbitur
convenire. Quod salarium eidem solvi
debeat per dictos massarios secundum mandatum
dictorum bonorum hominum et offitialium.
Teneantur insuper dicti boni homines et
offitiales facere iurare ad sancta dei evangelia
corporaliter tactis scripturis omnes et singulos
nuntios mittendos seu recipiendos qui
ibunt ad alia locha ad que mictentur
et quod venerint ab illis locis quibus dicent
se esse missos vel venisse et quod nulla
fraus per eos commictetur seu commissa fuerit.
Teneantur etiam dicti priores dare auxilium
mercchatoribus et omnibus aliis perusinis
cum requisiti fuerint ab eis sedem vel mictere
eos coram coram offitialibus comunis perusii
ad iustitiam faciendam et consequendam et ut
unusquisque in suo iure consuetudine melius
et ut eum non recipiant et ut fuerint
eorum iura et instrumenta et scripte et carte
librorum eorum legiptime facta ut melius
potuerint et viderint facienda. Priores
Artium ultimis quinque diebus eorum offitii non
audeant vel presumant aliquid statuere
facere ponere vel refirmare de aliquo nego
tio vel facto spetialium personarum sed defacto
comunis perusii tantum. Et quia domini priores
Artium consueverunt rogare notarium
ipsorum vel cancellarium an dies ultimos
quinque dies eorum offitii quod habent perfactis
et explicatis omnia que agenda eis occu
rrerint in dictis ultimis quinque diebus quod est
absonum et absurdum. Ideo statuerunt
et ordinaverunt quod dicti domini priores non
possint rogare notarium nec cancellarium
nec ipse notarius et cancellarius rogari
de aliquo facto spetialium personarum nisi de eo
solo quod tunc expliciare factum et consultum
fuerit non autem de eo quod fiendum expe
diendum et explicandum occurrerat in ultimis
in dictis quinque diebus et si aliter scripserint
dicti notarius et cancellarius puniantur

pena quingentarum librarum denariorum et privationis offitii
et debere debeant sindicari et tale preceptum
et scriptura non valeat nec teneat.

69 Item statuimus ordinamus et reformamus
Quod decreto post tempus presentis statuti
magnificorum dominorum dominorum priorum Artium
Civitatis perusii quodlibet offitium prioratus
teneatur et debeat relinquere dare et dimictere
in fine eorum offitii pro argento vasis et
aliis supplectilibus argenteis palatii et refec
torii pro dictorum honore et magnificentia fa
bricandis summam quantitates vigintiduorum florenorum
auri sine diminutione vel retentione alicuius
capulibre seu gabelle. Ita quod quodlibet prioratus
de novis fiendis publicandis et notarius
ipsorum dominorum priorum qui pro tempore erunt
ad dictum offitium prioratus de duobus mensibus in
duos menses in fine eorum temporis teneatur
et debeant solvere et dare relinquere et lassare
duos florenos auri ut supra predicta quinquaginta
consignandos et numerandos ipsi notario dominorum
de tempore in tempus in fine cuiuslibet prioratus
Cui quidem notarius teneatur et debeat
ipsos dominos ad solutionem predictorum faciendam
sollicitare. Et ut de predictis quelibet suspic
tio cesset. Statuimus et ordinamus.
Quod conservatores monete qui pro tempore
fuerint sub pena et ad penam mille librarum de
defacto auferendarum eorum tempore sindicatus
per quolibet offitiales comunis perusii ad petitionem
requisitionem et instantiam talis notarii
possint teneantur et debeant de salario
ipsorum dominorum et notarii et cuilibet eorum solvere
quolibet recusantium de primis pecuniis
et solutionibus dictorum dominorum retinere dictam
summam vigintiduorum florenorum auri et eam
solvere omni exceptione remota tradere et consignare
debeant tali notario stipulanti. Et quod dictus
notarius eo casu teneatur et debeat eam recipere
et predictis vasis argenteis conservare usque ad
finem offitii finem et in fine eius offitii
dictam quantitatem vigintiduorum florenorum debeat
ad dictam penam et pecuniam per alios percessores
assignatam una cum tubis argenteis sigillis
et aliis supplectilibus suo successori notario
per inventarium tradere et consignare cuius
quidem inventarii copiam offitiales super

Lxx

Massariis qui pro tempore fuerint semper
bene debeant et in assignatione talium debeat
omnes vel ad minus unus personaliter interesse.
Et insuper quod notarius dominorum dictam pecuniam
suo successori assignare et tradere una
cum dictis aliis supellectilibus per negligentiam
seu alia quavis causa obmicteret. Quod
successor sub pena predicta non possit nec
debeat tubas sigillos et alias supellectiles
recipere seu acceptare sine et absque pecunia
soluta debita per eum notarium predecessorem
suum. Et quod offitiales super massariis qui
pro tempore fuerint et talis notarius suc-
cessor debeant dictum predecessorem notarium
cogere, facere et compellere ad assignandum eam
quantitatem debitam eius tempore [illegible] etiam
eidem predecessori per alios suos antecessores
assignatam pena simili dictis offitialibus
et notario successori si in predictis neglige-
ntes fuerint auferenda. In quam penam
quilibet magistratus contrafaciens ipso facto
incidisse intelligatur si quod tales notarium
negligentem executionem realem et personalem
non fecerit facta requisitione per dictos offitiales
massariarum et notarium dominorum vel aliquem
per tempus ei succedentem. Et quod de predictis omnibus
et singulis debeant tam magistratus
forenses quam etiam civiles vel notarii
dominorum priorum offitiales massariarum debeat
expressius sindicari pena simili aufe-
renda sindicatoribus si de predictis executionem
non fecerint cognita solummodo veritate
negotii. Super quibus omnibus et singulis
et incidentibus ipsorum et dependentibus et
annexis domini priores dictum qui pro tempore
fuerint ad dictam penam possint teneantur
et debeant omnia et singula exequi fieri
adimpleri facere et debite executioni
mandare. In quam penam ipso facto
incidisse intelligantur si fuerint aliqualiter
negligentes vel remissi et de hiis
debeant sindicari. Et insuper quod domini
priores qui pro tempore erunt de pecunia predicta
vellent facere aliquod vas seu supellectilem
fabricari. Quod non possit nec debeat
fieri sine consensu offitialium super massariis
predictis. Et quod ad mandatum ipsorum dominorum
dicti offitiales teneantur et debeant illa

vasa argentea et supellectiles argenteas facere
fabricari que seu quas dicti domini duxerint
declarandum. Non tamen possit modo aliquo
iure causa seu forma quacumque operis incepti
tempore unius offitii prioratus per successores
vel alios quoscumque facere devastari nec
aliud vas seu supellectilem aliam reiterari
seu incipi donec opus inceptum deducatur
ad finem pena simili cuilibet auferenda
qui etiam preter vel secus seu aliter presu-
meret attemptare, qui immo si vas vel
aliqua supellectilis foret per quecumque incepta
quod usque ad finem perfecte perducatur antequam aliquod
aliud opus initium quodlibet faciendum
in quam penam domini priores notarii et offitiales
massariarum predicti si in aliquo contrafecerint ipso
facto incidant et incidisse intelligantur.
Et de predictis possit et debeat fieri executio
per quoslibet offitiales dicti comunis ad instantiam
cuiuscumque petentis et quilibet possit esse
et debeat accusator et habeat quartam pene.
Volentes igitur et decernentes quod sicut
et quemadmodum de pecunia soluta debita et
assignari dictum est per dominos priores
eorum notario et de assignatione per notarium
facienda per eorum notarios suis successoribus
ita intelligatur et intelligi debeat de pecunia
assignata cuilibet notario per suum pre-
decessorem pro tempore suo et aliorum pro
tempore precessorum. Et ad eandem incidat
penam teneatur et obligetur notarius
et eo modo et forma cogi compelli et constringi
possit et debeat sicut de aliis est expressum.
Mandantes fieri exequi et adimpleri
sicut supra facta mentio. Volentes insuper
quod offitiales super massariis predicti de predictis
omnibus et singulis teneantur reddere sicut
notarius dominorum plenissimam rationem
et de ea etiam sindicari. Decernentes
etiam quod nulli hominum ullo umquam tempore
liceat pecuniam seu ipsa vasa argentea
et supellectilia quolibet usurpare nec
pignerare seu aliter concedere vel largiri
sub pena aliter acceptanti librarum mille f. p. auri
de facto auferenda per quoslibet offitiales
comunis predicti et refectionis omnium dampnorum
[illegible] pena simili notario et offitialibus

sup massarys quolibz asentientib seu
alr asentientib pmictentib vl adobsuatiaz
negligentib. Quam penaz auferre teneat
quilibz maistrat cois pus pns vl futurus
in quaz ipaz ipo facto idem maistrat incidit
tollendam defacto eius tempore sindicat
per eoz sindicatores auferenda si negligentes
fuerint vl remissi ad instantiaz cuiuscumqz
petentis non obstantib quibuscumqz legibus
aliter disponentib

LXXI

70 Propter punitionez maleficiorum et pobseruatione iuris et iustitie et ne illi qui co-
mictunt maleficia euadant impuniti. Statuimus
quod domini priores artiuz populi pntes et futuri
nunqz possint pponere ordinare et reformare
vel aliquid qt punitionez maleficiorum in detolle-
dis cassandis suspendendis vl reuocandis
aliquib condepnationib criminalib nec aliquib
processib ciuilib vl criminalib pendentib
coram potatis et capitanei vl iudicis
iustitie vl maioris sindici offitialium cois
perusij vl malia ciuitatis perusij in de absolu-
tione vl liberatione vl impunitate aliquorum
maleficiorum qui maleficium commisisset pena
quingentaz libr den pquolibz priore et alio
quolibz ofaciente et qualibz vice. Et si secus
factuz vl ordinatuz fuerit non valeat nec
teneat ullo modo Et quod dcpdis sindicent
expsse dicti priores non obstantib aliquib
alys statutis ordinamentis vl reformationib
in contrarium loquentib.

LXXII

71 Statuimus et ordinamus quod potas et capitan-
vl maior sindici et quilibz eoz teneat
ratas et firmas habe et obsuare et facere ab omnib taz de
ciuitate qz decomitatu et districtu perusij et
omnes reformationes fiendas dummodo fiant cum solepnitatib
que requirunt p capitula et statuta cois perus
et dummodo que fient et no obuient in qdicat
caplis seu statutis qtentis in hoc volumie seu aliquo
eoz. Et si dnus potestas et capitaneus vl offitial
eoz vl maio sindici vl aliquis eoz non
obsuauint vl obsuare non fecerint teneat
ad cois perus solue nole pen. Centu libr den et si
aliqua dictaz reformationu in aliquo inueniret repugnant
contrarie fuerint ultime seu sequentes et semp in eo quod
contradiceret intersit pposteriores potib derogetur
Et ateliqt ei ulte q ref in volume scripte sunt
sm ordinem scripture

72 Teneantur potestas et Capitaneus maior
sindici et iudex iustitie et quilibz eoz
offitiales et quilibz alius iudex cois perusij et
eius offitiales et domini priores artiuz et
quilibz ipsoz obsuare et obsuare facere
oia et singula statuta cois et populi perusini
vl reformationes ipsius cois factam in quouis
consilio et etia ordinamenta aliciu artis
seu artiuz. Si et quatenus ordinamenta
artiuz non sint in aliquo dicta et non
derogent statutis cois et populi perus directe
vl pobliquuz subpena in ipsis ordinamentis
contenta ubi pena esset in ipsis ordinamentis
vl statutis determinata. Ubi aut no esset
pena determinata. subpena quingentaz libr den
pquolibz caplo et de ipsis statutis et ordinamentis
non sindicatis no possit peti in fieri aliqua
absolutio paliquod consiliuz in in aliquo
consilio possit pponi nec reformari in
si erit statutu cois et populi perus in consilio
Camerariorum et otto artificium dequalibet
arte magna. et quatuor artificium
dequalz arte parua et nisi specificet in ipo
consilio Camerariorum et artificum Ciuitatis
perus qui sint scripti in matricula eorum
artis cum solemnitatibus que requiruntur
pcaplim statuti dequo vl quib petitum
erit quod fiat absolutio vl suspensio et
nisi in ipo consilio interfuit saltem triginta
Camerarij et sexaginta quinqz artifices
et fiat scrutiniuz et partitum ad bussolas
et fabas et sint due partes concordes et si
alr fiet no valeat ipo iure.

LXXIII

73 Cum offm dnoz prioz artiuz ciui-
tatis perusij sit principale caput regiminis
Ciuitatis pdce nec non terraz omniz et
ciuitatis submissaz et submictendaruz
ac etia recomendataz ciuitati pfate perusij
in qua studere debet solerti cura et
ingenio vt electio de eis ac etia de alijs
offitialib taz dce ciuitatis qz aliaz ciuitatum
et terraz cum pdco recomendataz et
submissaz fiat de melioribus ydoneorib
legalioribus et prudentioribus homib ciuitatis
qz sm bono capite in regimine in bea
no bene regant Et honoz ciuitatis pdce.

LXXIIII

Ambitio in tantum superuenit quod quilibet
magis vagatus et indignus non ex
debito sed ex procuratione soliciti volunt
se dignos facere tempore refectionis
sacculorum dieque noctuque discurrendo nole
tes quod a dictis procurationibus desistatur et
per consequens ab omni corruptione in po
pulo perusino et ut electio sincera ac
puramente fiat et omnis via procurationis
tius precludatur. Ordinamus statuimus
et reformamus quod ad electionem tam dominorum
priorum Ciuitatis perusii et omnium aliorum
offitialium Ciuitatis et comitatus perusii
et terris subiectis dicte ciuitatis ad
regimina mictendorum exceptis castris
comitatus perusii in quibus mictuntur per
ce perusii potestates procedatur modo
et forma et ordine infrascriptis videlicet quod
ultimus prioratus qui extrahetur et
publicabitur de presenti sacculo et sic
successiue in electione sacculorum fieri
debeat infra otto dies ante introitum
eorum offitii computandos sub vinculo
Iuramenti et pena mille librarum denariorum
pro quolibet eorum et a quolibet ipsorum per
maiores Cancellarios tempore sindi
catus auferende banniri et preconigari
faciant. Consilium dominorum Consulum
Auditorum Cambii et omnium aliorum came
rariorum Artium Ciuitatis perusii Et in
consilio predicto congregato in pala
tio habitationis dominorum priorum Cancellarius
comunis perusii faciat decem et nouem breuia
in quibus sint scripti omnes illi qui
fuerunt priores pro tunc et de sacculo ex
tracti describendo nomina et pronomina
portas et parochias dominorum priorum
extractorum et nomina mensium in quibus
fuerunt priores Et de ipsis breuibus
per quemdam puerum extrahantur duo
Extrahat^r. duo breuia breuia. et ipsis sic extractis illo tunc
per familiam offitii comunis perusii mictantur
per eum in secreto et capiantur et ponantur
in locho massariorum vel alibi ubi dictis
dominis prioribus placuerit Et si
aliquis ex dictis descriptis in dictis breuibus
esset mortuus vel absens quod domini priores
et Camerarii illius porte de qua esset
huiusmodi mortuus vel absens eligant
et eligere possint alium seu alios eiusdem
porte et dictis locho mortui vel absentis
Qui uiginti Ciues in dictis breuibus
descripti dicto locho non discedant nec
eis loqui possit per aliquem nisi per
Cancellarium comunis perusii nec eis detur
aliquid ad comedendum nisi vel bibendum
quousque elegerint viginti Ciues scilicet
quatuor pro porta distributos per contratas
porte qui sint artifices Artium et
de ipsis sint ad minus duo de Arte
mercantie et unus de Arte Cambii
et pro qualibet Arte grossa sit unus
et reliqui distribuantur inter dictas
paruas Et facta dicta electione dictorum
viginti Ciuium incontinenti capi
antur secrete per familiam offitialium
comunis perusii et mictantur in locho
determinando per dominos priores tunc
in offitio residentes quibus loqui non
possint possit nisi per custodes deputatos
et per illos qui eis deputabunt ad serui
endum. Qui viginti Ciues sint
et esse intelligantur offitiales et boni homines
ad faciendum ordinandum et componendum
sacculos pro quadraginta mensibus
vel pauciori tempore prout videbitur
dominis prioribus et Camerariis
in offitio existentibus omnium offitialium
Ciuitatis et comitatus perusii et
terrarum subiectarum et recommendatarum

a comuni perusii prout hactenus
consueuit. Et dictum sacchettum
debeant fecisse et perfecisse infra quam breuius
tempus poterunt et tunc ibi debe-
ant pro eorum salario a consiliatoribus
monete comunis perusii quantitatem declarandam
per dominos priores et camerarios
In quo quidem saculo non possit
nec debeant insacculare priores nec
pro consiliatore aliquem ex dictis viginti
ciuibus in breuibus extractis ad eli-
gendum dictos insacculatores. Et aliter
et alio modo ad suprascriptam electionem
per aliquem seu aliquos nisi forma
predicta seruata procedi non possit vel
debeat ullo modo et aliter vel alio
modo ad suprascriptam electionem per aliquem
seu aliquos nisi predicta forma seruata
procedi non possit nec debeat ullo modo.
Et electio aliter facta ipso iure nulla
et quidquid secutum fuit ex ea nullius
sit efficacie vel valoris et pro non facto
penitus habeatur aliquo non obstante.

De modo et ordine obseruando per bonos homines deputatos ad conponendum nouos sacchettos offitialium tam ciuitatis et comitatus perusii quam etiam per eosdem ciuitatibus ad ciuitates et terras dicto comuni subiectas vel recomendatas mictendorum rubrica

Lxxv

74 [.]lla ut experientia docuit ciuita-
tes et terre tam bene reguntur
et pacifice gubernantur quantum in eorum
rectores boni viri et legales
presidunt. Statuimus et ordinamus
quod boni homines et offitiales qui de
cetero eligentur vel deputabuntur
super confectione seu compositione sac-
chulorum offitialium tam Ciuitatis
et comitatus perusii quam aliorum offiti-
alium ad ciuitates et terras comuni perusii
subiectas vel recomendatas per
ipsum comune mictendorum mictant

statim et incontinenti debeant in locum
declarandum per dominos priores et
camerarios qui tunc temporis in offitio
residebunt et ibidem recludi debeant
et custodiri per offitiales potestatis et
capitanei et eorum vel alterius eorum famil-
iares ita et taliter quod nullus cum eis vel aliquo
eorum loqui possit. Qui autem boni homines
et offitiales teneant et debeant dictos
sacculos et quelibet ipsorum condere componere
et ordinare bene et legaliter absque aliqua
fraude vel malitia et se priuare omni
singulari odio vel amore quod possent detinere
honoris comunis perusii quolibet ut obesset
et etiam dictos saculos teneant condere
et componere ad et secundum formam et seruata
forma inferius in presenti capitulo denotata
videlicet primo quod in dictis saculis vel aliquo ipsorum
non possint nec debeant insacculare
aliquem qui fuerit de falso condepnatus et
non restitutus nec aliquem alicuius ipsorum
insacculantium auum vel
patrem vel filium vel fratrem carnalem
stantem ad unum panem et unum uinum
cum eo vel aliquem qui steterit et habitaret
cum aliquo eorum bonorum hominum insacculantium
ad unum panem et unum uinum nec
aliquem forensem nec in saculo ponatur
possint insacculare aliquem cuius pater
vel ipse non fuit natus in ciuitate vel
comitatu perusii et non habeat et habeat
librum et bonam valentiam prout supra in
capitulo de electione dominorum priorum Exceptis
illis ciuibus qui hactenus in saculo
priorum fuerunt insacculati vel aliter
ad dictum offitium electi et ipsum exercuerunt
nec aliquem qui erit condepnatus in futurum
pro homicidio nec aliquem qui erit
condepnatus in futurum pro homicidio nec
aliquem qui fuit positus ad confinia ob
occasione subuersionis status pacifici
Ciuitatis perusii. Nec aliquem qui
fuit positus alia de causa durantibus
confinibus nec aliquem filium alicuius

Rebellis

Nec etiam alicuius condemnati pro proditore com[mun]is
p[er]usi[n]i et non restituti seu rebanniti. Nec i[n] sac
culo prioratus possint i[n]sacculare aliquem qui
fuerit exemptus de carceribus com[mun]is p[er]usi[n]i amore
dei nisi talis sit extractus ad aliud offitium fuit
i[n]sacculatus vel electus. Et offitium exercuerit
vel nisi fuerit excarceratus ex tali malefitio de
quo concordia fieri potuerit. Et nec possit i[n] sac
culari aliquis notarius pro notario priorum
qui fuerit co[n]dictionibus supradictis prohibitis ma
culatus. Et quod nullus eligatur vel eligi
possit ad reficiendum dictos sacculos qui alias
fuisset ad simile offitium deputatus a quinque annis
citra. Qui quidem boni homines eligendi
possint teneantur et debeant reficere, co[m]ponere
et ordinare sacculos offitii prioratus et omnium
et singulorum castellanorum et aliorum quorumcumque
offitialium qui per viam et modum sacculorum
fieri solent ac etiam componere et ordinare sac
culos signoriarum terre camarii et aliarum
terrarum et locorum com[mun]is p[er]usi[n]i submissorum et reco
mendatarum. Ac etiam castrorum fracte filiorum vber
tinorum prepositi, cerreti, marsciani et pani
chalis et aliorum locorum comitatus secundum delibe
rationem dominorum priorum et camerariorum qui
pro tempore fuerint. Ita tamen quod nullus notarius
qui habuit aliquod offitium per viam et modum
i[n]sacculationis extra civitatem p[er]usi[n]i possit
i[n]sacculari intus civitatem predictam et similiter
sacculatus ad unum vel duo offitia intus
dictam civitatem non possit i[n]sacculari ad
aliquod aliud offitium extra civitatem predictam. Et
reficiant et refici debeant sacculi supradi
cti per quinque bonos homines supradictos videlicet sacculi
signoriarum et castellanorum pro tempore quadraginta
duorum mensium. Et sacculi prioratus et aliorum
offitialium pro tempore quadraginta mensium
tantum ad plus. Et in refectione talium saccu
lorum observetur et observari debeat infrascripta forma
videlicet quod nullus possit nisi tantum ad unum offitium
i[n]sacculari neque per ipsos sacculos reficiendos
nisi unum offitium tantum consequi vel habere. Excep
tis capitaneis partis guelfe sindicatoribus
offitialium, custodibus bone hore et notario car
cerum, revisoribus mensure offitialium, revisoribus
mensure cassarorum et castellanorum. Et offitialibus

viarum fontium et pontium comitatus offitialibus
maiestatis. Et electoribus potestatis et capitanei
maioris sindici et offitialis custodie civi
tatis et comitatus sindicorum et viarum civitatis
predicte. Et quod nullus possit esse prior
per sacculos reficiendos nisi liber habeat .xl. libr[as]
ad extimum et quod non possit i[n]sacculari nullus
dictorum sacculorum ad aliquod offitium aliquis ex dictis
xx bonis hominibus i[n]sacculatoribus non pater filius
aut frater carnalis existens cum eo ad
unum panem et unum vinum ipsorum vel
alicuius eorum nec aliquis eorum consanguineus
vel affinis qui staret in eadem familia ad
unum panem et unum vinum cum aliquo dictorum
i[n]sacculatorum. Et hoc idem intelligitur
in eorum notario. Et adhuc ut publice comod[a]
et utilitates in suo gradu sentiat et
percipiat de offitiis et regiminibus supradictis.
Item quod nullus possit i[n]sacculari ad offitium
prioratus nisi adeo vacaverit offitio dicto
quo sacculus habebit principium per tempus decla
ratum per dictos priores et camerarios
dummodo quod in uno et eodem sacculo seu
ipsi sacculi durante tempore non possit quis
i[n]sacculari seu alio assumi tempore et
ad ipsum prioratus offitium nisi semel et una
vice tantum. Et quod notarius dominorum priorum
qui erit in uno sacculo non possit esse
in sequenti primo sacculo ad idem offitium.
Et adhuc ut offitium prioratus in publi
cationem ipsius communis sit securum post
cedule prioratuum fiunt ordinate qualibet
cedula in pallocta cerea involuatur et
ad fortunam postea publicetur et extrahatur.
Et ubi invenerint aliquam artem grosse
non habere ad minus quatuor artifices pro
qualibet porta aretos ad offitium prioratus
quod tunc in isto casu non teneantur dicti in
sacculatores in dicta porta dare priores
per ipsa arte. Sed in alias artes distribui
possint non obstante aliquo statuto.
Et quod in i[n]sacculatione prioratus offitialium
monete et aliorum signoriarum non
possit i[n]sacculari pater filius frater

carnalis insacculati in ipo eodem sacculo
ad illud idem offm nec aliquis consanguine
us vel affinis qui sciret steterit ad unum
panem et unum vinum. Hij autem qui
insacculabuntur pro conservatoribus monete
massarius com. pus. et offitialibus demum
vacasse debeant a beodem offitio die publi
catione seu electionis ipsorum ptres annos
continuos

Congregandis per dnos priores
[illegible] et com. auctoritate
[illegible]

LXXII

Nos dni Priores habent plenam licentiam
auctoritatem baliam et potestatem vigore
pntis statuti congregandi et aggregari faciendi
consilium com. et consilium pplī causa publi
candi dominos priores [illegible] et offitia
les civitatis et rectores terrarum submissarum
et submictendarum et alios offitiales com. pus.
et omnia et singula in ipis consiliis facienda
que in ipis consiliis fieri debent secundum formam
statutorum com. pus. Et quod factum fuerit
per ipm Consilium ppli in publicando dictos
offitiales et quod fieret in consilio quod solet
congregari in palatio potestatis ad electiones
fiendas per brevia (et etiam ad constitu
tiones Sindicorum pfactis et negotiis
dicti com. et alia supradicta valeat et teneat
ac si factum esset per totum pplm prout in ipsum quod
consilium maius etiam in quocumque numero
congregato possit fieri bannitum et congregari
et etiam campana pulsata pro congregando
sufficiat ad predicta sindici et procuratores
constitutiones ad quecumque negotia dicti com.
facienda et etiam ad contrahendum et
contractus omnes obligationes que et quos occur
rerit fieri a dicto com. pus. Consilia
vero camerariorum congregari possint
in eorum palatio prohibito voluntatis quotiens
et quando voluerint facta prius deliberatione
per dictos priores dictorum saltem sextarum in
concordia et scripta manu Cancellarii sive
notarii dictorum priorum [illegible] ad dictum consilium
camerariorum supponi fecerint vel cogitari
de omnibus que in dicto consilio proponi voluerint.

Et illud quod obtentum fuerit per dnos Camerarios
ad minus triginta pus et viginti in concordia vel si
fuerint plures numero xxx. pus. et fuit obtentum per duas
partes in concordia missum partito ad bussolas et fabas
in negotiis privatorum. In factis in agentibus directo
com. pus. descendendo ad levandum et aliter non possit
proponi in adunantia generali si possit et debeat scribi
Dic consilium congregari Camerariorum cum otto
Artificibus per quolibet camerario de arte grossa pro
qualibet arte et quatuor de arte minori in ipsis
consiliis semper adesse debeant. xxx. cam. ad minus
et viginti in concordia Et si plures fuerint esse debeant
due partes in concordia ut supra dictum est et illud
quod deliberatum erit in dicto consilio camerariorum et
artificum. Et si in hominem [illegible] talibus debitum
non habet proponi possit in sequenti die in adunantia
generali ita quod dicta die qua fuit coadunatum
dictum consilium et in eo aliquid deliberatum quod
debeat proponi in adunantia generali congregari non
possit dicta adunantia. Et aliter vel alio modo
generalis adunantia fieri non possit Et si dni
Priores aliter hac forma non servata fecerint
puniant priores per eorum sindicatores pro
qualibet pena ducentarum libr. den. pro quolibet
dictorum priorum non obstante aliqua absolutione
que postea fieret in adunantia generali predicta
propositione nisi de puncto capitulo expresse fiat mentio
specialis et quod nullus cancellarius vel notarius
priorum scribere possit propositas in ipis lege
inde adunantiis dicta forma non servata
pena predicta priores cancellario et notario scribentibus
contra dictam formam dummodo adunantia generalis
non possit nec debeat de mane congregari nec
in ea aliquid deliberari sub dicta pena et nichilo
minus quod deliberatum fuerit dicta hora noctis tempore
non valeat ipso iure et quod in qualibet generali
adunantia in qua petitur descendendo ad levandum
et obtineri debeat per duas partes totius adunantie
dummodo dicte due partes sedeant ad dictum petitum
et si aliter fiet non valeat ipso iure. Quas quidem
tiones consiliorum et adunantiarum observato modo
predicto facere possint ad eorum debitum et voluntatem
et proponendi in ipis consiliis camerariorum et
Artificum in adunantia predicta et quolibet eorum
et quidquid eis videbitur utile necessarium vel
conveniens pro dictis priores prout voluntate
Et omne id et totum quod ipsos vel aliquem eorum

Possint dni
priores ro[illegible]
in quibus
sit ad
ipsorum [illegible]
[illegible]
proponere
quicumque
eis utile
videbitur
et necessarium

Congregationibus [illegible]
et co[illegible]
[illegible]

LXXIII

propositum et reformatum fuerit in dictis Consiliis Camerariorum et Artificum et Adunantia valeat et teneat et debeat perpetuo observari nec contra possit per potestatem vel Capitaneum vel alium offitialem communis perusii vel quamcumque personam modo aliquo vel ingenio sive causa sed auctoritate presentis capituli perpetuam obtineant firmitatem et executioni mandentur prout apparebit reformatum vel etiam ordinatum. Et quod in dictis consiliis vel aliquo eorum in isto semel proposito et perdito plus iterum non valeat sub dicta pena et si postea reiteretur quidquid obtinetur non valeat ipso iure et pro non facto habeatur. Et cancellarius et notarius priorum vel alter eorum qui essent in dicto consilio sub pena predicta teneantur perditum fore partitum eo casu quo perderet, dictum partitum in dicto consilio et locum non habeat in factis tangentibus principaliter comune perusii quo casu semel et plus partitum mitti possit et fieri debeat. Et de hiis expresse debeat sindicari per maiorem sindicatum communis perusii.

L. presens firme ... capitulo ... non possit ... contra formam presentis capituli

De pena malum consilium dantes seu exhibentes ... prioribus artium ...

LXXVII

T Detur materia et occasio Iudicibus et sapientibus Civitatis perusii ad consulendum super aliquo dubio per priores assumptis subtiliter examinandi et plene deliberandi ad inquisitionem veritatis et prioribus ipsis et ipsorum Consilio salubriter consulatur. Statuimus quod si priores artium Civitatis et burgorum perusii presentes vel futuri commiserint aliquod factum vel dubium alicui sapienti vel sapientibus Iuris Civitatis perusii. Et ipsi Sapientes ipsis prioribus artium fecerint vel darent aliquod consilium per fraudem vel malitiam ex quo consilium preiudicaret vel aliquod preiudicium generetur communi perusii vel specialibus personis vel alio modo quocumque quia de causa per executionem ipsius consilii quam priores artium fecerint aliquo tempore ipsi priores offenderent per aliquem offitialem communis perusii vel aliquam penam incurrerent quod ipse vel ipsi sapientes qui ipsum consilium tulerit vel tulerint tulisset vel tulissent teneantur et debeant et cogantur per quemlibet offitialem communis perusii reficere reddere et restituere integre cum effectu ipsis prioribus omne damnum et interesse et omnem

condemnationem quam incurrissent vel incurrerent seu incurrerint de dicta causa tamquam si ad predicta sponte se obligassent et intelligantur auctoritate presentis statuti se obligasse ex instrumento confessionato et quod eos predicti summarie et de facto sine processione et litis contestatione et sine strepitu et figura Iudicii et sine decimo mictendo. apud massarium communis perusii quemadmodum ex instrumento confessionis omni ordine iuris et solempnitate obmissa et substantialibus etiam Iudicii pretermissis Et quilibet filius familias iudex ad consulendum assumptus etiam minor viginti annis qui putaret se ad consulendum assumi intelligatur auctoritate presentis statuti maior xx. annis et tamquam pater familias nec ex aliqua causa possit aliquatenus se iuvare non obstantibus aliquibus statutis et ordinamentis vel reformationibus factis et faciendis que in iure loquerentur quibus omnibus et quolibet eorum quantum ad hoc derogari volumus. Et si de ipsis non esset specialiter facta expressio in hoc capitulo facta expressio Et si potestas vel Capitaneus vel aliquis offitialis communis perusii ad predicta fuerint negligentes vel remissi puniantur in eorum sindicatu in mille libris denariorum. Et quod predicta omnia habeant et observentur pro lege et statuto ipsi presentis. Et idem intelligatur in omnibus aliis offitialibus communis perusii quibus malum consilium daretur per aliquem de predictis.

Quod domini priores ... eligendo aliquem ... vel capitaneum ...

LXXVIII

Tatuimus et ordinamus quod domini Priores artium qui erunt pro tempore et tempore quorum tractabitur dominorum potestatis et Capitanei sive maioris sindici et Iudicis Iustitie pro tempore venturo non possit nec debeant vel presumant ipsi vel aliquis eorum modo aliquo sive causa tempore sui offitii nec post exitum offitii eorum ire vel accedere pro predictis dominis potestate Capitaneo vel Iudice Iustitie adprecandis eis electionem vel alicuius eorum vel ad ipsum eligendum nec etiam per eos vel per aliquem eorum mictatur

aliquis eorum vel alicuius eorum pater vel filius
vel frater carnalis gener vel socer vel consan
guineus usque in tertium gradum Et si partes
Artium offecerint puniantur pro maiorem sin
dicatum in dicta pena Et quicumque contra dictam
formam venerit in centum libr. den. puniatur
Et de predictis ex officio per maiores sindicatum
inquiratur et quilibet esse possit accusator
et habeat medietatem banni salvis semper
statutis et ordinamentis eorum quibus
per hoc capitulum non derogatur et idem intelligatur
in quocumque alio offitiali eligendo pro comuni
pisani.

pro dominos priores Artium nulla
...ta fiat in aliquo consilio nisi
...a fuerit deliberata et certa
... fuerit in eorum littera.

Lxxviii

Nulla propositio fiat vel fieri debeat in consilio
aliquo nisi prius fuerit forma
ex supradicta in capitulo sub littera de consiliis et
congregandis per dominos priores Artium et cetera.
Et potestas et capitaneus teneantur cum fuerint re
quisiti a prioribus illas propositiones sic deliberatas
proponere in eo consilio in quo priores dixerint
Et nullas alias a se ipsis proponere et debeant et
teneantur mittere partitum modo et ordine
contento in capitulo de offitio priorum prout dominis
prioribus placuerit contrafaciens vero ccc. den.
pena mulctetur com. pis. persolvenda Et ne
possit de vicario quem constituerit potestas vel capitaneus
in principio eorum regiminis facere fieri instrumentum publicum
vicariatus illius vel illorum quem constituerit vel
quos constituerint vicarium vel vicarios et dare
instrumentum publicum cancellario pisan. et predictum notarius
sive in illorum scribi facere in principio libri actorum
sub pena centum libr. den. et sive apparuerit
de vicariatu sive non Quicumque ex offitiali
bus capitanei vel potestatis proposuerit et reformaverit
vel interfuerit tamquam vicarius predictus habitus et
fingatur auctoritate presentis statuti. In offitio
tamen dictorum priorum in quolibet consilio et adu
nantia proponere absentibus potestate et capitaneo
et ipsis consiliis et statutis solempnitatibus predictis
et aliis statutis et ordinamentis com. pis.
Et possit opponi cuilibet reformationi facte
in aliquo consilio civitatis pis. quod non fuit
facta secundum formam dicti statuti in hoc volume
...tonis vel quod non interfuerint duo partes
vel quod certus numerus non interfuerit in tali reformatione

performam alicuius statuti vel ordinamenti
quo expresse certus numerus requireretur vel quod
debet partitum mitti cum bussolis et fabis
Et opponens tales exceptiones probare
debeat infra otto dies a die proposite exceptionis
computandos qui si non probaverit incidat in
penam .x. libr. den. quam de facto iudex coram
quo fuerit proposita debeat auferre sub eadem
pena si negligens fuit in qua penis sindi
catores debeant condempnare tempore sui sindicatus
ad petitionem cuiuscumque petentis de qua pena
ducentarum libr. den. dimidiam dari faciat ei
contra quem fuerit opposita si petierit ipsum condempnari
et si non petierit quilibet esse
valeat accusator et habeat dictam dimidiam
partem. Et idem intelligatur in quolibet proponente
alterius nomine nisi habeat spetiale mandatum quo
casu dominus teneatur et non proponens.
Tutores vero et curatores minorum si
proponent et non probaverint ipsi tutores
vel curatores incidant in dictam penam
et non pupilli vel adulti. Nullus
quoque admittatur ad productionem huius
modi exceptionis nisi tempore ipsius productionis
satisdederit idonee de dicta pena solvenda non
probata dicta exceptione ut supra dictum est.
Cum priores Artium in omnibus consiliis
debeant interesse vel saltem seniores exceptis
nisi cum fieret sententia et tunc sufficiat
presentia duorum et notarii priorum Artium
ipsas sententias absolutantis. Que
Sententie criminales tam per potestatem et
capitaneum quam etiam per omnes alios offitiales
com. pis. qui sententias facere deberent
in criminalibus causis fieri debeant in palatio
populi pisani et adbanchum magistratus in maiori
consilio.

De offitio notarii
dominorum priorum Artium
...

Lxxx

Statuimus ordinantes quod notarius
Priorum qui fuerit in futurum tene
atur scribere omnia instrumenta com. et populi pis.
et omnes sindicatus et procurationes. Et refor
mationes Priorum Artium et electionibus et
aliorum consiliorum et adunantiarum in quibus
priores proponerent et reformaverint Et etiam
de omnibus predictis possit rogari cancellarius
et abreviatores reformationum com. pis. prout placuerit
dominis prioribus Artium.

Qui notarii dominorum priorum qui ipsi priores
sibi mandaverint scribere debeant omnes provisiones
sas ac precepta et electiones offitialium quo
rumque necnon licentias concessas et concedendas
et dandas de voluntate dominorum priorum vel ad
minus sextam ex eis presentium consentientum
Et de predictis reformationibus omnibus fiat unus
liber magnus per dictum notarium cancellarium
vel per abreviatores eius subscriptione notarii
predicti vel cancellarii vel abreviatoris subscriptionem
scriptione in hiis et aliis plena adhibeatur
fides aliquo non obstante in quaternis
pecudinis qui semper remaneat in cancellaria
dicti comunis. Contractus vero et ultime sint
dicatur de quibus rogati erunt scribant
in libro supradicto denotato et in dictis libris
infra mensem a die depositi offitii et ultra
non possit prorogari scribere omnes scrip
turas quas fecerit publicas spectantes
ad dictum comune sine aliquo salario habendo sed ut
de omnibus possit haberi copia. Et si priores
negligentes fuerint vel remissi quod predicta
non mandent effectui pro eorum notarius
ut dictum est solvat quilibet eorum dicto comuni
quinquaginta libras denariorum. Teneantur
etiam dicti notarii priorum qui fuerint in
futurum omnes predictas scripturas per eum fiendas
scribere et publicare et in forma publica
redigere et ipsas scripturas omnes sic publi
catas finito eorum offitio infra decem dies
restituere et consignare in dicta cancellaria ipsis
prioribus novis successoribus Et sic de
prioratu in prioratum debeat semper observari
ad hoc ut de ipsis scripturis possit haberi copia
tam priori quam etiam specialibus personis cum copie
quae traherent postea de dictis scripturis et
aliis scripturis et libris existentibus in dicta
cancellaria adhibeatur fides proinde ac si
scripta esset manu dicti notarii dicta scrip
tura rogati si fuerint subscripte manu can
cellarii predicti vel notarii tunc dominorum
priorum de quibus tamen ipse notarius rogatus
esset non obstante quod non fuit in presentia
Judicis auctoris vel pars citata. Quicumque
autem qui fuit notarius priorum vel cancellarius
predicta non servaverint et adimpleverint ut dictum
est solvere teneatur et debeat dicto comuni pene

nomine Centum libras denariorum. Et nichilominus
cogantur dictas scripturas omnes ut dictum est
restituere. et sufficiat predicta restitutione
scripturarum faciende specialibus personis et
prestitutione scripturarum habita si de libro suo
copia fecerit speciali persone ut protraxerit personis
possit scripturam quae petitur exemplari. Et
de hiis et predictos priorum tenorem sindicatus
dicti comunis possit et debeat inquirere punire et
stricte et dictam penam a dictis non
observantibus ut dictum est de facto exigere priori.
Qui si negligentes fuerint de eorum salario
puniatur specialiter Centum libris denariorum dicto comuni
solvere teneantur Et de predictis quilibet valeat
et possit esse accusator et habeat medietatem
condempnationis et banni. Et predicti notarii qui
predicta non servaverint ipso iure non possint esse
in offitio predicto. Item quod nullus audeat
vel presumat proponere exceptionem vel allegare
coram aliquo offitiali in aliqua curia vel
alibi quod reformationes que [illegible] fierent
forma servata que data est in presenti volumine
ordinamenta provisiones precepta deliberationes
offitialium electiones vel alie scripture comunis
vel populi vel adunantiarum vel priorum pro
dictum comunitatis predicti vel scripture alie
scripture vel que scriberent per notarium
dominorum priorum Artium vel per cancellarium
vel per abreviatores vel alterum eorum vel
alterius eorum locumtenentem non valeat vel
non teneant vel quod non debeat observari
vel excipiendo pro quod in eis vel aliqua
earum non essent testes appositi. Et qui secus
proponeret exciperet vel allegaret non valeat
nec teneat talis exceptio vel allegatio seu
propositio. Et nichilominus talis proponens ex
cipiens vel allegans in Centum libris denariorum
pro quolibet et qualibet vice per potestatem vel
capitaneum debeat condempnari et per maiorem
sindicatum comunis predicti de predictis inquirat
et inquirere possit et debeat et eam valeat
esse valeat quilibet accusator. Et quod ipse
reformationes ordinamenta precepta deli
berationes et provisiones et offitialium
electiones et alie scripture predicte que fiant
solempnitate servata valeant et teneant et
observentur ac si in eis essent testes appositi.

condecentes non obstante aliqua lege civili
vel municipali et non obstante aliquo
generali vel speciali in contrarium loquente.
Et nullus notarius priorum durante suo
suorum offitio possit eligi ad aliquod officium
nec aliquod officium exercere nisi exercere in
cepit officium antequam fuit electus in notarium
dominorum Priorum nec recedere extra civitatem
pro aliqua ambaxiata in cum aliquibus
ambaxiatoribus comunis pro sub pena Centum
librarum et de hoc debeat sindicari eadem
pena eligentibus vel mictentibus imponatur.

R. xxxi

De electione cancellarii et
abreviatoris registrorum
... ipsorum electionum
et in fine ponatur quod priores
sunt ad eligendi cancellarium
abreviatorem et non alius.

Item statuimus quod electio cancellarii communis pisarum et abbreviatoris reformationum dicti communis spectet et pertineat et spectare et pertinere debeat tantum ad dominos priores et camerarios et non ad alium quoquomodo, et si secus fieret non teneat ipso iure, et nichilominus pena V librarum aliter attentanti, et potestati et aliis aliter acceptantibus quoquomodo;

De electione rectorum et camerariorum artium [illegible]

Lxxxij

Nomina offm Camerariorum et Rectorum
Artium est grave offm et ponderosum pcri
et pplo prissimo deliberate pnti caplo Statuim
et ordinam adhuc ut qd rectores Artium
tale eligant videlicet qd homines cuiuslibet
artis debeant ubi voluunt se congregare
pro Rectoribus eligendis otto diebus an
calendas Januarij ita qd rectores non durent
in offitio nisi tm sex mensibus et singulis
sex mensibus renovent et denovo eligant
et qui fuit rector in primis sex mensibus
in sequentibus sex mensibus rector esse non
possit et electio fiat ad brevia hoc modo
vz qd pro quolibet rectore fiant tria brevia
vt potuunt et qui primo hebuit hebuit bre
via et potunt esse concordes bene quidem
al duo in concordia possint rectore eligere
non obstante contradictione tertij dummodo
tertium eligere non valeant qui foret
in electione cum eis et si eligeretur
non valeat et qd singuli tres qui hebunt
rectores eligere stent per se divisim ab alijs
tribus et sibi adinvicem non loquantur
Et ne in electione dictorum rectorum possit
aliquis ignorantia excusari ordinavit
qd tpre electionis rectorum notarius cuiuslibet
artis teneat et debeat legere in dicta
adunantia nomina et pronomina rectorum
veterum et qui fuerunt precedentibus
primis sex mensibus et qui contra formam
predictam elegerint et notarius qui scripsit
et qui electionem acceptavit incidant
in penam xxv lle den parvorum pro quolibet eorum
quam penam debeat maior comunis
dicto suo forma et aliquo alio processu
auferre pro aquolibet eorum contrafaciente
et nihilominus talis electio non valeat
ipso iure. Salvo qd hoc locum non habeat
inter mercatores nec inter auditores
cambij qui possint non obstantibus pre
dentibus vel sequentibus verbis huius capli facere
et habere consules auditores et rectores
eorum secundum formam capitulorum suorum vel
ut deliberabitur inter eos. Et salvo qd
quelibet ars possit electionem suorum

Rectorum facere alio modo si de alio modo
deliberabitur in eorum Adunantia. Et ulla
ars preter mercantiam et cambium possit
eligere consules vel auditores et incipiat
offm dictorum rectorum in kalendis Januarij
et duret inde ad kalendas Julij proxime
sequentis et deinde incipiat offm aliorum
et duret usque ad kalendas mensis Januarij
sequentis Et intelligatur idem de consulibus
mercatorum auditorum cambij et camera
rijs aliarum artium qui non durent in
offitio nisi sex mensibus ut supra dictum est
de rectoribus et eorum offm incipiat quando
incipit offm dictorum rectorum artium. Et
supradicti consules mercatorum auditores
cambij et camerarij aliarum artium x
eligant xv diebus ante quam eorum offm initiet
hoc modo et forma vz qd quandocumque aliqua
ars voluerit facere et eligere camerarium sive artis
die precedenti bamniat publice hora tertiarum
vel in medietate inter tertias cum duobus tubis
per plateam et in tribus locis et pluribus in
locis consuetis in quibus consueverit bapnim
menta fieri per platheam et burgos comunis
pisi. Et in bamnimentis exprimi debeat
certus locus in quo dicta adunatia debeat
congregari de quorum bamnimentorum relatione
apparere debeant publica scriptura man
pub notarij talis artis et in dicto locho
dicta adunatia debeat congregari et fieri
et alter vel alio locho dicta adunantia con
gregari non possit et si congregata fuit
aliter vel alibi quidquid in ea fiet non valeat
ipso iure. Et sequenti die quandocumque inter
fuerint due partes totius artis possit et debeat
procedi ad electionem cam et fiat et celebretur
electio camerarij ad brevia vel ad scruptinium
vel alio modo qui deliberabitur in huiusmodi
adunantia. Et semper in electione que
fiet ad scruptinium esse debeat due partes artis
presentes dando quilibet vocem suam in ipsa adu
nantia non remanendo nec remictendo ipsam
camerarij electionem in Camerarium veterem
seu in sapientes et rectores si in paucioribus
numerum duarum partium totius artis. Et ille sit
camerarius qui in ipso scruptinio pro camerario
hebuit plures voces. In electione vero que
fiet ad brevia due partes electionariorum de
quorum numero ipsa ars voluit procedere

Quando eligi de
bent Camerarij

Non fit Camerarij
electio remicti in
minori numerum duarum
partium totius artis

esse debeant concordes in electione. Si aut
due partes artis non interesset adunantie tunc
expectet usque ad horam none et ad dicta hora
in antea possit et debeat celebrari electio
Camerarii et rectoris modo et forma predictis
per illos Artifices dicte Artis qui interfuerint
adunantie non obstante quod non interessent
due partes Artis predictis. Et quod electio cuiuslibet
Camerarii vadat et fiat de porta in portam
in qua porta essent decem Artifices vel
abinde supra ita quod illa porta que habuit
vel habebit camerarium una vice seu in
sex mensibus non possit nec debeat came
rarium habere donec quelibet alia porta que
habebit decem Artifices vel abinde supra
habebit Camerarium ita tamen quod si in aliqua
porta essent pauciores decem Artificibus
et due partes electionariorum vellent came
rarium eligere in illa et de illa porta possit
prout sicut de eorum processerit voluntate. Et qui
est vel erit Camerarius una vice non possit
esse Camerarius inde ad triginta menses
Salvo quod si in aliqua porta esset dimidia
omnium Artificum totius Artis quod talis porta
habere debeat camerarium duabus vicibus in xlii
mensibus et sic fiat et observetur quibuslibet
quadraginta duobus mensibus. Et quia
Ars lane importat seu ascendit vel continet fere
habet ultra dimidiam omnium Artificum totius dicte
Artis quod de septem Camerariis per quadraginta
duobus mensibus qui eliguntur dicta Ars
habere debeat duos Camerarios in dicta porta
et si aliter vel alio modo fiet electio illud
idem debeat observari. Hec autem que
dicta sunt superius de electionibus Camerariorum
non vendicent sibi locum in electionibus consulum
mercatorum nec auditorum Cambii in quibus
procedi possit et debeat ut eorum moris est
vel sicut de ipsarum Artium mercantie vel cambii
processerit voluntate. Et quod nullus consul
mercatorum Auditor cambii vel aliquis
Camerarius possit ad consilia alteri committere
vices suas et si commiserit non valeat nec
teneat nec tali vice Camerarius ad consilia possit
nec debeat recipi vel admicti. Et quod nullus
possit nec debeat eligi nec esse consul
mercatorum auditor Cambii nec Camerarius
nec rector alicuius Artis qui non sit oriundus
ipse vel pater eius de Civitate vel

Cam. qui fuit una vice habet vacationem xxx mensium.

comitatu pisarum. Nullus etiam possit esse consul
Auditor vel Camerarius qui libram non habuit
in Civitate vel comitatu pisarum per tempus saltem
triginta Annorum computato tempore quo eam habuit in
Civitate et tempore quo eam habuit in comitatu
pisarum et computato tempore suo et suorum Antecessorum
Ita tamen quod illi qui fuissent de comitatu et libram
habuissent ut dictum est ipsam libram in suo habitationis
veram habuisse et fecisse debeat in civitate et
inter cives pisanos saltem per spatium duodecim
Annorum ad minus antequam ad ipsum officium assumatur.
Et locum habeat in illis qui non fuerunt alias
Camerarii vel rectores. Qui vero alias
Camerarii fuerunt possint eligi hoc capitulo non obstante
Et nullus qui non habet libram saltem quolibet
Camerarius de triginta libris ad extimum et
eam in dicta civitate habuit per sex menses ante
electionem. Et qui non habet in civitate burgis
vel suburgis vel comitatu pisarum de possessionibus
stabilibus evidentibus valoris ii librarum denariorum
Et quilibet rector libre de xxv libris ad minus
Quam libram sibi facere et augere possint
offitiales Artis ante electionem came
rariatus et rectorie dum modo sibi non possit
prosit talis augumentatio nisi aucta fuit
per sex menses ante suam electionem ut dictum
est et nullus minor xx Annis possit
eligi vel assumi in Camerarium alicuius
Artis et si in predictis vel aliquo predictorum contra
fuit electio non valeat nec teneat set ipso
iure sit cassa et nullius valoris et alius
eligatur modo et forma predictis. Et eligens
et acceptans seu offitium exercens contra formam
predictam in quinquaginta libris denariorum pro quolibet
deficiente et qualibet vice debeat condempnari
per maiores Sindicum communis pisarum et quod omnis
electio cuiuscumque Camerarii vel Camerariorum
aliter vel alio modo facta seu facienda preter
futuro et que fiet in futurum sit cassa et
nullius efficacie et valoris. Hec omnia vendi
cent sibi locum quando electio fiet ad scruptinium
per Artifices Artium civitatis pisarum quando
vero fiet ad sachettum servetur forma ista
que continetur in fine presentis capituli. Et ipsi
Consules mercatorum Auditores Cambii
Camerarii et Rectores omnium Artium eligi

libra possit si eam habuit per sex menses ante ipsam Cam. electionem auctam

et dari debeant in scriptis autenticatis cum
appositione annorum domini et dici cancellaio
cois pius duobus diebus antequam eorum offm initiar
Et illa ars que duos suos rectores z offiti
ales non elegerit ad dem terminum et
ipos non dederit z repntauit dco cancel
lario vt dcm est condepnet z puniatur
in Centum llr den cor pusy soluedorum
et nichilominus electio non valeat ipo
iure s lato talium aly ofestim eligatur
Et dep dcis omnib et singlis maior sindic
inquiret teneat subpena Centum llr den
pquoliz ofaciente et odepnare vt oupri
dcm est nullo obstante caplo pcedenti
vl sequente et nichilominus quilz pp
possit z valeat esse accusator. Et
vt breuia obtinentes eligendi vt supra
in hoc caplo otinet possint electiones
iporum face nec hant materiam pteladi
Ordinamus q si ars dequa fuint opti
nentes breuia pelectione rectorum oggrabit
se ante tertias possint tm tuc breuia
cos eligendi optinentes eligere in nona.
Et si post tertiam se oggrabit possint
tm breuia obtinentes elige ibre tpus
eligendi ipos rectores vsq ad primum sonum
Campane cois que pulsat de sero pro peris
duplicandis et non postea ullo modo Et
si aliter vel ultra pdcm fieret electio ipo iu
re sit nulla Et qd dcm est de rectoribus idem
intelligatur de consulibus mercatorum audito
ribus cambij z de Camerarijs aliarum artium
Ciuitatis pdce seruatis semp seruandis.
Volumus insup ordinantes q omes oriundi
de Ciuitate vel burgis vel comitatu pisti
possint et valeant esse rectores q artifi
tia otinue operent vel in matricula
alicuius artis sint scpti et q dr de oriundis
in comitatu locum hat si habitr in ciui
tate et burgis pius z libra hant in
ciuitate pius z non alr. Volumus
insup q dcm est supra q offm consulum
mercatorum auditorum Cambij Cam aulibz
artis z rectorum Artium duret tm sex
mens. Ita offm Priorum iudicum z notorum
Sindica z notarij oSortij iudichum et
notariorum et rectorum iudicum z nott

duret tm sex mens et pro quibuslibet sex mes
eligant scdm forma ordinamenta facta et
faciendam p ipos iudices et notarios.
Volumus insup q cancellarius cois pius
aut alius notarius dcis adhoc deputatus
non debeat dare copiam nomium rectorum
seu rectores dare istis alicuj et si can
cellarius vl notarius ofecerit teneat solue
more pene xxv. libr den. pro ice quals
quotiens ofecerit. De illis uni qui
vl quorum patres fuint nati in Ciuitate
burgis subburgis vl comitatu pisti
Volumus q nullus possit esse camerarius
alicuius artis nisi ipe hat ipe vl pater
vl alius ascendens plineam masculinam
in Ciuitate vl comitatu pius terram domum
vl alia bona stabilia valentia adminus
ducentas llr den que cu titulo possi
deat sine fraude et qui ofecerit accep
tando vl operando dca officia vl aliqd
iporum odepnet pindicorum Sindicum
in quinquaginta llr d. Et nichilominus
talis camerarius p camerario nullitatem
hat et quilibz possit esse accusator et
hat medietatem banni. Et rectores eligat
tot quot otinent in pnti volumine statuti
vt inferius otinet. Et nulla ars possit
plures rectores face vl hre nisi sicut
inferius otinet. Et quecumque ars ofecerit
eligendo plures rectores odepnet z puniat
p maiorem Sindicum in Centum llr den.
Et camerarius consul vl auditor qui
tuc tpris esset in offitio camerariatus
consulatus z auditorie puniant in xxv.
libr den. Preterea volumus supradco
caplo adiungentes q maior Sindicus
et Iudex iustitie cois pius statim facta
electione pdcorum consulum mercatorum
Auditorum Cambij Camerariorum z rectorum
Artium oium ciuitatis burgorum z sbburgorum
pius teneat inquirere ... z facere
ot omes et singlos electos et si aliquem
inuenit electum ot pdcas formas vl aliqua
earum vl ot formam dcorum caplorum si accep
tauit vl operatus fuit offm puniatur

in quinquaginta libr. den. et electio ipso iure sit nulla et alius debeat eligi in locho sui. Salvis et reservatis sacculis Consulum mercchatorum auditorum Cambii et aliorum camerariorum Artium Civitatis pisane deinceps fiendis infra nostro statuto et reformationes atque salve remaneant. Qui sacculi qui in futurum fient fieri debeant secundum formam presentis statuti et in ipsorum factione observetur et observari debeant omnia et singula que super continentur in capitulo qui incipit Et quod electio cuiuslibet Camerarii vadat et fiat de porta in portam et in aliis capitulis sequentibus. Qui si facti fuerint forma predicta non servata in confectione dictorum sacculorum electio que fiet non valeat ipso iure et qui contra aliquem electum opposuit quod non fuerit in sua electione servata forma presentis statuti et non probavit puniatur per maiorem sindichum in L. libr. den. Item addimus quod nullus per maiorem sachettum vel aliam possit eligi vel adsumi vel esse Camerarius Artis grosse infra tempus XL. mensium Artis vero parve infra tempus triginta mensium finitorum a tempore finiti officii camerariatus ad quod alias electus fuit vel fuerit et fuit. Et qui de uno sachetto camerarius fuit tractus de eodem trahi vel eligi possit non possit. Et quod qui fuit Camerarius in uno saculo non possit poni nec insaculari in alio sacculo sequenti nec aliquis qui fuit ad insacculandum et faciendos sacculos camerariorum possit modo aliquo se ipsum insaccullare nec filius patrem nec pater filium vel aliquem stantem ad unum panem et unum vinum ipsius insaculatoris et electionarii et si secus insacularet non teneat eius electio nec officium valeat operari. Ipso tamen eligente quod electio quinquaginta libr. cuius pene quarta pars sit accusatoris alia quarta pars sit accusatoris officialis executoris et residuum veniat in comune. Et privatus ipso iure intelligatur et sit de officio Camerariatus per tempus decem annorum a die acceptationis computandorum. Et quod per maiorem Sindichum vel alium officialem

comunis pisani confirmari non possit nec debeat sub pena V.e libr. den. de eorum salario et cuiuslibet eorum que debeat auferri ab illo qui contrafecerit per eorum sindicatores tempore sindicatus. Et quod nullus camerarius vel alius artifex cui vel quibus committetur refectio novi sacculi camerariorum alicuius artis possit modo sacculo poni vel mitti pro camerario et si contrafactum fuerit ipsa insacculatio et electio non valeat ipso iure et nichilominus privetur offitio camerariatus per decem annos et privatus intelligatur auctoritate presentis statuti. Et dicti insacculatores de predictis debeant sindicari tempore cuiuslibet maioris sindicatus et si reperti fuerint culpabiles condepnari in pena superius declarata debeant per maiorem sindicum.

Volumus et statuimus quod consules mercchatorum Auditores cambii et alii Camerarii aliarum artium Civitatis pisane et quilibet ipsorum habeant cognitionem et iurisdictionem cognoscendi videndi et terminandi lites causas questiones et controversias vertentes et que verterent inter artifices sue artis de omnibus et singulis litibus et questionibus que inter eos verterent tam occasione artis et si appareret instrumentum quam alia quacumque de causa de qua non appareret instrumentum. Item habeant cognitionem et iurisdictionem videndi cognoscendi et terminandi lites causas questiones et controversias vertentes et que verterent inter artifices et non artificem de et pro factis sue artis et ad ipsam artem et eius exercitium ministerium et sui negotiationem ~~[illegible]~~ spectantibus et pertinentibus ad dictam artem ut de pertinentibus ab eadem. Et etiam habeant cognitionem causarum vertentium inter non artificem agentem et artificem exequaturum de causa. Dummodo causa non pertineat ad exercitium et ministerium alicuius alterius artis. Quo non casu pro tali causa debeat non artifex adhire Camerarium illius artis ad cuius artis exercitium dicta causa dicitur pertinere. Nec etiam sit de causis inferius reservatis et exceptuatis de quibus dicti Camerarii cognitionem non habent.

LXXXVI

Cam(erarius) qui in uno fuit sacculo non potest insaculari in sequenti.

Item cognitiones habeant et iurisdictionem videndi co
gnoscendi et terminandi lites causas questiones
et controversias vertentes et que verterent inter quascumque
personas de et pro suis artis et adexercitium ministe
rium seu negotiationes sue artis [addo vel dependentibus ab eadem.]
[cat] spectantibus et pertinentibus. Item habeant
iurisdictionem et cognitionem videndi cognoscendi
et terminandi omnes lites causas et controversias que
coram aliquo ipsorum moverentur per aliquem artificem
sue artis causa et occasione alicuius solutionis pretii
facte [va] [cat addo vel] alicui promissionis et etiam iurisdictionem
et cognitionem habeant videndi et terminandi lites causas
et questiones que coram aliquo ipsorum moverentur
per aliquem artificem sue artis causa et occasione
cuiuscumque mutui facti ex quacumque causa artificio
et ministerio seu exercitio talis solutionis [addo promissio] vel mutuum
proveneret. Item habeant iurisdictionem et cogni
tionem in causa reconventionis etiam de non pertinen
tibus et spectantibus ad artem camerarii coram quo
talis reconventio peteretur. Salvo et reservato quod
cognitionem et iurisdictionem non habeant in vigore
presentis capituli intelligatur habere in aliquo casu ex predictis
conventionis et reconventionis inde et super
successionibus ultimis voluntatibus et dotibus nec super
rebus stabilibus [addo nisi de stabilibus esset obligatum ordine artis nec super] instrumentis confectis de et pro rebus
ad artem non spectantibus. Ita tamen quod omnis artifex
teneatur et debeat adhibere pretiositas sue artis et
factis [addo vel dependentibus ab eadem.] camerarium sue artis non alium camerarium
possit adhibere super causis predictis quoquo modo
et secus factum non teneat ipso iure et processus
et sententie que inde sequerentur auctoritate presen
tis sint nullius roboris vel momenti. [addo — Item habeant cognitionem et iurisdictionem inter creditores et debitores seu debitorem ex hereditate et ex testamento eius ex quibus ipse summam debitor dummodo sint debitores contra eos qui conveniri possent tam in causa conventionis quam reconventionis. Et predicta omnia et singula tam in presentibus conventionibus et etiam non conventionibus sive non intellectum habeant et locum habeant in heredibus ipsorum tam qui ex parte heredum conveniens vel non conveniens heredes sive suarum obligationis defuncti ullatenus innuere sive et heredes agant sive conveniant et sive reconveniant sive vocant.] Item
iurisdictio consulum mercatorum auditorum
Cambii et aliorum camerariorum possit ex quacumque causa
et per quascumque personas prorogari. Et ne in istis
prorogationibus aliqua pretium decreto arrangiatur
volumus et ordinamus quod quotienscumque aliquis
conventus coram consulibus mercatorum auditoribus
Cambii vel coram aliquo alio camerario qui secundum
formam presentis ordinamenti de tali causa cognitionem
non habet nisi eius iurisdictio prorogetur tacite vel
expresse quod talis prorogatio tunc demum intelligatur
et sit inducta. Si consules mercatorum audi
tores Cambii vel alius camerarius coram quo vel
quibus facta est dicta conventio certificaverint conventum
se non fore iudicem competentem cognoscendi
de causa predicta et ipse conventus expresse consentiat quod
hoc non obstante consentit quod ipse procedat et
de tali causa cognoscat. Que interrogatio et
responsio debeat seu forma predicta per notarium curie

[vacat] in actis redigi. Qua forma non servata omnis
processus habitus coram consulibus mercatorum et
auditoribus Cambii vel alio camerario et sententia
inde secuta sit nullius roboris vel momenti. [vacat]
Item volumus et ordinamus quod licentie consulum
mercatorum et auditorum Cambii et aliorum camerariorum
debeant renovari per successores consulum
auditorum Cambii et aliorum camerariorum visis dum
taxat dictis licentiis absque aliquo processu
ipsarum licentiarum instrumenta manu propria
iuramentum creditoris fuit declaratum
sibi non fore satisfactum. Citato tamen ad dictam
renovationem debitore qui ad nullam
exceptionem admittatur nisi ad exceptionem
solutionis vel termini prorogationis [addo vel pacti de non petendo] quas
exceptiones debeat probasse per publicum instrumentum [addo vel per scripturam manu creditoris scriptam.]
infra duos dies proxime sequentes a die
oppositionis [addo vel infra terminum per ipsos assignandum]. Quarum licentiarum executio
fieri non possit per aliquem officialem
communis Pisani nisi dicte licentie modo predicto
fuerint renovate. Statuimus insuper
quod quotienscumque per non artificem fuerit mota
lis vel questio coram aliquo camerario contra
aliquem suum artificem et peteret pars dicti
artificis quod dictus non artifex satisdet de
reconventionis de iudicio sisti et iudicatum
solvendo quod dictus non artifex non audiatur
nisi primo satisdederit in causa reconventionis
de iudicio sisti et iudicato solvendo. Et per istam
satisdationem predictus dictus artifex teneat et
debeat infra certos dies dare libellum et petitionem
in causa reconventionis et super eo procedere. Quod si
non dederit et non proposuerit extunc dictus fide
iussor sit liberatus et absolutus. [addo que in mercatorum heredibus sit locum habeant.] Et in omnibus
casibus supradictis dicti consules auditores et alii
camerarii possint et debeant cognoscere
summarie et de plano sine strepitu et figura
iudicii et iudiciorum solempnitatibus et talibus
non servatis. Et sententias possint diffinitivas
vel interlocutorias de iure vel secundum equitatem
et bonam consuetudinem bonorum virorum dictarum
et cuiuslibet ipsarum. Et quod a sententiis, pronun
tiationibus, preceptis et licentiis seu aliquibus
actis dictorum consulum mercatorum auditorum
Cambii et aliorum camerariorum aliarum artium
civitatis Pisane infrascriptum secundis in eis
et casibus supradictis. Et etiam super hiis de quibus
eorum iurisdictio prorogetur [va] ~~[struck through]~~
~~[struck through]~~ [cat] non possit nec debeat appellari.

[vacat]

nec de nullitate cognosci aliquo quesito colore. Set omnibus officialibus comunis perusii meis ... appellationis et nullitatis sit et esse intelligatur omnis iurisdictio cognoscendi sublata. Et quod nullus potestas iudex iustitie vel alius officialis comunis perusii possit vel debeat aliquem audire vel admictere super tali petitione vel nullitatis oppositione vel exceptione supradicta sub pena quingentarum librarum denariorum pro vice qualibet. Quin potius nullo et in nihilo alio obstante sine promulgationes licentie et precepta in predictis et quolibet predictorum exequantur et executioni mandentur per executores et executioni debet iuxta formam conpromissionis. Et licentie concesse et que concederentur et fieri conceduntur per dominos consules auditores et alios camerarios et quoscumque ipsorum pro executionibus dictarum sententiarum et preceptorum predictorum exequi debeant per dominos potestatem et alios quoscumque officiales civitatis perusii et officiales predicti teneantur et debeant dare et mictere eorum familias pro dictis executionibus faciendis et capi facere debitores et alios contra quos talis licentia esset concessa et alias executiones faciendas reales et personales visa solummodo concessione ipsius licentie omnibus et singulis diebus et horis in quibus diebus permissum est seu non esset prohibitum ipsis consulibus auditoribus et aliis camerariis curiam retinere et ius reddere per formam statutorum et ordinamentorum dicti comunis dictis aliquibus aliis feriis non obstantibus indictis vel indicendis etiam ad honorem dei et sanctorum. Ita quod officiales sint meri executores et exactores. Ita quod per eos et eorum familias fiat et fieri possit et debeat sine mora executio licentiarum predictarum. Et quilibet officialis qui dare familias dare et executiones predictas facere recusaret vel differret incurrat in penam quingentarum librarum denariorum pro vice qualibet. In quam penam per sindicatores debeat condempnari et sibi de suo salario retineri. Salvo semper et reservato in predictis sententiis et preceptis et contra ipsas sententias et precepta a nullitate gravamine recursu ~~[illegible]~~ [ho ba] ... tamen quod dictus recursus petatur et interponatur infra decem dies a die late sententie vel facti precepti seu illati gravaminis et per ea super tali recursu expediatur infra quindecim dies a die interpositi recursus predicti. Alias

intelligatur et sit sublata et perempta et extunc fiat et fieri possit executio dicte sententie et precepti ac si dictus recursus petitus fuisset non fuisset. Decernentes et statuentes quod occasione talis recursus vel petitionis vel reclamationis gabella seu decima aliquod solvi non possit nec debeat aliqua ratione vel ab eisdem reclamantibus peti vel exigi possit. Et quod [addo officiales] ~~[illegible]~~ ad quos talis recursus habent [addo cognitionem] teneantur et debeant tamen super dicto recursu videre et cognoscere sumarie et de veritate informare omnibus viis et modis quibus eis [addo seu alteri eorum] videbitur diebus nullis feriis obstantibus etiam ad honorem dei indictis vel indicendis et sanctorum fore iuxta quedam dies predictos sub pena quingentarum librarum denariorum pro vice qualibet in quam penam per sindicatores eorum debeant condempnari. Et quod super causis dicti recursus peti vel fieri non valeat compromissum. Nec a pronuntiatione super eis facienda per eos [vel] ~~[illegible]~~ [addo officiales consules et auditores] possit ulterius reclamari nec appellari vel de nullitate dici modo aliquo seu forma. [addo si et in quantum dicta sententia seu pronuntiatio ...] Et predicta omnia predicta in hoc capitulo inserta sint et esse intelligantur artifices illi qui sunt scripti in matricula alicuius alicuius artis et illi qui facerent seu faciant et operarent manualiter et vere et per se eam artem et de magisterio licet in matricula dicte artis non essent. Ita tamen quod in dictis in matricula non descriptis intelligatur de hiis tamen que spectant ad ipsam artem. Volumus insuper statuentes quod nullus ex predictis dominis consulibus auditoribus et aliis camerariis supradictis possit nec debeat directe vel indirecte tempore sui officii camerariatus eorum se vel vice camerarie vel eius collegio aliquam suam litem causam questionem prosequi incipere vel movere. Nisi esset de expresso consensu adversarii et partium consulis auditoris vel camerarii. Et si secus fieret vel ageretur quod actum erit et iudicium inde sequeretur non valeat nec teneat ullo modo. Item volumus et ordinamus quod in curia dictorum consulum auditorum cambii et aliorum camerariorum sint et esse debeant in istis diebus festivitatibus et solempnitatibus feriis videlicet: in diebus paraschevem domini nostri Ihesu Christi. In omnibus diebus paschalibus in diebus nativitatis et ascensionis eiusdem in die festivitatis corporis Christi. In diebus Iovis veneris et sabbati sepmane sancte obrevierentium dominice passionis. Et in omnibus festivitatibus

[Right margin note:] si et in quantum dicta sententia seu pronuntiatio ... sine lata per ... consules vel auditores ... [illegible] ... Et in quantum ... super dicto recursu ... auditores ... dicta gabelle ... teneantur et debeant ... ad ipso recursu ... pena ... In qua pena ... Et per se ... appellare vel de nullitate dici modo aliquo seu forma

[Left margin note:] Ad dominum ... recursus ... non ... et si ... civitatis perusii ... ad ... pertineat ... officiales ... qui recursus ... perusii ... retinere

[B]eate virginis Marie gloriose et beatorum apostolorum batiste et evangelistarum et singulis diebus dominicalibus. Ac etiam in festivitatibus gloriosorum martirum Laurentii Herculani et Constantii patronorum et defensorum ac protectorum comunis et populi perusini et in die festivitatis beate Marie Magdalene que celebratur die xxij mensis Julii et in diebus quibus fieret adunatia generalis populi perusini. Et in diebus et festivitatibus beati Anthonii sancte Crucis sancti Angeli sancte Caterine sancte Lucie sancti Nicolai sancti Francisci sancti Dominici et sancti Augustini et in diebus quibus fient solempnia luminaria per artifices dicte artis in quibus festivitatibus et diebus fieri non possit aliquis actus ordinarius preceptum vel licentia nisi in confessionibus que fierent spontanea voluntate. Nec etiam fieri possit in diebus et festivitatibus supradictis exactio realis vel personalis pro aliquo debito nisi ex licentiis que concederent suspicione iurata secundum formam ordinamentorum dictarum artium. In omnibus vero aliis diebus et singulis horis possint domini consules auditores et alii camerarii iustitiam ministrare et petentibus iura reddere. Et fiant et fieri possint exactiones et executiones per dictos consules auditores et alios camerarios et ad mandatum ipsorum realiter et personaliter [et] ex quibuscumque licentiis dominorum consulum auditorum et aliorum camerariorum secundum formam omnibus supradictis in presenti capitulo expressis. Non obstantibus quibuscumque aliis feriis etiam ad honorem dei indictis vel indicendis. Quibus per hoc capitulum sit et esse intelligatur specialiter derogatum. Possint quoque predicti consules auditores et alii camerarii singulis diebus et horis dictis feriis et diebus feriatis non obstantibus fieri facere sequestrationes in casibus et causis pertinentibus consulibus mercatorum et auditoribus cambii et aliis camerariis videre cognoscere. Volumus insuper quod nullus ex dominis consulibus auditoribus et aliis camerariis artium civitatis perusii eorum offitio durante possit vel debeat capi nec personaliter detineri per aliquos offitiales civitatis predicte pro aliquo debito publico vel privato in die qua fuerit bapnita et pulsata campana ad consilium congregandum. Et postquam campana pulsari cepta fuit pena cuilibet offitiali contrafacienti C. librarum denariorum ei de facto auferenda tempore sui sindicatus.

Addo. Et non obstantibus aliquibus ordinamentis artium aut generaliter sive specialiter disponentibus in preiudicium aliquorum predictorum.

Addo. Quod nullus consul et camerarius fieri possit et nullo tempore ad penam vel per predictos ipsorum vel alios offitiales comunis perusii [illegible] [illegible] nisi [illegible] suspicione [illegible] ... [illegible] fieri possit nullo tempore ... ad penam seu predictos ... et alii corporaliter [illegible] et aliis ... non [illegible] ipso iure.

Cum in parte artium et camerariorum civitatis perusii fuit cunctorum constituta expositum quod cum diversa et varia et multa

[in left margin, added in a later hand:] [illegible]

Statuta sint in matriculis artium civitatis perusii que actenus et respectare noscuntur conservationem et manutentionem et augumentum ipsarum artium sepissime quod fuit et sit indubium revocatum de valore et subsistentia ipsorum statutorum ex defectu auctoritatis ipsorum statuentium ex quo litigia inter cives oriuntur. Idcirco duximus statuendum quod auctoritate presentis legis et statuti confirmamus et approbamus omnia statuta facta vel fienda per dictas artes et in matriculis ipsarum artium et cuilibet earum scripta vel scribenda volentes et expresse mandantes dicta statuta sint et esse intelligantur valida et proeris et validis statutis ab omnibus et pro ad omnia debeant inviolabiliter observari. Dummodo talia statuta directe vel indirecte principaliter vel per quandam consequentiam non fiunt nec disponant contra statuta comunis perusii vel aliquid predictorum nec etiam contra publicam utilitatem directe vel indirecte nec etiam disponant contra vel preter diminuendo augendo iurisdictiones cognitiones dictarum [artium] et divisas in supra scripto capitulo. Cassantes irritantes et anullantes omnia statuta dictarum artium contra predicta vel aliquid predictorum quomodolibet disponentia.

Quod statuta artium invalida sint nisi servanda si sint contra statuta comunis perusii et publicam utilitatem

Quoniam rationi est consonum ut publica utilitas semper vincat anteponenda privatae ut securius et celerius camerarii congregentur vice qua pulsatum fuit ad consilium per eosdem hoc capitulo duximus statuendum quod tenendo congregando consilio camerariorum artium civitatis perusii in palatio dominorum priorum artium dicte civitatis seu in palatio domini capitani populi perusini pulsari ad consilium ipsorum camerariorum de mandato dominorum priorum seu capitanei predicti bapnito consilio ut moris est. Et post sonum campane primo pulsati consilio congregando nullus camerarius artium dicte civitatis possit

Quod nullus ex camerariis artium capi possit pro aliquo debito post pulsationem campane pro consilio congregando [illegible]

Lxxv

xxiiij

vel debet quoquo iure modo vel causa vestigi
capi vel detineri personaliter pro aliquo debito privato
seu occasione vel causa talis debiti aut depedentium
ab eodem preterquam illam diem in qua pulsatum
fuit pro tali consilio congregando vel post sonum
campane que pro huiusmodi consilio pulsaret.
Et quod nulli offitiali dicti comunis vel alteri cuicumque
persone sit licitum vel permissum ad alicuius seu
aliquorum instantiam seu exceptione post sonum
primum dicte campane pro tali consilio congregando
personaliter arestare capere seu detinere aut capi
vel detineri facere aliquem ex dictis camerariis
pro aliquo privato debito vel facto seu cuius occa-
sione vel causa aut descendentium quolibet ab
eisdem vel altero eorum quocumque aut qualicumque
directe vel indirecte vel quovis colore
quesito sub pena et ad penam .XXV. librarum denariorum de
suo salario retinendam eo tempore sindicatus.
Et nichilominus talis arestatio captio seu
detentio non teneat ipso iure. Non obstantibus
quibuscumque processibus sententiis seu licentiis fac-
tis seu faciendis vel dandis et aliquem
cuiuscumque quoquo iure modo causa seu forma
vel aliis obstaculis quibuscumque.

Que artes non conveniant
inter artes Tercie

LXXXVI

Statuimus et ordinamus providentes et
eminentes opificos renaioli calzaioli coltellinai
barbitonsores stacciai et alie artes que rectores non
consueverunt facere et habere non habent nec facere
possint nec rectores habere in partibus habent nec
intra universitatem artium conveniunt. Et si in
contrarium fuerit contravenire solvat cum pena pene
nomine imminet quinque librarum denariorum

Quod ulla ars possit facere
priores et quot artifices
habeat quelibet ars Tercie

LXXXVII

Ulla ars vel persona de universitate artium
preter solum priores vel qui priores vocentur possit
facere nec in suis ordinamentis habere vel vocare.
Et si fecerit aliqua ars non habens potestatem et
solvat collegium dicte artis alteris artibus quinquaginta
libras denariorum ipsis artibus et priores artium ipsas per
cogant predictis nominatis et talis nocitus prie-

nullatenus habeatur. Et ut sciatur quot
artes in universitate artium conveniunt et quales
offitiales quelibet ars habere possit et quot
rectores earum artium et quot artifices ad
minus inferius nominata sint scripta et nomina
offitii et numerus rectorum et artificum inferius
declarantur ut omnibus elucescat. In primis.

Ars mercantie pannorum lane lini et mercantiarum
habere debeant consules quattuor. Convenient
consules mercatorum et sexaginta
rectores dividendos per portas qui eligi possit
secundum formam ordinamentorum dicte artis.

Ars campsorum duos auditores et quadra-
ginta rectores dividendos secundum
formam ordinamentorum eorum.

Ars calzolariorum unum camerarium et
sexaginta rectores dividendos secundum
formam ordinamentorum eorum.

Ars pannorum lane unum camerarium et qua-
draginta rectores.

Ars sartorum unum camerarium et quinquaginta
rectores.

Ars magistrorum lapidum et lignaminum
unum camerarium et quadraginta rectores.

Ars fabrorum et caldaiolorum unum came-
rarium et triginta rectores.

Ars tinacellatorum unum camerarium et
quadraginta rectores.

Ars tabernariorum albergatorum et pizzicaiolorum
unum camerarium et triginta rectores.

Ars spetiarie unum camerarium et viginti
rectores et omnes rectores dividant secundum
formam ordinamentorum dicte artis.

Ars pannorum veterum unum camerarium et
triginta rectores.

Ars pistorum unum camerarium et decem
rectores.

Ars pergamenariorum unum camerarium
et quindecim rectores.

Ars bicchierariorum et scutellarum unum came-
rarium et quinque rectores.

Ars vasariorum et laborum unum camera-
rium et sex rectores.

Ars illorum qui faciunt capellos secundum galleam
unum camerarium et quinque rectores.

Ars textorum textorum et battilane unum came-
rarium et viginti rectores.

Ars materazorum unum camerarium et decem
rectores.

— . Ars [illegible]ciariorum. —

Ars ferrariorum de tasellis unum Camerarium et decem Rectores.
Ars pectinariorum unum Camerarium et settem rectores.
Ars Cerdonum veterum unum Camerarium et decem rectores.
Ars Coctariorum unum Camerarium et decem rectores
Ars pizzicariorum salis et lardi unum Camerarium et duodecim rectores.
Ars piccicharellorum unum Camerarium et otto rectores
Ars illorum qui faciunt Infulas unum Camerarium et quinque rectores.
Ars spadariorum unum Camerarium et decem Rectores.
Ars ferrariorum unum Camerarium et otto rectores.
Ars Cartolariorum unum Camerarium et decem rectores.
Ars pictorum unum Camerarium et quinque Rectores
Ars Barilium unum Camerarium et quinque Rectores.
Ars petruolorum unum Camerarium et settem rectores
Ars funariorum et bastariorum unum Camerarium et decem rectores.
Ars tegulariorum et illorum qui faciunt mattones unum Camerarium et duodecim rectores
Ars bottariorum unum Camerarium et duodecim Rectores
Ars corbutiorum et canestrariorum unum camerarium et quinque rectores
Ars pilliciariorum possit facere unum Camerarium et sex rectores
Ars sellariorum tabulariorum et corrigiariorum unum Camerarium et decem rectores
Ars fornariorum unum Camerarium et settem rectores.
Ars barbitonsorum unum Camerarium et sex rectores
Ars coltrariorum et tinctorum unum Camerarium et decem rectores
Ars aurificum unum Camerarium et quinque rectores et stent sub protectione et correptione artis campsorum.
Ars tonsorum et concitorum unum camerarium et decem rectores
Ars armatorum habeat unum Camerarium et quinque Rectores
Ars bambachiriorum habeat unum Camerarium et quinque rectores qui omnes rectores eligantur secundum formam ordinamentorum ipsorum. Item statuerunt et ordinaverunt quod quelibet ars grossa Civitatis Perusii habeat et habere debeat ad minus sexaginta artifices Cives scriptos in matricula Civitatis Perusii Et quelibet ars de minoribus

Artibus dicte civitatis habeat et habere debeat ad minus viginti quinque artifices et Cives perusinos scriptos in matricula civitatis Perusii. Et quod quelibet ars de artibus grossis habeat et habere debeat ad minus triginta artifices videlicet sex pro qualibet porta vel ad minus viginti videlicet quatuor pro qualibet porta Qui possint esse priores et Camerarii pro dicta arte secundum formam ordinamentorum de hac materia loquentium et sint omni exceptione maiores Et quelibet ars minor decem artifices qui possint esse priores et Camerarii. Et si contigerit quod aliqua ars non haberet numerum artificum perfectum quod infra sex menses a die publicationis statuti ad implevisse debeat dictum numerum sub pena Centum librarum denariorum pro quolibet camerariorum qui tunc temporis erit. Et eadem pena puniatur ars et si negligentes fuerint in non adimplendo dictum numerum homines ipsius intelligantur privati ab omni honore camerariatus quousque adimpleverint dictum numerum ut supra dictum est. Teneatur tamen dictus Camerarius facere adunantiam artificum et proponere de adimplendo dictum numerum secundum formam presentis statuti. Et eo casu quo dicti artifices vel maior pars consenserint adimplere debeat dictum numerum. Ubi vero contradicerent possit ipse Camerarius solus vel cum quibus secum habere voluerit dictum numerum adimplere et in matricula scribi facere quod si non fecerit puniatur ipse per dominos priores Sindicum in dicta pena sibi auferenda tempore sindicatus Et quod nullus Camerarius post eum sindicatum debeat confirmari nisi visa matricula in qua scripti appareant artifices secundum numerum supradictum. Et quilibet Camerarius cuiuscumque artis teneat artifices qui exercent artem de qua est camerarius et exercuisset per annum continuum ante receptionem in matricula sue artis Et si noluerit exercens et ad petitionem ipsius ubi ipse petierit in presentia duorum testium sub pena camerario contrafacienti ducentarum librarum denariorum non obstante aliquo ordinamento alicuius artis quod in contrarium loqueretur Dummodo dictus talis se scribi

Et ut plurimum possit haberi quelibet ars grossa et quelibet ars parva.

non sit scriptus in alia matricula alterius
Artis et eo casu quo scriptus esset et vellet
se in arte quam exerceret scribi facere po
petat et faciat se cassari de matricula alterius
artis quam non exerceret Et etiam quilibet
camerarius teneat ad penam ducentarum
libr. den. omnes volentes et petentes se scribi
in matricula sue artis de qua fuit pater
talis petentis et scriptus fuit in matricula
dicte artis recipere in artificem dicte artis
et scribi facere in matricula talis artis
facta petitione seu protestatione tali came
rario in presentia duorum testium sub dicta pena
dummodo predicta non intelligantur nec locum habeant
in filiis rebellium et confinatorum occasione novitatis
rebellionis rebellium communis perusii nec in aliis condep
natis ex causa ipsius novitatis qui in aliqua
matricula alicuius dictarum artium scribi non possit
et quod omnes rebelles et confinati predicti et filii eorum
cassentur et ex nunc per ipsius habeantur de matriculis
artium predictarum per capita seu camerarius artis
in qua scripti essent infra duos menses proximos
pena capitis seu camerarius non cassantium .C. libr. den.
et ex nunc per ipsius habeantur

Qd nullus faciat se scribi in duabus artibus.

Lxxxvij

Nullus possit nec debeat eligi vel esse prior
camerarius vel rector nisi per illa arte
tempore electionis sue insaculationis in
qua esset scriptus in matricula ita tamen quod
si aliquis vellet desistere artem suam solitam
et aliam exercere quod possit scribi in illa arte et
matricula illius artis quam exercere vellet
et per ipsa arte habere possit offitia et benefitia
postquam petat in prima arte de qua arte erat
et habere possit scriptus erit in matricula artis
qua exercet dummodo prius eligeret et cassetur
de prima de qua fuerat et iniquam primam artem numquam
redire possit nec per eius offitium vel benefitium dicto habere
sive fuit scriptus postea in alia arte sive non
Et quod ille qui fecerit se in futurum transmutari
de arte in artem non possit in illa arte ad qua
translatus esset offitium portari habere et capere nec
ad ipsum eligi vel ad ipsum infra quinque annos
computandos a die qua cassi fuerint de prima arte
et scripti fuerint in secunda nec etiam possit esse
camerarius deinde ad decem annos computandos ut
supra quod tamen locum non habeat in insaculatis in prece
dentibus partibus. Et etiam aliquis se in duabus
clandestine scribi faciat non solum in alia arte
sed in pluribus aliis artibus ut offitium portet quod in eo
possint prima arte habere recipiant per alia arte
vel aliis quod nullus audeat deinceps se scribi
facere vel esse scriptus nisi in una arte tantum et
non in pluribus et si quis fuit scriptus in pluribus
Artibus infra duos menses post publicationem
statutorum presentium eligant et optionem habeant quam
Artem seu de qua arte velit esse scriptus et
de alia vel aliis infra dictum tempus se cassari
et cancellari faciat pena ducentarum libr. den.
contrafacienti pro quolibet in qua pena per potestatem
et Capitaneum et Judices Iustitie et maiores
sindicum offitiales vel alterum eorum ad petitionem
cuiuscumque debeat condempnari. Et quod consules
mercatorum Auditores Cambii et quilibet
Camerarius et notarius cuiuslibet artis possint
et debeant cassare de matriculis et de arte omnes
petentes et volentes ponendo et scribendo in
libro matricule Millesimum diem et mensem
cassationis dummodo fiant ad minus tres protesta
tiones diversis diebus per illum vel illos qui
petierint se cassari Et quod non obstante
cassatione facta talis cassus vel cassi cogi
possit vel possint coram camerario artis
de qua fuerit se cassari pro debito contracto toto
tempore quo fuit scriptus in matricula ipsius Artis
et usque ad tempus quo scribit in matricula
alterius artis de re pertinente ad artem vel de rebus
artis et de rebus promissionis et talis cassatio
bapnniatur in platea in locis consuetis et de cassatione
possit omnibus esse notum pena Ducentarum libr.
den. pro quolibet si negligens fuit in predictis
Et quicumque esset vel reperiretur scriptus in pluribus
Artibus ad eo tempore in antea non possit nec debeat
eligi habere nec recipere vel exercere aliquod offitium
alicuius artis nec per aliqua arte sed omni offitio
Artis et benefitio Artium quarumlibet sit privatus.

Et si dixerit electio non valeat nec teneat et alius eligi debeat loco sui. Et supradictus potestas et Capitaneus et maior Sindicus et Iudex Iustitie inquirant et inquirere et cognoscere teneantur. Et quia in positione et scriptione Artificum in matricula et in matriculis Artium sepe malitia et fraus committitur non ponendo nullum mensem et diem positionis et scriptionis Artificis ad evitandum predicta. Statuimus quod notarius et Camerarius cuiuslibet Artis teneat et debeat quod deinceps ponerent vel scriberent aliquem vel aliquos de novo in eorum Arte et matricula et etiam nullus quos posuissent vel scripsissent et in eorum Artem intrassent ab uno anno citra nullum diem et mensem quo talis positus et scriptus fuit in matricula et aliter ipsa scriptio et positio non valeat nec teneat ullo modo. Et officium talis qui aliter scriptus vel positus fuerit in ipsa Arte habere non possit nec debeat. Et nichilominus et notarius Camerarius et notarius Artis incidant in penam ducentarum librarum denariorum pro quolibet et puniantur et privati esse intelligantur officio Camerariatus et notarii ipsius Artis et supradictus potestas et Capitaneus et maior Sindicus et Iudex Iustitie inquirant et inquirere possint et debeant ipsi et quilibet ipsorum puniant et condempnent contrafacientes summarie et de facto sine strepitu et figura Iuditii eorum offitio et arbitrio cuiuscumque. Et ut dicta ordinamenta suum consequantur effectum et nulla possit committi fraus ordinaverunt quod quilibet Ars et Camerarius cuiuslibet Artis civitatis Pisane teneatur et debeat infra duos menses a die publicationis statutorum copiam eorum matricule dare et ponere inscriptis in cartis pecudinis cum nominibus tantum et prenominibus omnium Artificum in cancellaria comunis Pisani et adsignare cancellario comunis Pisani et quod in ipsis matriculis seorsum et separatim ponant et scribant Artifices cuiuslibet Artis cives et qui beneficium civilitatis consecuti sunt per se et comitatenses per se et separatim et forenses per se separatim in ipso libro sive matricule copia quod si aliquis aliquem scriberet in prima matricula in ipsa etiam que dabitur et adsignabitur in dicta cancellaria scribatur cum nullo mense et die ita quod sciatur quando in dicta matricula scribetur sub pena et ad penam centum librarum denariorum a Camerario et notario Artis et a quolibet eorum contrafaciente auferendam per maiorem Sindicum Civitatis Pisane. Si invenerit in dicta Cancellaria dictas copias matricularum sic factas non esse positas et adsignatas ad eius probationem sufficiat affirmatio Iudicis et notarii dicti maioris Sindici et ipsorum relatione. Et si retulerint coram dicto maiori Sindico se non invenisse dictas copias matricularum ipsorum relatio plenam probationem habeat. Et predicte matricule in dicta cancellaria existentes tempore quo fiet electio et sacchettus dominorum Priorum et aliorum offitialium tempore quo providebitur quod electio debet fieri de bonis hominibus qui debent sacchettum ordinare et facere per Cancellarium debeant dari militibus sive sotiis dominorum potestatis et Capitanei vel alicui eorum qui adesse debebunt vel debebit ad custodiam offitialium et inspectatorum adhoc ut de ipsis scriptis modo predicto copia haberi possit. Et predicta bapniantur more solito publice in plathea tribus diebus adhoc ut ignorantia haberi non possit.

Ut hec ut Civitas Pisana et rogatur pro populo Pisano et status ipsius civitatis de bono in melius augmentetur Dicimus et ordinamus quod omnes Artes et Artifices Artis Civitatis et burgorum Pisanorum et que scripte sunt in capitulo statuti scripto supra quod incipit Nulla Ars teneat et debeat ad petitionem dominorum Priorum Artium in loco in quo dominum Priores voluerint se universaliter congregare unire invicem et facere corporale sacramentum standi et permanendi invicem et se non dividendi ab aliis Artibus. Sed ipsas Artes et quaslibet earum et Artifices manutenere et defendere iuvare auxilium et favorem prestare posse et dominis Prioribus Artium qui sunt et erunt pro populo Pisano dare auxilium consilium et favorem contra quascumque personas et ipsos sequi quo voluerint cum Armis et sine Armis ad eorum beneplacitum et mandatum pro bono statu et pacifico comunis et populi Pisani. Et nulla Ars Civitatis et burgorum Pisanorum vel Artifices ipsi possint vel debeant se dividere vel separare vel

De artes et artifices fuerint boni status civitatis Pisane [illegible]

LXXXVIII

vel adunare se cum aliqua alia Arte nec artibus nisi tantum cum omnibus aliis Artibus et cum massa omnium Artium modo aliquo sine causa. Et quicumque Ars contrafecerit puniatur in .C. libr. den. Et camerarius ipsius Artis qui hec tractaret vel ordinaret puniatur in ducentis libr. den. de suo proprio avere com. Pis. solvendis et quod eos potestatem et Capitaneum sequantur ex officio cum promotore et sine aliquo quod possit dici vel allegari in contrarium non obstante et ipse Camerarius sit privatus perpetuo omni offitio et benefitio civitatis Pis. Preterea volumus et mandamus quod quando domini Priores Artium civitatis et burgorum Pis. fecerint bapmes adunantias Artium et artificum civitatis Pis. et pulsari campanam quilibet Camerarius et rector et artifex cuiuslibet Artis ire debeant ad ipsas adunantias sive adunantias in loco ordinato quousque adunantia durabit non aperiat aliquam Cameram vel apothecam sed stent clause et serrate. Et si camerarius vel rector alicuius artis contrafecerit puniatur in viginti quinque libr. den. Et quicumque artifex non venerit puniatur in .X. libr. den. quam penam de facto auferat et quod ipsos per [illegible] procedat et eos puniri de facto volumus. Quicumque Camerarium tenuerit apertam quamdiu adunantia perdurabit et nichilominus de predictis quilibet esse valeat accusator et habeat medietatem banni. Et cum congregata fuerit dicta adunantia nullus audeat vel presumat iniuriam aliquem facere vel clamare alta voce. Et qui contrafecerit pena .C. soldorum seu minori prout videbitur dominis Prioribus qui pro tempore fuerint inspecta qualitate personarum et negotii ab eo de facto debeat auferri sine aliquo processu vel sententia eo ipso quod dabit nomen eius vel eorum Pennicellariis com. Pis. potestati vel Capitaneo pro tempore potestate vel capitaneo.

[illegible] et quomodo vocari Camerarii. Rubrica.

LXXXX

Tractatur quomodo Artes et Camerarii Artium quando expedierit debeant convenire et quo ordine per precones vocentur. Ordinamus firmiter statuentes quod precones com. Pis. teneantur primitus clamare et vocare mercantiam et consules mercatorum secundario auditores Cambii tertio Camerarium calzolariorum ultimo modo omnes alios Camerarios omnium aliarum Artium non nominando eosdem et sic fiat quotiens opportunum fuerit. Et si precones non servaverint dictum modum et ordinem solvant com. Pis. pro pena nomine pro qualibet vice Centum sold. den. et quilibet inde sit accusator et habeat medietatem banni. Et adhuc ut Camerarii accedant ad presentiam dominorum Priorum Artium quando vocabuntur statuerunt quod omnes et singuli Camerarii Artium Civitatis Pis. presentes et futuri teneantur et debeant postquam bapnitum fuerit et vocati venire ad presentiam dominorum Priorum ante quam campana cum qua et ad cuius sonum dicti Camerarii vocabuntur desinat pulsari que in fine pulsabit ad distensum sub pena decem sold. den. pro quolibet dictorum Camerariorum et qualibet vice qua vocati non venerint ut supra est expressum eis et cuilibet eorum auferenda de facto per Capitaneum custodie palatii ipsorum sive aliorum offitialium vel notarii quem domini Priores ad scribendum et puniendum posuerint. Que pena aplicetur et aplicari debeat dominis Prioribus Artium et solvatur et solvi debeat per quemcumque camerarium dictas penas incurrentem illi bono homini vel campsori quem domini priores deputaverint ad predicta. Et adhuc ut dicti Camerarii quando vocabuntur ad veniendum promptiores reddantur providerunt quod pro salario Camerariorum cuilibet collegio Camerariorum solvatur et solvi debeat per consiliatores pro pena .V. libr. den. de introitibus com. Pis. putandis salarium ducentorum florenorum anni etiam si non contrafecerit ipsorum consilium prorata inter Camerarios venientes distribuendo sine aliqua solutione gabelle. Et quod notarius qui legerit debeat scribere utrum ante pulsationem Campane venerit vel non et si non scripserit vel non punctaverit non venientes ut dictum est ipse notarius puniatur pro vice qualibet et quolibet Camerario in decem libr. den. Et quod dictus notarius pro habenda certitudine Camerariorum venientium et stantium ut supra dictum est teneatur et debeat statim dicta Campana desinente pulsari que pulsabit ad distensum inscriptis redigere nomina omnium camerariorum qui durante sono campane predicte venerint et venisse reperientur in palatio dictorum dominorum priorum et inscriptis dare dicto bono homini vel campsori predicto. Alii vero Camerarii qui non venerint durante sono Campane predicte

nullam excusationem allegare possint. Et dicti
domini priores vel talis notarius nullas eorum
accusationes possint admictere nisi infirmitatis
vel absentie causa de quibus credatur et stari de-
beat iuramento talis camerarii infirmi vel
absentis. Et intelligatur absens quicumque came-
rarius erit extra muros civitatis predicte. Pro comu-
nis utilitate et ut comodius dicti camerarii quando
vocati fuerint venire ad consilium valeant pro-
videre quod decreto ad consilium camerariorum congre-
gandum pulsetur et pulsari debeat campana
grossa vel que fuit ad hoc ordinata vel depu-
tata manu pulsatice debeat centum mottis per
quolibet vice qua camerarii vocabuntur pulsari.
Et finitis dictis centum mottis pulsari debeat
ad dispensium saltim per unam oram. Et ut satis-
factio dictorum camerariorum venientium ad consilium
fieri possit providerunt et statuerunt quod con-
servatores monete comunis perusii presentes et qui
pro tempore erunt dent et solvant et dare et solvere
teneantur et debeant auctoritate presentis legis uni
bono homini vel capsserio per eos deputando pro
satisfactione predicta dictam quantitatem ducentorum
florenorum auri secundum solutionem gabelle. Dummodo
predictam pecuniam dictus capsserius vel bonus homo
alter vel in alios usus solvere vel convertere non
possit. Et si aliter solveret vel expenderet vel
converteret intelligatur de suo solvisse et expendisse
et convertisse. Et nichilominus incidat in penam
centum librarum denariorum. Et de hoc expresse debeat sindicari.
Et quod nullus camerarius vel consul seu auditor
possit eligi vel assumi ad aliquod officium vel
commissionem aliquam extra civitatem durante officio
camerariatus pena contrafacienti cuilibet .V. librarum denariorum.

Non possit aliquis camerarius eligi ad aliquod officium extra civitatem perusii pena V librarum

De punctatione camerariorum [illegible]

Lxxxxj

et non expediat homines capi per platheas et vicos pro predictis adunantiis faciendis. Ordinamus quod quando fieri debebit adunantia camerariorum et artificum et rectorum artium debeant venire ad ipsam adunantiam antequam campana desinat pulsari pro ipsa adunantia facienda. Camerarius qui non venerit decem soldos denariorum pro qualibet vice et qualibet adunantia et artifices ac rectores quinque soldorum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice seu qualibet adunantia. Et quod vicarius ex iudicibus vel militibus domini Capitanei populi statim desinente campana pulsari pro ipsa adunantia que pulsari debeat per campanarios more consueto pro festum ad minus semel tempore cuiuslibet potestatis scilicet in prima adunantia quam deinceps fecerit vel faceret quilibet potestas legi faciat camerarios et Rectores artium et illos quos non reperient in dicta adunantia vel illos qui interfuerint scribi in dicta adunantia ita quod sciat presentes et absentes Et ab illis qui non fuerint et non reperientur esse in ipsa adunantia nisi iusta excusatione fecerent scilicet infirmitate vel absentie tempore bapnimenti et factionis adunantie faciende infra secundam diem scilicet die facte adunantie vel sequenti proxime de qua excusatione stetur sacramento se excusantis vel alterius pro eo iurantis auferat dicta pecunia premissa sine aliquo processu vel condempnatione facienda et solvi faciat penes massarium comunis predicta pena pro quolibet infra octo dies a die celebrate adunantie exclusive computandos. Et quod dominus vicarius domini capitanei populi et eius collaterales sive milites et socii predictam recercham adunantie et dicte pene exactionem faciat et facere teneantur tempore et termino predictis pena ducentarum librarum denariorum ipsi Capitaneo si in predictis negligens fuerit vel ea fieri observari et exequi non fecerit cum effectu. Cuius pena Consultores mercatorum comunis predicti de salario ipsius capitanei sine aliqua condempnatione vel processu faciendo vel facto de ipso capitaneo per suos sindicos et sindicatores vel alios vel aliter vero non obstante quod absolutus esset per sindicatorem dicto retineant et retinere debeant pecuniam predictam. Et in ipsa pena incurrat quilibet capitaneus qui predicta

Qualiter camerarii et rectores artificum artium cogere et de pena officialium negligentium super hac contenta in principio capitoli Require.

LXXXV

Ubi ut hinc ibi possint camerarii et rectores de artificum artium et adunantia et adunantie dictorum Camerariorum Rectorum et artificum artium debito tempore

neglexerit vel ea non servaverit executioni fuerit cum
effectu condempnatus ab hac lege et ordinamento et tel
liberari nisi ipse dominus Capitaneus eiusdem conservatoribus
monete fidem fecerit per scripturam publici notarii
quod dictam retrectam et penas executiones fecerit
cum effectu tempore et termino predictis penam dictis conservatoribus
Ducentarum librarum denariorum In qua pena priores
sindicentur ex offitio sindici et ad petitionem
cuiuslibet debeant condempnari si dictas ducentas libras
denariorum de salario capitanei consentiens non retinuerit
ut dictum est. Et quod domini priores artium futuri predicta
fieri et observari a dicto Capitaneo procurent et faciant
et nichil facere dicere vel rogare in contrarium
predictorum possint sub pena Ducentarum librarum denariorum pro
quolibet priore In qua pena per eorum sindicatum ex offitio
sindici et ad petitionem cuiuscumque debeat condempnari
Et ut predicta commode fieri possint quod maior sindicus
et Iudex Iustitie teneatur et debeat mictere ad
supradictam adunantiam et locum ipsius adunantie et
ad dominum capitaneum et eius offitiales et aliorum et
aliis petitiones et voluntates librum camerariorum
et rectorum Artium et de ipso libro eis copiam
facere prout volunt et quando et quotiens et ubi
voluerint pena Ducentarum librarum denariorum ipsi maiori
Sindicho et Iudici si predicta neglexerit vel contempserit
observare in qua pena per suos sindichos ex offitio
sindicatus et ad petitionem cuiuscumque debeat condempnari
Et quod dominus Capitaneus et domini Priores artium
de observando predicta expresse iurare et iurare
teneantur. Item quod dominus potestas et Capitaneus
eorum Iudices et offitiales et alter eorum quibus
vel cui aliquid committitur vel commissum est per
eorum vel infrascripta ea ut ipsis commissa sunt
observent et exequantur et observari et exequi teneantur
et debeant cum effectu et inquirant et inquirere
debeant contra omnes et singulos delinquentes vel
contrafacientes vel inobedientes et esse possit
quilibet accusator denuntiator et promotor et eos
possint mictere et retinere in palatio et alibi
ubicumque voluerint et penas et banna auferre
pecuniarum et exigere sine aliqua diminutione et defectu sine aliquo
processu vel condempnatione. Et quod de hiis et inobe-
dientia et contrafactione etiam stetur dicto et
assertioni offitialium vel familiarium potestatis
vel Capitanei vel unius eorum que plenam probatione
habeat pena ipsis potestati et capitaneo et offitialibus

Ducentarum librarum denariorum pro quolibet eorum si neglegentes
fuerint in predictis vel ea non observaverint et executioni
fuerint cum effectu. In qua pena per eorum Sindichos
et Sindicatores ex offitio sindicatorum ad petitionem
cuiuscumque debeant condempnari salvis aliis penis
que ipsis penis sunt in aliis ordinamentis
et capitulis declarate. Et quod predictorum observatione
et executione predicti potestas et Capitaneus et eorum et cuiuslibet
eorum offitiales et familiares possint et liceat ac
teneantur et debeant omnes et singulos delinquentes
aut facientes contra predicta seu inobedientes circha
ipsorum continentiam et observantiam personaliter et realiter capere
detinere in palatio et ubicumque voluerint et capere
carcerare predare pignorare gravare molestare
et penas et banna auferre de facto exigere pecuniarum et
alia gravamina quecumque inferre quecumque voluerint predictis
et predictorum observantie et executione et pro predictis et predictis
vel aliis gravaminibus que propterea facerent non possint
nec debeant sindicari condempnari vel gravari vel
molestari et eorum sindicatores nullam contra eos
de predictis cognitionem habeant non obstante statuto
et ordinamento quod non possit inquirere nisi
in certis casibus et statuto et ordinamento quod non
possit inquirere de sindicatu potestatis et capitanei
et eorum offitialium et familiarium et non obstante
aliquo alio generali vel speciali in contrarium loquente.

Quod camerarii et rectores se valeant [...] ubi volunt. Rubrica.

Consules mercatorum Auditores Cambii
Camerarius Calgolariorum et alii Camerarii Lxxxxiii
Artium se valeant gravare ubi volunt nec
possit eis prohiberi per potestatem vel Capitaneum vel
per aliquem de ipsorum familiis quando se pro bono statu
Civitatis et comitatus Perusii se gravabunt et si potestas
vel Capitaneus contradiceret quod non se gravarent ad
eorum voluntatem solvat quilibet eorum pro qualibet contradictione
et pro qualibet vice Centum librarum denariorum. Rectores
Artium Civitatis et burgorum Perusii cum eorum artibus
et ipsi soli sine artibus possint se gravare quando
voluerint cum licentia tamen priorum artium non alibi
tractandum et ordinandum pacem et tranquillitatem
et bonum statum Civitatis et comitatus Perusii Et potestas
et Capitaneus hec inhibere non possint eis ad penam
Centum librarum denariorum de eorum salario quam quilibet contrafaciens
solvere teneatur. [...] in quibus Camerarius Artium

Quod Camerarii possint dicte [...] gravare

suam gravare qui voluerit p(re)dictis sive artis
suam gravare et p(ro) statu pacifico d(i)c(t)e civitatis
impune dum modo plures artes simul i(n) eodem
loco sine licentia p(ri)or(um) se gravare no(n) possit
sine licentia p(re)d(ic)ta pena camerario et arti i(n)
co(n)trafacienti Mille lib(ras) den(ariorum) de facto auferendam
et d(omi)n(u)s potestas et Capitan(eus) inquirere teneat(ur)
cum p(ro)motore et sine et quilib(et) esse possit accusator.

De ordinamentis p(ri)ores camerarios et rectores artium facta observentur. Rca.

Lxxxiiii

Quidquid ordinatum est seu ordinabit(ur)
p(er) priores camerarios et artifices seu
rectores artium p(ro) bono statu civitatis sit
firmum et ratum. Et q(uod) tale consilium d(omi)nor(um)
Prior(um) Camerarior(um) et artificum seu rector(um)
artium i(n) quo consilio sint et esse debeat
ad min(us) triginta Camerarii (et) ducenti rectores
artium hab(e)at (et) h(abe)re intelligat(ur) plenam auctoritate(m)
et potestatem et plenum arbitrium omnia (et) singula
sup(er) quibuscumq(ue) factis (et) negotiis com(unis) ordinand(i)
providendi deliberandi statuendi (et) reformand(i)
et iam p(ro)vis(a) statuta (et) ordinata (et) reformata
tollendi cassandi et revocandi et alia singula
providendi ordinandi faciendi et executioni ma(n)
dandi que (et) quotiens et prout et sicut vo
luerint (et) viderint convenire (Et quidquid
p(ro)viderint ordinaverint statuerint refor(ma)
verint seu fecerint valeat et teneat et
plena et plenissima optineat roboris fir
mitatem non obstante capitulo aliquo novi
statuti (vel) aliquo alio i(n) co(n)trarium faciente
dum modo aliquid p(ro)videre no(n) possint (vel)
reformare (con)tra p(ro)vis(a) vel reformata p(er) adunantiam
generalem vel habentes auctoritatem a p(re)d(ic)ta
adunantia g(e)n(er)ali. // Et potestas et Capitaneus
teneant(ur) ea observare (et) (con)servare i(n)lesa et
i(n) his nulla exceptio obici possit p(er) potestatem
vel Capitan(eum) vel aliquam aliam p(er)sonam et
qui (con)trafecerit solvat (et) solvere teneat(ur) com(uni) p(erusii)
quingentas lib(ras) den(ariorum). // Quidquid autem
ordinabit(ur) vel fiet vel reformabit(ur) p(er) per
predictos intelligat(ur) ordinari (et) fieri et
reformari p(ro) bono statu civitatis p(erusii) Et hoc
non intelligat(ur) si esset (con)tra statuta p(erusii) volum(us)
vel i(n) aliquo obviarent seu derogarent. (et)

p(ro)visio f(act)a (con)tra p(ro)vis(a) (vel) reformata p(er) adunantiam generalem n(on) valeat

Qualiter ordinate artes artifices accedere debeant ad processiones cum luminaribus.

Lxxxv

Evitandis rixas et contentiones q(ue) cotidie
erant inter artes artifices artium quando
accedebant cum lumine i(n) vigilia beatissime
Virginis marie de mense augusti et i(n) vigilia
beati herculani ad p(ro)cessiones et in aliis p(ro)cessionib(us)
p(er) statuta com(unis) p(erusii) et ut rumor vel discordia
i(n)t(er) eos artifices non sit in futurum. Statuimus
et ordinamus q(uod) artes et artifices ipsarum artium
infrascripto modo debeant cum lumine ad ipsas
Ecclesias accedere et ordinate ut inferius declarat(ur)
et etiam qui vadunt simile cum lumine ad Ecclesiam
beati constantii et ad Ecclesiam beati dominici
de mense augusti et in aliis p(ro)cessionib(us) p(re)d(ic)tis et
sic accedere debeant et non aliter ullo modo. Et
quecumq(ue) ars modum istum et ordinem fregerit
vel non post artem inferius ordinatam accesserit
puniatur ars et camerarius ipsius artis in Cent(um)
lib(ris) den(ariorum). Et d(omi)n(u)s potestas et Capitan(eus) (con)tra artem
vel artes et (con)tra Camerarios inquirere teneant(ur)
et repertos culpabiles punire (et) (con)dempnare in d(ic)ta pen(a)
qui si negligentes fuerint in centum lib(ris) denarior(um)
debeant p(er) eor(um) sindicatores (con)dempnari. // Et
potestas et Capitan(eus) et priores artium pen(a) c(entum)
lib(rarum) den(ariorum) duobus diebus ante q(uam) dicte p(ro)cessiones
fieri debeant bapniri facere teneant(ur) i(n) scalis
pl(at)ea palatii et in medio platee (et) etiam i(n) diebus
vigiliarum seu p(ro)cessionum d(ic)tarum et notare singulas
artes et qualib(et) p(er) se videl(icet) talis sit prima et
talis s(ecund)a et talis t(er)tia et quarta ut inferius (con)tinet(ur)
Et de hoc expresse sindicentur et teneant(ur) reddere
rationem. // Ordo quarum artium inferius
est expressus videlicet q(uod) in p(ro)cessionib(us) (et) luminaribus
sup(ra)d(ic)tis post p(ro)cessionem religiosorum fratrum
(et) clericorum accedant d(omi)n(u)s rector scolarium et
universitatis (et) doctores studii p(erusii) cum
universitate scolarium d(ic)ti studii (et) postmodum
dominus potestas et Capitaneus (et) domini priores
Artium (et) postmodum prima ars accedens sit
Ars merchantie et eius artifices S(ecund)a ars
sit Ars Cambii (et) eius artifices Tertia ars
sit Ars calgolarie (et) eius artifices. Quarta ars
sit ars sutorum (et) eius artifices. Quinta ars
Ars lane (et) eius artifices. Sexta ars magistrorum

lignamis et lapidum. Septima ars ma
cellatorum et eius artifices. Ottava ars fa
brorum et omnes artifices. Nona ars albergatorum
et tabernariorum et panichocolorum et eius artifices
Decima ars pannorum veterum et ars ferrariorum
et ars scutellariorum et eorum artifices. Undecima
ars pizzicarellorum. Duodecima ars pistorum. Decima
tertia procacciantium. Decimaquarta ars
barbeiorum. Decimaquinta tegulariorum. Decima
sexta beccatteriorum. Decimaseptima ars spetiarie.
Et postmodum subsequenter alie artes ordinate
procedant sic ipse alie artes et eo ordine quo
scripte sunt supra in lxxxvij capitulo quod incipit
nulla ars aliquo capitulo vel reformatione modo
aliquo non obstante. Hoc tamen addito quod qualibet
luminaria et processione ad minus quatuor ex prioribus
artium remanere debeat ipsa relatio eorum resi
dentie si eis videbitur esse oportunum et mictere
faculas per eos familiares pena ipsis dominis
prioribus predicta non observantibus et dictis artibus
et camerariis ipsarum artium contrafacientibus non ob
servandi predicta omnia et singula pro vice qualibet
centum librarum denariorum quam penam ipso facto incurrat
et aberis de facto exigat per dominos potestatem et capitaneum
vel alterum eorum ex offitio ipsorum vel ad petitionem
cuiuscumque petentis. Et de predictis expresse debeant
sindicari. Et quod qualibet ars et camerarius cuiuslibet
artis cum illis artificibus eorum artis quos commo
de habere poterunt. Ita tamen quod quilibet camerarius
artis grosse ducat ducat ad minus quindecim
artifices et quilibet camerarius artis parve
quinque artifices teneantur et debeant accedere
ad luminarias que fiunt in festo sancti Costantii et
in festo sancti Herculani et in festo assumptionis
beate virginis de mense augusti et tempore indul
gentie loci fratrum predicatorum que est sancta et
tertia diebus de mense augusti et in aliis lu
minariis per formam statutorum specificatis pena
arti et camerario cuilibet contrafacienti si arti
grosse xxv librarum et arti parve x librarum denariorum
eisdem de facto auferenda per maiores sindicum
communis Perusii cuius pene medietas sit communis et
alia medietas offitialis facientis executionem
Item dicimus statuentes quod in vigilia beati Her
culani artifices non debeant laborare nec
operari artem eorum nec in ipso die festi et duobus
diebus sequentibus ipsum festum et quicumque contrafecerit
solvat pro vice qualibet quia fuit operatus aliquid

decem librarum denariorum. Et de predictis quilibet possit esse accusator
et habeat medietatem banni et nichilominus de predictis
potestas et capitaneum et eorum iudices inquirere teneantur
Volumus etiam ac ordinamus quod omnes artifices qui
debent accedere cum eorum artibus cum luminariis
ad ecclesiam beati Herculani accedant in vigilia de
festivitatis et societatis accedant et accedere debeant
cum dictis luminariis in die festivitatis ipsius de sero
Et ad removendum scandala et contemptiones et rixas
que inter societates et compagnias tempore preterito
ad luminare consueverunt quamplurimum suscitare pro
viderunt quod in festo beati Herculani dicte com
pagnie et societates debeant ad dictum luminare
accedere hoc modo videlicet quod priores artium faciant
quinque brevia et ponant in uno capello et in quolibet
dictorum brevium ponatur nomen unius porte et
dicta brevia de dicto capello successive trahantur
et illa porta que in primo brevi reperietur
scripta illa primo vadat ad dictum luminare et
secunda secundo et sic de singulis successive et domini priores
predicta bapmenes faciant in publicis locis platee
et si aliqua compagnia vel societas contrafecerit contrafactores
seu baiuli ipsarum societatum et ipse societates
incurrant penam quingentarum librarum denariorum que pene
eisdem societatibus contrafactoribus sive baiulis
de facto auferatur per capitaneum populi vel alium offi
tialem forensem dicti communis Et quod [illegible] baiuli sive
contrafactores dictarum societatum vel alii offitiales
societatum quibuscumque nominibus nuncupentur per quinque
dies ante vigiliam beati Herculani debeant
satisdare apud dominum capitaneum populi Perusii vel
apud dominum potestatem de observando omnia et singula
in presenti capitulo vel aliquo alio de hac materia
loquente contenta sub dicta pena. Ita quod de societatibus
in vigilia de festivitatis cum artibus nullo
modo accedant pena baiulitoribus et societati
contrafacienti v librarum denariorum et predicta bapmenantur
per potestatem et capitaneum inquirat ex offitio
et quicumque esset in duabus seu de duabus societatibus
possit exire de una quam volet dummodo in
una quam elegerit de sua porta debeat remanere
et palia possit nullatenus [illegible].
Volumus insuper statuentes quod in civitate
Perusii nulla possit esse fieri nec creari so
cietas more consueto pro honorando festum
beati Herculani de aliquibus civibus Perusinis

Vacat.

Va

+ Addo. Et quia irreverentia nolumus invenire semper desi
derant in festivitatibus residere in grave damnum et preiudicium ipsorum
et rei publice Perusine ad obviandum et providendum inmoderatis sumptibus
et expensis statuimus et ordinamus quod de cetero nulla societas vel aliquis
alius possit vel debeat reputare seu festum facere pro festivitate
sancti Herculani ante vel post nisi dumtaxat in festo cathedre sancti
Petri et in festo sancti Martini et in vigilia sancti Herculani
et eius festo et die sequenti. Et
quod in diebus predictis vel aliis predictis
non possit aliquid poni in platea
vel alio loco civitatis Perusii exceptis
[illegible] nec etiam de societate
nec aliqua alia possit de sero ire ad
lumen seu luminaria nec [illegible]
nos [illegible] sub pena predicta et
sub predicta pro qualibet vice et pro
quolibet contrafaciente viginti quinque librarum
denariorum. Et quod potestas et capitaneus et
quilibet alius offitialis civitatis
Perusii [illegible] de
predictis et sub predictis inquirere
et reperta [illegible] punire
pena quinquaginta librarum denariorum
sibi auferenda tempore sui sindicatus.
Et quod domini priores artium qui per tempore
fuerint annuatim in festo sancti [illegible]
statim dictum ordinamentum banniri faciant
per plateam sub pena decem librarum
pro quolibet contrafaciente. Et pena viginti
quinque librarum denariorum [illegible]
seu abbreviatores si negligentes
fuerint in reducendo ad memoriam
prefatis dominis prioribus dictum ordinamentum.

Nec per aliquem celerarium pisanum nisi tamen per priores
illius porte seu contrate in qua dicta societas
creabitur et fiet. Nec possit aliqua societas
creari per aliquos de diversis portis et diversis
contratis et si aliquis in aliqua societate esset
descriptus qui non esset in sua porta et sua contrata
se cassari faciat et aboleri pena cuilibet descripto
et facienti dictam societatem preter dictam formam
viginti quinque libre denariorum eis de facto auferenda per
quemlibet offitialem communis pisani. Et quod potestas et
capitaneus et omnes offitiales communis pisani teneantur
et debeant facere executiones reales et personales
et dare eorum familiam pro exequendo ipso facto que
imponeret per aliquam societatem et per expensis
eorum secundum quod ostensum fuit manu notarii dicte
societatis et scriptis impositis scilicet executionem
facere quotiens requisiti fuerint.

De ymagine beati Herculani relevata fienda et portanda cum luminaribus. Rubrica.

Lxxxvj

Ut vera ymago gloriosi martiris sancti
Herculani pisane civitatis antisti-
tis honorande relevata bene honorabilis et
pulcra que in die vigilie festivitatis eiusdem
martiris que festivitas annuatim prima
die mensis martii celebratur deferatur ante
luminaria artium et artificum civitatis eiusdem
scilicet immediate post processionem clericorum
et religiosorum associata a capitaneo partis guelfe
civitatis eiusdem vel in quodam alio ducatu
honorifice cooperto ducendo pannos panno
rubeo cum albis grifonibus concertato vel
alio modo pulcro secundum quod melius fieri poterit
Et quod die sequenti dictum festum sancti Herculani
currat ad unum palium de paliis presentandis
communi pisano si ut decens reperietur in partitis. Alias
secundum provisiones dominorum priorum artium
et ut moris est cum inferendum sanctorum
et filiatione de vario expensis communis pisani.

Et omnia statuta loquentia de offitialibus habere locum in electis et eligendis etc.

Lxxxvij.

Tantum et ordinamus quod omnia statuta loquentia
de offitio offitialium communis pisani vel aliorum
eorum valeant et vendicent sibi locum in presentibus offitialibus
de sacculo sic extractis et in posterum extrahendis et
in electis et eligendis aliquo non obstante.

De ambaxiatoribus et [illegible]

Volentes etiam super inordinatis expensis debitum Lxxxviij
frenum que consueverunt fieri in ambaxiato-
ribus et ad refrenandum importunitatem et ambi-
tionem multorum civium qui cotidie sollicitant et
procurant ambaxiatas dicti communis. Providemus
et ordinamus quod nulla ambaxiata mitti possit
nec debeat ex comitatu pisano expensis communis pisani
Et quod cancellarius communis pisani tempore quo prestabit
iuramentum dominis prioribus artium in principio
eorum offitii teneatur et debeat ad penam centum librarum
denariorum dicere in talia contenta in iuramento quod
consuevit prestari dominis prioribus artium et ipsi
domini priores iurare teneantur et debeant quod
nullam ambaxiatam creabunt vel deputabunt
que non sit vel quam non crediderint esse
pendentem utilitate et honore communis pisani. Et quod
cancellarius communis pisani et eius coadiutor et notarius
dominorum priorum teneantur et debeant iurare et iu-
ramentum prestare quod non scribent aliquod preceptum
vel apodixam alicuius ambaxiatoris quod non credat
vel ymaginetur quod sit pendenti utilitate communis
pisani et quod tempore quo fiet preceptum dictis ambaxia-
toribus vel tempore quo ipsis restituetur dictum
preceptum notarius dominorum priorum vel cancellarius
qui scriberet dictum preceptum teneatur et debeat facere
iurare dictos ambaxiatores quod eorum ambaxiatam
fecerint vel facient bene et legaliter et quod in dicta am-
baxiata fraudem non commiserint vel committerent
Et quod tamen procuraverunt vel procurabunt honorem
et utilitatem communis pisani et non privatam utilitatem
vel honorem propterea de quo iuramento et ipsius
prestatione expresse fiat mentio que si non facta
fuerit in dicto precepto camerarius communis pisani non
possit nec debeat solvere sub pena centum librarum denariorum
Et notarius cassationum non possit dictum preceptum
cassare nisi expresse in dicto precepto appareat de ipso
iuramento. Et quod in terris et districtus subiectas
communi pisano nullo modo vel causa mitti possit per dictos
priores artium nisi cum consilio dominorum Cam. de-
tuum qui possint providere et mittere usque in
quantitatem duorum ambaxiatorum et plurium si eis videbitur oportere.

Ad dnos etiam vl adalias t'ras non subiectas
possint dicti dni Priores cu consilio dcorum
Camerarior mictere Ambaxiatores in uno depo
cis videbitur. Non tn possint mictere aliquem
Ambaxiatorem qui non sit liberus expensis
cois pus vl expensis alicui vl alia quoquo
modo subpena quingentar libr dnr pro quolibet
m'gium eligente vl mictente auferenda per
potestatem vl capitan vl maiorem sindicum
cois pus et depositis di eligentes et mictentes
expsse debeant sindicari. Et ad removendas
exceptiones que cotidie oriri possunt de numero
equorum et de salario dcorum Ambaxiatorum providemus
et ordinamus qd non possit dari vl deputari
alicui Ambaxiatori dci cois nisi infra septi
mus equorum et istum salarium videlicet
cuilibet militi et iudici quatuor equi pro qlz
ad plus domicello et p'lati tres equi pro quolibet
et non vltra et abinde infra iuxta qualitatem
psone et loci prout dnis Prioribus et cam
videbitur convenire et habere dicti Ambaxiatores et
hre debeant pro eorum salario pro quolibet die et qualibet
equo que tenuerint in dicta Ambaxiata. si dicti
Ambaxiatores ~~deessent~~ accessissent alocum
vicinum et propinquius civitatis pus p. xxx.
miliaria. xxx. s. den. Et si esset distans
a civitate pus vltra. xxx.ta miliaria habere et
hre debeant pro quolibet die et quolibet equo et
quolibet eorum vsque in quantitate. xl. sold. den.
et non vltra que salaria seu conservatores cois
pus vl alter eorum dare et solvere teneat viso
precepto dnorum prior et cam artium secundum formam
supius denotatam retinendo gabellam. ij.
sold. den. pro qualibet libr. Et qr aliqn ac
cedere non pot qd oportet Ambaxiatores
mictere ad dominum papam vl ad alium magnum
dnm vl p aliqua magnifica et honorabili
causa cois pus ita qd numerum dcorum Equorum
et salarium oporteret accrescere et augumentare
p honore cois pus. Ideo providemus et ordinamus
qd in dictis casibus quibus crederet esse opus dni
priores et Camerarij artium possint providere
et ordinare de augumento numeri equorum et
salarij ita tn qd p'titum debeat micti et optineri
ad bussolas et fabas albas et nigras ad minus

p'titum Cam deinde xxx cam. pus et si plus
essent p duas ptes secundum provisiones ipsius consilij
et dicti conservatores possint et teneantur solvere
modo p'dicto. Et vt Ambaxiate cois pus
non vadant nisi fiunt solummodo p aliquos
pusinos. si distribuant inter civitatem secundum
portas quorumlibet et secundum qualitatem Ambaxiatorum
providemus et ordinamus qd quicumque ibit in aliqua
Ambaxiata cois pus expensis dicti cois non
possit ire in aliqua Ambaxiata inde ad quatuor
menses proxime sequentes expensis dci cois
salvo si non esset pro uno et eodem facto et vna
et eadem causa et ad vnum et eundem locum et
vnum et idem ire vl dnm vl aliam psonam
quo casu possit et liceat explere Ambaxiatam
p illos met Ambaxiatores vl p illos p alios
vt dnis prioribus videbitur et placebit. Et
salvo in arduis casibus occurrentibus dco qui
quorum causa esset expediens mictere Amba
xiatores non obstante vacatione p'dicta quo
casu domini priores et Camerarij Artium
vl saltem sexte' expertorum et due partes
deteriorata Cam p'nti et in concordia possit
et eis liceat si viderint expedire facto et
misso p'tito inter eos ad bussolas et fabas
et solempniter obtento eligere Ambaxiatores
quos voluerint non obstante qd tales sic eligendi
non vacaverint ab ambaxiata p quatuor
menses an vt supius est expssum dummodo
nullo in illo tempore possit eligi vl micti
aliquis existens in offitio Camerarij durante
dicto offitio nec substitulo Ambaxiate di
mictat negotia cois pus subpena eligentibus
et acceptanti et cancellario et notario priorum
si scripserit c. lib. den. pro quolibet eorum p
maiorem Sindicum auferenda et massarij
cois nec alius offitialis tali electo solvere
non possit sub dicta pena. Et ad omnem
fraudem evitandam statuimus et ordinamus
qd nemo possit scribi vl notari in licteris
Credentie que dantur Ambaxiatoribus
que mictuntur p dnos Priores Artium vl
alios offitiales cois pus nisi illi de quorum
electione prius facta constat manu Cancellarij

Nota de destinari i Ambax cois perusij aliquem dum e in offo Camerarij pena eligentibus et accep tanti noto d. priorum et Cancellario s'ibenti

Vel notarii dominorum Priorum seu notarii dictorum offitialium mictentium. Et Conservatores monete comunis Pisarum nullam solutionem facere possint alicui Ambaxiatori nisi prius fidem faciat de eius electione ei qui fuit scriptus in licteris credentie de quibus fecerit assertionem cancellarii comunis Pisarum vel notarii seu offitialium mictentium per ea faciendi scribi que ipsi notario scribenti et etiam conservatoribus comunis Pisarum solventibus contra formam presentis capituli pro qualibet eorum et qualibet vice centum libre denariorum. Et quia sollicitudo omnium frequenter fugerit diversis astutiis expensis comunis Pisarum utilitates privatas procurare et sepe contingit quod domini Priores fictis coloribus se inducunt Ambaxiatores non necessarios destinare et tales Ambaxiatores potius assequi effectum proprium quam comunis et agenda pro Pisis obmictunt offitialesque speciales gratias procurando ut talibus incrementis obviet. Volumus et statuimus quod nullus mictendus de cetero in aliqua Ambaxiata comunis Pisarum expensis dicti comunis possit audeat vel presumat procurare aliquod factum proprium ipse vel per aliquam aliam personam de ipsius domo que secum staret ad unum panem et unum vinum in eadem familia dicta Ambaxiata durante nec possit impetrare optinere vel acceptare aliquod regimen vel offitium nec beneficium sive etiam aliqua alia persona de ipsius familia que secum staret ad unum panem et unum vinum ab aliquo cum domino vel singulari persona ad quem habebit talem Ambaxiatam sive ad quod erit sive ad quem ierit vel ad quam per expensis comunis Pisarum nullus erit talis Ambaxiator deinde ad unum annum a die reversionis talis Ambaxiatoris mictendi prime conputando sine deliberatione dominorum priorum et Camerariorum saltem xxx[ta] presentium ex quibus saltem xx cum dominis prioribus sint concordes facto et obtento partito ad bussolas et fabas pena quingentarum librarum denariorum cuilibet contrafacienti et qualibet vice auferenda per maiorem sindicum (?) ad petitionem cuiuscumque formate (?) et de facto. Item addendo predicto capitulo statuerunt et ordinaverunt quod Cancellarius comunis Pisarum teneatur et debeat dare in scriptis cum subscriptione sua omnibus Ambaxiatoribus comunis Pisarum pacta Ambaxiatarum fiendarum per eos et dicti Ambaxiatores teneantur servare predicta pacta et quod dicti Ambaxiatores tempore quo redierint a dictis ambaxiatis teneantur facere scribi per Cancellarium dicti comunis relationem et responsionem quam fuerint de dictis Ambaxiatis quas fecerint ita quod semper in cancelleria dicti comunis reperiantur in scriptis dicte relationes et responsiones. Et nullus Ambaxiator eligi possit vel adsumi ad aliquam Ambaxiatam contra formam presentis capituli directe vel indirecte vel aliquo quesito colore pena dicto Cancellario et Ambaxiatoribus contrafacientibus ij[c] librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice qua contrafecerit de facto (?) maior [illegible] in futuro possit et debeat et repertum vel repertos culpabiles punire et dictam penam exigere et quilibet esse possit accusator.

Quod omnia pacta restitutionum (?) et statuta [illegible] comunis facta observentur [illegible]

Lxxxxviiij

Statuimus et ordinamus quod si aliqua persona corpus collegium vel universitas debet aliquid solvere comuni Pisarum in Camera dominorum massariorum vel Conservatorum Monete vel alterius camere dicti comunis vel alicui offitiali comunis Pisarum vigore alicuius statuti reformationis vel provisionis vel pactorum vel instrumentorum vigentium in comuni Pisarum ante publicationem presentium statutorum vel alicuius consuetudinis vel alio modo de quibus statutis provisionibus pactis et instrumentis non fieret expressa mentio in presenti volumine statutorum quod dicte provisiones reformationes et statuta instrumenta pacta et conventiones sint et esse intelligantur salva et reservata et remaneant in sui roboris firmitate ac si in presenti volumine statutorum essent per ordinem registrata aliquo non obstante.

De electione [illegible] offitialium armarii librorum comunis Pisarum

Quoniam expedit pro honore comunis Pisarum et pro utilitate et comodo specialium personarum quod ad custodiam Armarii librorum comunis Pisarum sint et esse debeant boni ydonei et legales viri ad hoc ut in ipsis libris et scripturis nulla fraus possit commicti asportari corrumpi vel vitiari. Statuimus et ordinamus quod deinceps ad custodiam dictorum librorum et scripturarum ponantur et eligantur et eligi debeant duo boni ydonei et legales viri de Civitate Pisarum de populo pisano ad sacchettum et per formam sacchetti et de sacchetulo extrahantur et publicentur et extrahi et publicari debeant in consilio populi de sex mensibus in sex mensibus quibus homines teneantur et debeant restituere

libros et claves dicti armarii et ea que ad eos p
venerint ratione dicti offitii. subcessoribus eorum
infra otto dies proximos post finitum eorum offitium cum
inventario quod fecerint ut infra dicetur. Et quod domini
priores et camerarii artium civitatis prisentis
qui pro tempore fuerint quotiens eis placuerit habeant auctoritatem
debitam et baliam eligendi unum vel duos bonos
et legales viros et etiam duos notarios sufficientes
qui notarii sint experti et consueti esse in dicto armario
qui debeant facere et scribere inventarium de
omnibus libris et scripturis ligatis et condepnationibus et
absolutionibus factarum et latarum per quoscumque offitiales
comunis prisentis a sexaginta annis citra qui et
que reperirentur in dicto armario quod inventa
rium debeat perfecisse infra tempus eis dandum
per priores et camerarios in cartis membranis et
auctenticare quod inventarium semper debeat
ibi remanere et teneantur offitiales dicti armarii sic
factum reassignare et poni facere et quod semper
per notarios principales dicti armarii pro tempore
futuro in dicto inventario semper libros quos
ipsi receperint tempore eorum offitii de condepnationibus
et absolutionibus describi et registrari facere et sic
facere teneantur subcessores subcessoribus in
successores sic procedat ad quod inventarium
faciendum et perficiendum teneantur dicti boni viri
et offitiales qui eligentur ut supra. Et habeant
et habere debeant dicti boni viri et dicti notarii electi
ad dictum inventarium faciendum a massariis comunis
prisentis pro eorum salario illud quod declarabitur per dictos
dominos priores et camerarios pro quolibet eorum in generali
post reassignationem dicti inventarii quod
salarium eis et cuilibet eorum massarii comunis prisentis solvere
teneantur sine alio precepto vel mandato auctoritate
vel mandato presentis legis visso solo ordinamento dictorum
dominorum priorum et camerariorum. Et in dicto inventario
aliqualis fiat mentio de tenore cuiuslibet libri et de tempore
et nominibus potestatis et capitanei et aliorum offitialium.
Qui boni homines et offitiales et notarii deputandi ad
dictum inventarium faciendum teneantur et debeant
dictum inventarium perfecisse infra tempus eis datum
per dictos dominos priores et camerarios pena dictis offitialibus
et notariis si negligentes fuerint in predictis et dictum in
ventarium non perfecerint infra dictum tempus pro quolibet
eorum ducentarum librarum denariorum. Qui boni homines et
offitiales super armario de ipsis libris faciant copiam

omnibus petentibus et volentibus. Et non sinant
dicti offitiales armarii quod dictum armarium intrent
alique gentes simul sed semper videant et sint presentes
quando fecerint copias aliquorum librorum dummodo non
permictant aliquo modo quod aliquis liber extrahatur
de dicto armario ad petitionem potestatis vel capitanei vel
alicuius alterius persone pena .C. librarum denariorum pro quolibet eorum
et qualibet vice qua contrafecerit ipsi vel alter eorum
Et de hoc expresse debeant sindicari salvo de scriptis
que pertinent extrahi per foram alicuius capituli contenti
in presenti volumine. Et salvo quod liber ordinamentorum
possit trahi cum licentia dominorum priorum artium
Salvo insuper tempore renovationis sacculorum quo
possint extrahi libri insacculatoribus opportuni.
Qui boni homines et offitiales dicti armarii habeant pro eorum
salario et labore pro quolibet eorum de sex mensibus in sex
menses duodecim florenos auri a massariis comunis prisentis
auctoritate presentis statuti sine alia apodixa precepto vel
mandato. Et volumus quod cum ipsis bonis
hominibus sint duo notarii eligendi per viam et modum
sachetti per offitiales qui erunt ad reponendum aliquos
sacculos offitialium dicti comunis. Et sint principales
notarii dicti armarii. Et quod dicti notarii durante
dicto offitio non habeant aliquod aliud offitium comunis
prisentis vel ab ipso comuni vel offitialibus ipsius comunis nisi
aliud haberent per viam sachetti sub pena centum
librarum denariorum que de facto debeat auferri sine processu
quod aliud offitium recipiat vel acceptent per maiorem
sindicum comunis prisentis auferenda. Et quod sindicus
maior dicti comunis prisentis teneatur et debeat inquirere et inquisitionem
facere de predictis et sindicare debeat dictos offitiales et
notarios secundum formam ordinamentorum loquentium de offitio
dicti sindici sive perceperint salarium pro dicto alio suo
offitio a comuni prisenti sive non. Et quod dicti notarii
et offitiales cogantur ad acceptationem dicti offitii
per potestatem et capitaneum infra tres dies a tempore publicationis
sive electionis facte de dictis offitiis. Et quod notarii
qui fuerint ab uno anno citra non possint poni
vel eligi in dicto offitio ipsi vel aliquis de domo
eorum simul habitans cum eo deinde ad tres annos.
Et quod dicti offitiales et notarii continue mane et
sero stare debeant in dicto armario et sui copiam
exibere omnibus volentibus aliquid inde habere et
copias et scripturas eorum facere. Et quod in dicto ar
mario esse debeant quinque notarii singulis sex
mensibus ad copiandum et exemplandum scripturas in dicto

armario existentes et copiaz exemplandiz petetib(us) Q(uan) quinque notarii infasculerint de fincepo et defasculis extrahant. s(ilicet) vnius porta et semel tm. possit q(ui)lib(et) not(arius) in vno fasculo infascularii et non vltra. Et recipere debeant pro eoru(m) mercede et salario pscriptura cuilib(et) carte duos sol(i)d(os) et sex den(arios) ad plus. Et q(uod) carta quelib(et) ad min(us) sit quadragenta virgulorum. Et q(uod) quotiensc(um)q(ue) aliquis Ciuis vellet suu(m) catasteu(m) videre et legere teneant(ur) d(ic)ti notarii copiaz librorum exibere absq(ue) aliqua solutione vt legere possint sub pen(a) decez libr(arum) den(ariorum) p(ro) q(u)olib(et) not(ario) requisito (con)trafacienti que pena sibi de facto debeat auferri p(er) maiore(m) syndicu(m) Ciuitatis pis(ane) Cui(us) pen(e) dictus offit(ialis) hat quartam ptem. Et si plus acceperint soluant nomine pen(e) p(ro) q(u)alib(et) vice qua (con)trafecerint et p(ro) q(u)olib(et) eoru(m) viginti quinq(ue) lib(ras) den(ariorum). et scripture exemplande et exhibende dicto armario que fient p(er) d(ic)tos copiatores adhibeat(ur) plena fides q(ue)admodu(m) direct(e) originali scripture dummodo subscribi debeat et publicari man(u) vni(us) ex notariis principalib(us) d(ic)ti armarii. qui pro dicta subscriptione aliquid petere vel accipere non p(re)sumat sub d(ic)ta pena quas subscriptiones facere teneant(ur) et debeant dicti principales notarii ad petitionez cuiuscumq(ue) petentis sub d(ic)ta pena.

De elevatione et positione libre. Rea.

Item q(uod) si aliquis Ciuis vel comitatensis pisan(us) vendiderit omnia sua bona vel Rem aliquam immobilez qua vendita nichil i(m)mobile sibi remansit si voluerit et petierit coraz offitialib(us) armarii se et ex catast(r)o et libra et o(mn)ia sua bona tolli cassari et eleuari de d(ic)to catastro possint d(ic)ti offitiales talia bona vendita vel in alio quocumq(ue) traslata emptorib(us) ipsaru(m) reruz vel alio titulo ipsas res acquirentib(us) ponere et acatastare in eoru(m) catastro et libra et ipsis ponentis et acatastratis de libro et catastro taliu(m) venditoruz vel alie trasferentiu(m) elleuare et cassare ita tamen q(uod) d(ic)ti offitiales talem venditionem facienti vel alie trasferenti omnia sua bona ex offitio catasteuz et libraz facere teneant(ur) videl(icet) si fuerit Ciuis quindecim lib(ras) ad grossas et si fuerit comitatensis quinq(ue) lib(ras) ad grossaz ita q(uod) nullus sine catastro debeat remanere. Saluo q(uod) ea que d(ic)ta sunt de libris ex offitio fiendis non vendicet sibi locuz in focularib(us) mortuis et absentib(us) ad quoru(m) cassationez et elleuationez procedi possit et debeat p(ro)ut in p(re)cedenti volumine est prouisum.

Q(uod) nulla mutatio libre fiat. s(ecundu)m h(oc) offit(ialis). Rea.

C y

Item q(uod) nulla mutatio diminutio vel augumentatio cancellatio vel descriptio de nouo vel aliquid aliud possit fieri de aliqua lib(r)a catastro seu extimo alicui(us) nisi de p(re)sentia consensu et voluntate offitialiuz d(ic)ti catastri qui p(ro) t(em)p(o)re fuerint vel alicui(us) seu aliquorum ex dictis offitialib(us) dicti catastri et nisi p(ri)mo ipsi vel alter eoru(m) declarauerint et decreuerint talem diminutionez augumentu(m) cancellationem seu ascriptionez debere fieri s(ecundu)m forma(m) statuti et ordinamentorum loquentiuz de d(ic)to catastro.

De terreno q(uo)d tollit alluuionez aq(ua)r(um) eleuando et ponendo. R.

C iy

Item q(uod) si p(er) inundationez vel alluuionez vel aquaru(m) impetu(m) terrenu(m) vel domus vel aliqua alia res alibrata vel seu acatastata alicui seu aliquib(us) tolleretur in totum vel in partez occuparetur q(uod) s(ecundu)m fide(m) legitima(m) de p(re)dictis p(ro)batione vel quinq(ue) testes fidedignos de libro et catastro ei(us) cui(us) fuerit talis res ablata aut occupata extra p(re)d(ic)te elleuet(ur) et remoueat(ur) in totum vel in partez p(ro)ut tales res ablataz vel occupataz (con)stiterit. Et si alicui aliq(uo)d terrenu(m) accreuerit p(er) alluuionez vel fluminis redditaz ponat(ur) tale terrenu(m) et addat(ur) ei cui accreuerit seu p(er)uenerit in comitatu pis(ano) et i(n) quantu(m) accreuerit. Et ille cui accreuerit vel obuenerit vel sic acquisiuerit terrenu(m) p(re)d(ic)tu(m) teneatur assignare infra sex mens(es) a t(em)p(o)re quo sic vt d(ictu)m est acquisiuerit modo p(re)d(ic)to qua assignatione facta p(re)d(ic)ti offitiales teneant(ur) facere dictuz terrenu(m) mensurari et extimari expens(is) adsignatis s(ecundu)m quaz extimationez in catastro ponat(ur) et accatastretur pena non assignanti et offitialib(us) in p(re)d(ic)tis negligentib(us) Cent(um) libr(arum) den(ariorum) p(ro) vice q(u)alibet qua fuerit (con)tra factu(m). Item volum(us) et ordinam(us) q(uod) si p(er) impetu(m) aquaru(m) dicte ... signamina alicui(us) essent appressa vel retenta p(er) aliquez vel in re alteri(us) remanserint q(uod) ea debeat

allorum que erant et restitui soluta competenti mercede illis qui apprenderent dicta lignamina.

De molendinis et gualcheriis ponendis in catastro. Rubrica.

c iiij

Item si per tempore venturo aliquis de novo edificaret aliquod molendinum seu gualcheriam in aliquo flumine rivo vel fossato quod postquam inceperit macinare molendinum vel gualcheria gualcare talis cuius esset teneatur et debeat id notificare offitialibus super armario et catastro comunis perusii. in dicto armario infra mensem et ipsi offitiales teneantur et debeant sibi domino talis molendini et gualcherie ipsum molendinum sive gualcheriam allibrare et accatastrare prout viderit convenire secundum pecos primo fructum sive eo quod fructare possit ipsum molendinum et gualcheria. Et si contingeret aliquod molendinum vel talem gualcheriam deficere vel adeo destrui quod fructus et redditus ex eis non perciperetur quod eo casu debeat extimatio talis molendini vel gualcherie tolli et cassari de catastro et libra eius cuius fuit facta coram dictis offitialibus armarii fide legitima de predictis. Et predicta locum habeant in habentibus iam molendinum et gualcheriam que in eorum catastro poni et describi faciant.

De domibus que non pensionantur elevandis et que pensionantur ponendis. Rubrica.

c v

Item quod domus seu camere allibrata vel allibrate ratione pensionis propterea quia non pensionarentur elleventur et minuantur de libra illius cuius allibrate forent facta fide de predictis per quatuor vel plures testes de vicinia qui deponant de publica voce et fama et per proprium iuramentum et secundum deliberationem fiendam per dictos offitiales catastri. Et si aliqua domus vel camera que esset allibrata ratione pensionis locata fuerit et pensionata pro minori pretio et quantitate quod talis domus vel camera in dicta extimatione defalcari et minui possit et debeat ita quod eius extimatio remaneat attenta mercede et pensione ipsarum. Et extimari debeant hoc modo videlicet [struck: site] et site in platea comunis perusii et in supramuro pro quibuslibet quinque libris quantitatis qua aliquis ex predictis domibus cameris et locis pensionaret centum libras denariorum. Site vero in strata regali civitatis perusii allibrentur et extimentur pro quibuslibet sex libris pensionis centum libras denariorum. Site vero in aliis quibuscumque locis extimentur et accatastrentur pro quibuslibet septem libris pensionis ipsarum centum libras denariorum. Et quod quilibet [struck: quilibet] qui voluerit infrascriptum pensionare vel pensionavit aliquam domum vel cameram vel locum non adsignatam nec scriptam vel que pro pensione vel artem exercendum in ea recepta fuisset teneatur et debeat infra mensem postquam ipsam domum cameram vel locum pensionavit assignare offitialibus armarii dicti catastri quam dicti offitiales catastri scribere seu scribi facere teneantur et ipsam et ipsum extimare secundum formam et modum statutorum loquentium de extimatione fienda domorum et camerarum et lochorum que pensionantur. Et si eam vel eum non assignaverit vel dominus est puniatur in vigintiquinque libras denariorum. Et nichilominus dictam rem assignare teneatur et sibi ascribatur. Statuimus insuper quod nulla domus vel camera possit adiudicari nec insolutum dari alicui creditori secundum dictas extimationes. sed extimari debent ac si non essent extimate secundum formam capituli de executione instrumentorum confessionatorum.

De pensione domorum assignanda et ponenda. Rubrica.

c vj

Item quod si aliquis domum ampliori pensione locaverit aliena vero minori pensione conduxerit tanto minus debeat assignare quantum est illud quod pensionis nomine pro aliena domo solvere est obligatus. Et ille qui pro domo sua predictam pensionem recepit in suo catastro addere et adsignare cogantur infra terminum et sub penis superius adsignatis

Quod comitatenses possint allibrari ubi habitant in comitatu. Rubrica.

c vij

Item si contingeret aliquem allibratum in aliquo castro vel villa ire ad habitandum ad aliquem alium locum castri vel ville comitatus perusii et ibi continue per duos annos habitaverit et domum comparaverit quod possit petere coram offitialibus armarii se allibrari vel accatastrari in locho ubi habitabit si in maiori loco ubi habitant habuit maiorem partem bonorum suorum accatastari et se elevari et eius libram cassari de loco unde discessit et

Qz universitates cast(ri) et villar(um) comitat(us) pis(ani) non cogantur pa(ti) sentent(ias) ex certo modo lata.

c viij

Item si contigerit aliquem accatastratum sive allibratum in catastro Civium et comitatensium occasione exbanimenti vel condepnationis recedere et se absentare et publicationis bonorum fiende vel facte ita quod bona sua non reperiant(ur) sup(er) quibus co(mmun)e pis(anum) seu co(mmun)e et universitas alicuius loci in quo reperiretur scripta libra illius talis absentantis vel recedentis vel decedentis condepnati ita quod p(re)dictis et collectis et aliis honeribus h(er)es regressum non possit quod universitas vel alius p(ro) tali libra nullatenus agravetur facta fide debita dep(re)dictis offitialibus dicti catastri et declaratione facta per eos secundum quod superius d(ictu)m est aliquo non obstante. Et p(re)dicta fiant ad petitionem cuiuslibet universitatis unde esset sive fuisset talis exbapnitus seu condepnatus vel qui recessit vel decessit aut se absentavit et etiam ad petitionem cuiuscumque cuius interesset seu interesse posset quoquo modo.

Qz notarii armarii licite additiones correctiones et alias scripturas facere libris existentibus in dicto armario. Rubrica.

c viiij

Item quod quilibet ex notariis deputatis vel deputandis ad scribendum additiones diminutiones eorum correctiones permutationes et alias scripturas ad eorum offitium spectantes causa offitii p(re)dicti in dicto armario et catastro co(mmun)is pis(ani) possit et sibi liceat impune et sine pena p(re)dicta omnia et scripturas quascumque ad eorum offitium spectantes scribere et cassare addere et minuere in libris quibuscumque et manu cuiuscumque notarii scriptis publicis vel non publicis non obstante quod manu ipsorum notariorum armarii scripti non apparerent vel essent dummodo ea que fecerint et scripserint fieri possint secundum formam ordinamentorum de offitio offitialium dicti armarii et catastri loquentium. Et dummodo fiant de voluntate consensu et mandato duorum ex eorum offitialium in concordia vel alterius eorum et aliter fieri non possint.

Qz si aliquis allibratus in libro et catastro ... alicui commisit ... pom(er)e fac(er)e ...

c x

Item quod si aliquis allibratus in libro et accatastratus in catastro co(mmun)is pis(ani) decesserit superstite sibi aliquo suo filio herede vel aliquo suo vel emancipato vel extraneo herede cuiuscumque conditionis existat et dictus heres velit suum nomen scribi et poni in catastro et libra decedentis cui successit. Quod offitiales armarii facta eis fide possint nomen decedentis tollere et cassare de libra p(re)dicta et nomen ipsius heredis ascribere et ponere in dicto catastro et libro aliquo non obstante. Et locum habeat quod talis heres non habet catastrum seu libram et si catastrum habet tunc bona sibi relicta ex sibi scribantur et ponantur in libra sua et catastro suo. Et tamen ipsa bona quam etiam nomen et pronomen libram et totum catastrum talis defuncti allibrati cassentur et eleventur de libra et catastro talis decedentis. Salvo ea que dicta sunt de nomine heredis loco nominis defuncti ponendo non vendicent sibi locum quod talis heres esset comitatensis vel forensis et succederet civi pisano vel esset forensis et succederet comitatensi vel esset comitatensis et succederet forensi in quibus casibus et quolibet dictorum casuum nomen heredis loco nominis defuncti ascribi non possit. Sed bona defuncti in catastro heredis facto vel fiendo si catastrum non habet poni et scribi debeant ut supra dictum est.

De nobilibus allibratis in comitatu allibrandis in Civitate. Rubrica.

c xj

Item statuimus et ordinamus quod omnes et singuli nobiles et nati p(ro)le militari ex paterna linea qui pater vel ancessores eorum reperirentur scripti in registro co(mmun)is pis(ani) facto de magnatibus et de natis p(ro)le militari ex paterna linea scripti pro nobilibus qui patres vel ancessores eorum allibrati sunt seu allibrati reperiuntur inter comitatenses et in dicto catastro comitatus et qui vel patres vel ancessores eorum in dictum catastrum scripti et allibrati in civitate pisana cum civibus pis(anis) cassentur et cancellentur et eorum libre et nomina tollantur et abolentur de dicto catastro comitatus per offitiales armarii co(mmun)is pis(ani) ad petitionem cuiuscumque ipsorum nobilium.

Et ponant et scribent et allibrent in villa, populo et parochia in qua fuerunt seu fuere, consueverunt libra ipsi vel patres vel antecessores eorum cum Civibus pristinis seu in qua bona eorum assignaverunt, aliquo alio generali vel speciali in contrarium loquente non obstante.

De nulla universitate possit inducere testes de ipsa universitate in eius favorem. Rubrica.

c xii

Preterea volumus quod nulla universitas alicuius castri vel ville comitatus vel districtus pisani possit nec debeat inducere in testes homines illius universitatis que habet causam vel questionem cum comuni pisano vel cum aliqua speciali persona coram offitialibus de maiis, nec ipsi testes admittantur pro ipsa universitate nec admicti valeant ullo modo. Et hoc intelligatur et sicut habetur si aliqua specialis persona causam habet cum comuni pisano vel cum aliquo alio et illa causa spectaret ad utilitatem universitatis de qua vult producere testes, quod de ipsa universitate ad qua utilitas cause possit spectare nullus debeat nec possit produci in testem nec admicti valeat ullo modo.

De [illegible] mensurationum possessionum [illegible]. Rubrica.

c xiii

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis de cetero conqueretur coram offitialibus de maiis qui sunt in mensuratione et mesuratoribus sive possessionum vel possessionum extra catastrum fuit, possint et teneantur dicti offitiales de maiis omnes et singulas possessiones talis conquerentis suis expensis facere revidere et mesurare et tales mesurationes ad veritatem reducere et libram et quantitatem mesure reducere augendo vel minuendo ipsam libram secundum quantitatem dicte mensure, super quibus mensuris revidendis et libris ad mensuram reducendis dicti boni homines de maiis plenam auctoritatem habeant et bayliam, aliquo non obstante.

De petitione sindici castri vel ville [illegible] mortui et absentis. Rubrica.

c xiiii

Item statuimus et ordinamus cum multi comitatenses, venditis et alienatis vel adiudicatis bonis suis personis non existentibus de suo castro vel villa, recessisse dicantur et de Civitate et comitatu pisano qui venire non possunt ad faciendum elevari de suo castro et castri vel ville catastro res alienatas seu venditas, et sic eo et alii homines dicti castri vel ville iniuste gravarentur de libra talis recedentis, quod sindicus talis castri vel ville possit operari coram offitialibus et notariis super de maiis et catastro deputatis, et dicti offitiales et notarii possint et debeant ad petitionem dicti sindici res et bona talis absentis et recedentis vendita seu alienata vel adiudicata in aliquem non existentem de eiusdem castri vel ville catastro, facta fide per instrumentum venditionis seu alienationis vel adiudicationis rerum predictarum, cassare, tollere, elevare et emictere vel alii acquirenti ponere et scribere, et idem fieri locum habeat in mortuis [illegible] in mobilibus quorum bona omnia ad exteros vel extraneos devenerint, et quod dicti offitiales de maiis vel alter eorum predicta facere teneantur et executioni mandare, facta eis fide legitima de predictis per quatuor testes etiam de eadem universitate.

De pena facientis fieri [illegible] libra [illegible] castri. Rubrica.

c xv

Item statuimus et ordinamus quod si quis comitatensis vel alius quicumque venderet vel alienaret vel alio modo transferret aliquam possessionem alicuius in fraudem vel fictitie ad essendum honus libre et factionum comunis pisani, quod talis venditor seu alienator et emptor seu acquisitor puniatur et condempnetur per potestatem et Capitaneum in ducentis libris denariorum, et nihilominus ipsam venditionem vel alienationem perdant et in comune deveniant et applicentur ipso iure.

De bonis restituendis et usufructuis rerum ponendis et allibrandis. Rubrica.

c xvi

Item statuimus et ordinamus quod dotes existentes in rebus inmobilibus restitute et que restituerentur debeant allibrari recipienti et illis quibus restitutio facta fuerit. Item quod poderia et possessiones quarum aliquis habet vel de cetero habebit usumfructum debeat allibrari illi tali usufructuario seu usufructuarie, et quod ipsi usufructuario vel usufructuarie si non habebit libram debeat libra de dictis rebus

fieri ita quod pro tempore perceptionis usufructus talis usufructuarius et usufructuaria solvat datas et collectas communis Perusii et cetera pro tempore faciat factiones et quod finito dicto usufructu tale podere et possessiones allibrentur secundum predictam libram et extimationem illi vel illis ad quos tale podere et possessiones reverterentur et de libra dicti usufructuarii debeant cassari et aboleri. Et predicta non intelligantur in emptoribus ad reddendum fructum et et usufructus quo ad predicta minime teneantur et

Qui habet domum propriam in qua exercet artem debeat sibi allibrari. Rubrica.

c xvij

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis exerceret artem in domo propria quod illa domus debeat allibrari et accatastari proinde ac si dictam domum locaret seu pensionaret habita consideratione ad redditum seu ad pensionem que ex dicta domo percipi posset.

Quod res empte vel extimationem debeant allibrari ementi secundum quantitatem pretii talis rei. Rubrica.

c xviij

Item ordinamus et statuimus quod possessiones que venduntur et alienantur vel permutantur que extimate sunt in catasto debeant extimari ementi et acquirenti secundum pretium et secundum quantitatem pretii et non minus aliquo non obstante.

De modo cassationis libre inter vendentes et ementes. Rubrica.

c xviiij

Item statuimus et ordinamus quod quicumque tam civis quam comitatensis Perusinus vel quicumque alius venderet vel alio quocumque modo alteri concessit aliquam rem sibi allibratam quod ad eius petitionem vel alterius cuius interesset seu sindici castri vel ville unde esset venditor vel concessor habita cedula venditionis seu concessionis talis rei vendite vel concesse offitiales armarii possint teneantur et debeant talem rem de libra vendentis vel cedentis elevare et cassare et ponere et describere in libra ementis vel alterius acquirentis. Et teneatur quilibet notarius ponens res aliquas in catasto alicuius tempore descriptionis sub brevitate facere mentionem de dicta descriptione iuxta rem predictam in margine in catasto ubi descripta reperitur ut dicta pro certo plena notitia habeatur pena x librarum denariorum pro qualibet vice qua contrafecerit. Dummodo si civis emit a comitatense antequam elevet de libro et catasto dicti comitatensis vendentis res vendita teneatur civis emens iurare ad sancta dei evangelia quod dicta venditio est vera et non ficta nec in fraudem facta. Et si dictis offitialibus armarii apparebit per testes fidedignos saltem per tres quod aliquis civis vel comitatensis possideret vere et non fictitie aliquam rem immobilem alterius allibratam et accatastratam et eius fructus perciperet et non alius quod habita fide de predictis ut supra dictum est ad petitionem illius in cuius libra et catasto talis res allibrata foret ipsa res debeat elevari tolli et cassari de libra illius cui allibrata esset et poni in libra possidentis citato prius tali possessore non obstante quod titulus possessionis vel cessionis non appareat.

Qualiter allibrentur mulieres cives que nubunt comitatensibus. Rubrica.

Item cum multi comitatenses habeant uxores cives vel que aliquando pro civibus haberentur et de iure sit quod uxor debeat sequi forum viri Statuimus quod si aliqua mulier que esset uxor alicuius comitatensis reperiretur et esset allibrata in civitate Perusii inter cives Perusinos et ipsa haberet in sua libra aliqua bona maxime acquisita ab aliquo comitatense post matrimonium contractum quod ipsa talis mulier debeat solvere pro ipsis bonis tamquam comitatensis et non ut civis et eidem domine dicta bona debeant scribi et allibrari in catasto mariti comitatensis si marito et ipsi domine placuerit si autem ipsi vel alter eorum contradixerint tunc offitiales armarii vel alter eorum ad petitionem cuiuscumque petentis teneantur et debeant libram tali uxori facere in comitatu in castro vel villa in quo vel qua eius maritus extitit allibratus et in dicta libra omnia sua bona scribere et ponere et scribi facere et constante matrimonio inter mulierem civem et maritum comitatensem dicta domina in comitatu pro suis bonis et ut comitatensis teneatur et debeat facere factiones. Soluto autem matrimonio per mortem viri ad petitionem talis domine offitiales armarii coram presentes vel alter eorum teneantur et debeant eius libram et

c xx.

omnia sua bona de comitatu et catastro comitatus tollere et elevare et in civitate ponere et scribere ~~ponere et scribere~~ et ipsam allibrare inter alios cives et cum civibus pisanis pena dictis offitialibus dermarum si negligentes fuerint in predictis pro quolibet eorum centum librarum denariorum.

Quod ... filii familias

c xxi

Item cum multi filii familias emerunt et acquisiverunt et emant et acquirant possessiones et bona alibi allibrata et accatastata et pro forma ordinamenti catasti ipsa bona in libra patris vel avi describi non possint sine voluntate et consensu eorum patris vel avi. Quod offitiales dermarum presentes et futuri possint et eis liceat si et in quantum pater vel avus ipsorum nollet consentire quod ipse res et bona in eorum libro et catasto ponerentur tales filios familias realiter vel personaliter cogere et gravare et cogi et gravari facere ad faciendum et fieri faciendum eis librum in illato debito si libram non haberent pro talibus bonis quesitis et querendis et quod offitiales catasti comitatus pisani vel alter eorum possint teneantur et debeant vinculo iuramenti et ad penam centum librarum denariorum ex eorum offitio ex librum et catastum facere de bonis predictis ipsis filiis familias non obstante ipsorum contradictione dummodo dicti offitiales primo requisiverint dictos filios familias et ipsi filii familias contradixerint sibi librum fieri. Et ipsi potestas et capitaneus et quicumque alius offitialis comitatus pisani teneatur et debeat pena centum librarum denariorum pro quolibet eorum et qualibet vice predictos filios familias libram non habentes realiter et personaliter cogere et gravare ad predictam libram fieri faciendum ad petitionem et voluntatem dictorum offitialium dermarum vel alterius cuius interesset. Et nichilominus non obstante eorum contumacia et absentia libra et catastrum dictis filiis famil. fieri possit et debeat ad petitionem cuiuscumque interesset et facta dicta libra poni possint et debeant bona ut superius predicta acquisita.

Offitiales dermarum teneantur dividere libras comitatus

c xxii

Item quod offitiales dermarum possint debeant et teneant dividere libras comitatus ad petitionem cuiuscumque allibratorum qui ad quem libram pertinet si divisim possiderent dividendo quantitatem libre pro parte bonorum cuilibet contingentis et ponendo describendo possessiones et res et extimationem ipsarum habiti et possidenti non in libram minuendo secundum formam ordinamenti infra quindecim dies a die petitionis pena dictis offitialibus centum librarum denariorum si negligentes fuerint in predictis non obstante additione consortis vel alterius. Et quia in aliquibus existentibus et pertinentiis villarum comitatus pisani fuerunt edificata et constructa una fortilitia in eodem districtu plures eiusdem ville et in futurum simile construi possint et addendo materiam ... de per se regendi et sindicos creandi et solvendi malla et damna data denuntiet potestati et capitaneo. Ideo volumus et statuimus quod dicti offitiales dermarum teneantur et debeant ad petitionem cuiuscumque petentis pena v. librarum denariorum focularia et catastum ac territorium dicte ville in quo dicte fortilitia sunt creata in futurum creabuntur dividere et separatim accatastare quodlibet castrum de per se cum bonis adiacentibus et contribuentibus ad dicta fortilitia secundum declarationem fiende per homines ex alto ex dictis castris eo modo et forma prout et sicut pisanum fuit vel fuerit per dominos priores et camerarios dicte civitatis pisane aliquo non obstante.

Quod quilibet allibretur in porta et parrochia ubi habitat

c xxiii

Item statuimus et ordinamus quod unusquisque habens libram suam in parte in qua habitat et moratur sub sua parrochia domum habet in parte aliam vero habitat in parte ubi domus libra fiat. Si autem in diversis portis vel partibus domos habet in parte et aliam in parte ubi habitet sit in allibrando electione in qua dictarum portis et parrochiis voluit allibrari. Et si non habitant in civitate allibretur in ipsa parte et porta in qua retroactis temporibus consueverunt allibrari. Omnium non habitantes debeat infra mensem a tempore ... expense offitialium dermarum fiend

ydonee satisdare p fideiuss Civez et de pplo Perusino de solvendo datas et collectas et alia honera expedire que sibi imponent et immunebunt tpbs quinque annorum prie venturorum post dictam satisdationem que satisdationes debeant p notarios offitialium catastri scribi in uno libro fiendo per se de omnibus satisdationibus que satisdationes re novent in uno libro fiendo de quinquennio in quinquennium secundum modum predictum et quicumque satisdationes non prestiterit ut dictum est habeatur pro non alibrato et forense et hec si domum non habuit in Civitate vel burgis civitatis Perusii. Et si aliquis fuit alibratus in aliquo locho qui non haberet domum propriam et iret ad habitandum ad aliam portam vel parochiam teneantur predicti offitialibus armarii comunis Perusii existentibus. Qui offitiales teneantur libram mutare et scribere inter libras illius porte et parochie in qua iverit ad habitandum. Et quotiens in diversa porta et parochia mutaverit habitationem totiens fiat predictio et mutatio predicta. Que predictio fieri debeat per dictos mutantes dictam habitationem infra quindecim dies postquam mutaverit habitationem predictam.

Qd nullus allibratus in catasto comunis Perusii possit coram [aliquo] non subiectus ad restituendum res in suo catastro descriptas. Rubrica.

c. xxiiii

Item statuimus et ordinamus quod nullus allibratus in catastro comunis Perusii possit coram p aliquem principale non subiectum iurisdictioni potestatis et Capitanei Civitatis Perusii vel p aliquem subiectum habentem ius secundum causam a dicto non subiecto modo aliquo ad restituendum res in suo catastro descriptas vel aliquam ipsarum nec eam seu alterius earum possessionem. Et quod nullus iudex comunis Perusii debeat audire nec intelligere aliquem principalem non subiectum vel subiectum causam habentem a non subiecto causam vel molestiam inferentem contra aliquem allibratum in dicto catastro de rebus seu super rebus in dicto catastro descriptis. Et quod omnibus et singulis offitialibus et iudicibus comunis Perusii sit et esse intelligatur adempta omnis iurisdictio et cognitio de predictis. Et hoc statutum locum non habeat in illis principalibus non subiectis iurisdictioni potestatis et Capitanei civitatis Perusii pro quibus promicteret et satisdaret offitialibus armarii comunis Perusii recipienti pro ipso comuni pleonos et sufficientes perusinos et in ipsa Civitate seu burgis habitantes divites et libram habentes pro quolibet eorum a mille libre supra de solvendo et quod solvent infuturum omnes et singulas datas et collectas et alias faciant factiones imponendas pro comuni Perusii pro rebus secundum extimationem rerum que nunc in dicto catastro repiunt pro aliis rebus in dicto catastro descriptis. Quas dicti non subiecti peterent seu petere vellent vel possessionem ipsarum rerum restitui dicti quacumque personam in catastro predicto. Et eo casu quo optineret in causa dicti non subiecti tales res debeant poni in libra talis fideiuss ita quod nulla fraus committi possit in solutione datarum et collectarum. Et hec fieri faciat infra quindecim dies a die late sententie a qua non esset appellatum et si appellatum esset a die finite appellationis aliter executio finita sit nulla et pro nulla habeatur.

Qd quicumque fuerit allibratus in duobus locis eius libra reducatur in uno locho. Rubrica.

Item si aliquis comitatensis esset allibratus in duobus vel pluribus castris vel villis quod tota eius libra reducatur et sibi fiat in catastro vel villa in qua familiariter habitavit pluribus annis utriusque partis vel existentibus. c. xxv

Qd offitiales [illegible] armarii omni [illegible] teneantur [illegible] esse facere copiam. Rubrica.

Item quod dicti offitiales et notarii armarii teneantur et debeant omni die in quo non esset aliquod solempne festum non obstante quod essent ferie esse et debere copiam facere in dicto armario et de armario et de registro omnibus petentibus. Et predicta facere et exequi et executioni mandare pena decem librarum denariorum et sacramenti pro quolibet eorum et die quo non fuerint et steterint in dicto armario ut dictum est nisi iustam excusationem habuerint. Et ad predicta exequenda facienda et complenda potestatem et Capitaneum et alios offitiales comunis Perusii personaliter et realiter cogant et compellant ad petitionem cuiuscumque et addictam penam solvendam in casu in quo dicti offitiales armarii contrafecerit ipsi vel alter eorum cogi et compelli possit et debeat c. xxvi

per quoscumque offitiales communis Pisarum ex officio
eorum et ad petitionem cuiuscumque petentis. et

[margin: comitatensis non habens libram possit se allibrari et libra fieri. Rubrica.]

CXXVII Item quod si aliquis comitatensis vel
allibratus in comitatu ex forma vel vigore
dictorum ordinamentorum vel eorum executione remanet
sine libra et etiam quicumque alius comitatensis
libram non habens possit se facere allibrari per dictos
bonos homines vel offitiales super libris faciendis
deputatos vel deputandos in castro vel villa
in quo vel qua consuevit vel voluerit habi-
tare nisi haberet bona immobilia alibi quo
casu describatur et allibretur inter homines castri
vel ville ubi ipsa bona vel maiorem partem suorum
bonorum immobilium haberet semper intelligendo quod fac-
tiones personales faciant ubi habitant non
obstante quod alibi sint allibrati.

[margin: et semper maius pretium ponatur in catasto. Rubrica.]

CXXVIII Statuimus et ordinamus quod predicti offitiales
Dermanii in descriptionibus extimationum
ponant pretium si fuit maius quam extimatio et
si extimatio fuit maior pretio ponatur extimatio
ita quod semper maior quantitas describatur et allibretur.

[margin: de focularibus mortuorum absentatorum et depauperatorum cassandis et elevandis. Rubrica.]

CXXVIIII Quia sindici castrorum et villarum comitatus
Pisarum ex forma alicuius ordinamenti de venditione
alienatione translatione et adiustatione pos-
sessionum et rerum bonorum et personarum mortuorum
absentatorum et depauperatorum et ambulatorum
eorum universitatis tenentur fidem facere offitia-
libus Dermanii et catasti communis Pisarum adhoc ut
dicte res et possessiones de ipsa libra et catasto ele-
ventur et acquirenti seu dictas res possidenti
in suo catasto ponantur et scribantur et talem
probationem et fidem facere per publicum instrumentum resul-
tet maximum dampnum et dispendium comitatensium
predictorum propter resistentiam et conditiones quam
eis faciunt res et possessiones huiusmodi possidentes
volentes evitare dictas res in eorum catasto
apponi et propter aliquorum notariorum voraginem qui dictum

et extorquentium pro editione sive confectione
dictorum instrumentorum a dictis comitatensibus magna
salaria et intollerabilia. Idcirco statuimus
et ordinamus quod ad probationem predictam faciendam
sufficiat plena probatione et fide habita ne
et in futurum si possessores vel acquisitores talium
possessionum sive rerum que dicerentur vel
essent vendite alienate predictos comitatenses
vel in alium translate seu in alterum iudicate
fiunt citati et requisiti per baiulum communis Pisarum
semel personaliter vel bis ad domum sue solite
habitationis ad petitionem sindici universitatis
dictorum castrorum et villarum vel alterius cuius interesset
ex parte dictorum offitialium Dermanii et catasti supradicti
cum cedula citationis scribenda per aliquem ex notariis
dictorum offitialium ut talis requisitus et citatus
coram eis debeat in certo tempore comparere ad dicendum
et allegandum quicquid vult et potest de iure quare
sibi non debeat talis possessio sive res
elevanda in suo catastro apponi. Et siquidem
modo et termino coram dictis offitialibus non compa-
ruerit et non contradixerit vel causam contradicendi
rationabilem non pretenderit cuius cause cognitio
remaneat in arbitrio offitialium predictorum cum
illo consilio quod eis videbitur et placebit quod
extunc predicti offitiales ad ellevationem
et probationem talis possessionis sive rei libere
procedant et si talis acquisitor vel possessor
non esset talis persona que de iure possit
allibrari quod ad huiusmodi probatione et ellevatione
per dictos offitiales minime procedatur semper intelli-
gatur dicta res remanere censualis et tributaria
prestantiis et collectis et aliis factionibus communis Pisarum
non obstante ordinamento seu statuto
quo cavetur quod sindici castrorum et villarum
teneantur fidem facere de dictis venditionibus
alienationibus et adiustationibus per publicum instrumentum
vel alio modo legitime. Et teneantur et debeant
dicti offitiales Dermanii facta ellevatione et cassatione
omnium bonorum in suo catastro descriptorum et habita
fide legitima de morte seu absentatione vel depau-
peratione talium allibratorum cassare et cancellare
focularia huiusmodi mortuorum absentatorum vel
depauperatorum ad petitionem sindici castri vel ville vel alterius
cuius interesset.

De privilegiis et licteris existentibus in armario exemplandis. Rubrica.

CXXX Cum in quadam capsa existenti in armario
communis Pistorii multa privilegia lictere et instrumenta
reperiantur utilia et solepnia communis Pistorii que et
eorum effectus a pluribus ignorantur et hec redundat
in preiudicium et diminutionem iurisdictionis communis
Pistorii. Statuimus et ordinamus quod dicta privi-
legia lictere et instrumenta utilia et solepnia pro communi Pistorii
exemplentur et exemplari debeant in cartis pe-
cudinis per bonos notarios deputandos per
offitiales armarii communis Pistorii cum salario per
dictos offitiales dictis notariis deputando
et solvendo per massarios communis Pistorii ad requisitionem
preceptum dictorum offitialium, pena in dictis
offitiales armarii quod dictus massarius L. librarum denariorum
pro quolibet eorum si fuerint negligentes in predictis.

Quod offitiales armarii teneantur libras facere ... petentibus. Rubrica.

CXXXI Cum multi pistorienses tam de civitate quam de comitatu
et etiam forenses non habeant libram in
civitate vel comitatu Pistorii nec reperiantur scripti
in libra et catastro dicti communis Pistorii et vellent
dicti tales non allibrati se facere allibrari
in civitate et comitatu Pistorii quibus libra
fieri debet secundum formam ordinamentorum communis
Pistorii et si allibrarent et eis libra fieret communi
Pistorii resultaret utilitas et incrementum et
exinde pecunia veniret in communi. Ideoque sta-
tuimus et ordinamus quod offitiales armarii
communis Pistorii presentes et futuri et eorum notarius de
mandato ipsorum offitialium possint et eis liceat
teneantur et debeant facere libram ipsis non
habentibus libram in civitate vel comitatu scilicet
civibus in civitate vel burgis et forensibus
in civitate inter forenses tantum si in civitate
habitarent, si vero habitarent in comitatu tunc in comitatu
ubi habitant eis libra fieri debeat et comitatensibus
in comitatu ad petitionem cuiuscumque personis que
habent tenent et possident seu que dicerent se
habere et possidere secundum formam extimationis ipsorum
bonorum reductorum pro quolibet miliario ad centenarium
et abinde infra prout est hactenus consuetum.

De forma servanda in allibratione comitatensium in civitate.

Salvo quod ~~comiti~~ comitatensibus Pistorii seu civitatensibus
filiis qui habitaverint familiariter in civitate
Pistorii per tempus viginti annorum libram non
habentibus et allibrari volentibus in civitate et
inter cives pistorienses libram facere teneantur
dummodo sint artifices alicuius artis seu ministerii.
Illis autem comitatensibus qui habitaverint familiariter
in dicta civitate per tempus decem annorum
qui sint artifices alicuius artis seu ministerii
libram non habentibus et allibrari volentibus ipsam
libram faciant inter absentatos recepta prius
fide de predictis omnibus per testes predictos. Dummodo
predictos comitatenses allibrare non accatastrare
possint in civitate nisi cum deliberatione et voluntate
dominorum priorum et camerariorum dictorum civitatis Pistorii
et obtineatur per XXVI. cum mocodia ad minus
ad bussolas et fabas. Et aliter et alio modo dicta
allibratio et receptio ~~fieri~~ fieri non debeat pena
dictis offitialibus et notario aliter allibrantibus et describentibus
V. librarum denariorum eis de facto auferenda. Et
si contingeret quod aliquis ex predictis allibrandis non
possideret vel diceret se non possidere aliqua
bona stabilia et extimata in catastro communis Pistorii
teneantur eisdem civibus et forensibus facere
libram ad minus viginti quinque librarum denariorum. et
comitatensibus quinque librarum pro quolibet et accipiat
ab ipsis civibus et forensibus allibrandis non
habentibus domos in civitate et forensibus fideiussores
de civitate ydoneum. de solvendo datias et collectas
et aliis subeundis honeribus imponendis pro
communi Pistorii. Et quia multi decesserunt relictis
eorum bonis que bona vel ad alios pervenerunt
tam ex testamento quam ex successione ab intestato
vel alio modo vel titulo sive causa. Et
conveniens sit quod huiusmodi bona ipsis succedentibus
vel aliis possidentibus describantur providerunt
statuerunt et ordinaverunt quod ad petitionem cuiuscumque
talis succedentis vel possidentibus quecumque bona
tam ex successione quam ex quocumque alio titulo et
alia causa que ipsi succedentes vel alii quicumque
possideant seu dicerent se possidere ex causis
predictis vel alia quacumque de causa eis et in eorum
libra describantur et ponantur si libram haberet alioquin
nova ipsorum succedentium. Et cives loco civium
forenses loco forensium scribantur et ponantur per ipsos
offitiales armarii et eorum notarium de mandato ipsorum

offitialium lecto nominum dictorum defunctorum
in quorum bonis tales describendi succes
sisse appareret vel ipsa bona dicent se possi
dere ex quacumque successione. Et teneantur
et debeant ipsis ipsa bonis descriptis et positis
in libra et catastro talium succedentium vel ipsa
bona possidentium quocumque titulo ipsi offitiales
et eorum notarii de mandato ipsorum offitialium cassare
et abolere et cassari et aboleri facere de catastro
communis predicti nomina et propria bona et libram ipsorum
primo allibratorum defunctorum. Et quia plerumque
contingit quod domine et mulieres reperiuntur allibrate
et acatastrate in libra et catastro dicti communis
et postea nuptui tradunt et dant seu promic
tunt dare ipse vel alius pro eis in dotem viris suis
vel alteri de domo mariti si maritus allibratus
non esset bona ipsorum et cum eorum viris et
maritis morantur et habitant et cum mens
non sit quod uxor libram habeat separatam a viro
providerunt et ordinaverunt ex auctoritate
et arbitrio eisdem concessis quod facta fide per instrumenta
publica sive per cedulas offitiorum de huiusmodi datione
vel promissione in dotem eorum predictorum dotalium
ad petitionem viri et uxoris vel de ipsorum voluntate
teneantur et debeant ipsa bona describere describi
et ponere et describi et poni facere in libro et catastro
dicti viri vel alterius de domo viri si vir allibratus
non foret et augere libram dicti viri vel
alterius de domo sua secundum extimationem bonorum
datorum vel promissorum in dotem et nomen dicte domine
vel alterius mulieris libram dicta bona allibrata forent
bona et libram elevare et cassare et elevari et
cassari facere de dicta libra et catastro pena dictis
offitialibus et eorum notariis et si contra facerent
in predictis ducentarum librarum denariorum pro quolibet
vice et quolibet eorum que pena eis de facto
auferatur per potestatem et capitaneum et alios offitiales
dicti communis vel alterius eorum ad petitionem cuiuscumque
petentis. Possint et poni et describi in catastro
viri et mariti vel alterius de domo mariti si
maritus libram non habet bona quecumque dotis uxoris
ad petitionem dicti mariti si de dicte uxoris processerit
voluntate et ex fructibus dictorum bonorum possit dictus
maritus solvere datas et collectas pro bonis in dicto
catastro describendis.

Item statuimus et ordinamus quod dicti
offitiales camerarii presentes et futuri vel alter
eorum ad petitionem cuiuscumque petentis et dicentis
se possidere ex quacumque titulo et quacumque de causa
teneantur et debeant ponere et scribere in libra talis
petentis et dicentis se possidere aliqua bona
stabilia cum extimatione et confinibus secundum quod in
camerario reperitur et augere libram illius cui ipsa
bona describerent statim facta presentatione et
elevare cassare et cancellare de libra illius
cui dicta bona essent descripta ad petitionem
cuiuscumque cuius interesset sine redditione rationis
partium dictarum rerum. Et predicta locum habeant in presentibus
preteritis et futuris aliquo non obstante sub dicta pena
dictis offitialibus si secus facerent. Dum modo hoc
capitulum locum non habeat in illis comitatensibus
qui non solverint impositas eis factas pro utilitate
venienda quousque solverint dictas impositas eis factas.

De salario notariorum existentium in camerario et de cassatione [illegible] quarundam [illegible] et de libris faciendo non [illegible] [illegible] aliquas [illegible] [illegible]

Item statuimus et ordinamus quod de
ostensione aliquarum scripturarum et dicto ca
merario existentium dicti ostendentes non accipiant cxxxvi
ultra .xii. denarios pro quolibet libro vel scriptura
sub pena in superiori precedenti capitulo contenta.
Volumus et ordinamus quod quicumque notarius
vel alius qui fuisset ad custodiam dictorum librorum
pro tempore preterito et maxime a duobus annis citra
et ad dictum offitium et de ipso camerario exstitisset
seu penes se haberet aliquas scripturas seu libros
quacumque ratione vel causa illas scripturas vel libros
teneatur et debeat restituere et reassignare dictis
offitialibus et in dicto camerario ponere et dimictere
infra otto dies a die publicationis statutorum
alias ex nunc teneatur dare et solvere communi predicto pro pe
na centum librarum denariorum in quibus debeat condempnari
per sindicatorem tempore sindicatus et si de hoc
non fuerit expresse sindicatus possit sindicari
per quolibet offitiales communis predicti et quilibet
possit esse accusator et habeat dimidiam
dicti banni. Preterea volumus quod
fiet solutio alicui condempnato aliquo fuit
de carceribus communis predicti amore dei in aliqua.

cxxxv

festivitate legitime relaxatus ipsa condempnatio de dictis
libris ~~condempnatio~~ debeat cancellari. Propterea cance-
llatione in libro dictarum condempnationum dicti notarii
principales scribere teneantur et debeant in margine
dicti libri causam quare dicta condempnatio fuit
cassa vel cancellata et annum et diem dicte
cancellationis pena notario contrafacienti C librarum.
Et nichilominus fiat et fieri debeat unus liber
per se in quo ponantur scribantur et registrentur
nomina et pronomina hominum et personarum qui et que
exibunt et excarcerabuntur de carceribus communis Perusii
amore dei et dictum registrum ibidem perpetuo debeat
conservari. Et dictus liber fiat in cartis membranis
qui emantur per massarios communis Perusii et ligetur in-
tra tabulas lignorum ad penam et sub pena predicta.
Et denuntiator quilibet possit esse accusator et habeat
medietatem. Statuimus etiam quod
seu deinceps nulla condempnatio processus vel
exbapnimentum de aliquo habito vel facto
vel habendum vel faciendum causa alicuius
malefitii possit nec debeat per offitiales camere
vel per aliquem alium cassari vel cancellari et
tolli vel aboleri de libro communis Perusii et de camera
dicti communis vel aliunde nisi dumtaxat si con-
dempnatio soluta esset vel solveretur communi Perusii
vel massario dicti communis pro ipso communi recipienti
vel nisi ipsa condempnatio esset cassa vel annul-
lata per adunantiam generalem civitatis Perusii
vel habentem arbitrium ab ipsa adunantia vel
quicumque qui vigore adunantie generalis esset
de carceribus communis Perusii relaxatus vel si talis condempnatus
fuit detentus in carceribus communis Perusii pro condempnatione
de eo facta et postea fuit amore dei per offitiales
communis Perusii secundum formam statuti dicti communis vel qua-
cumque alia de causa per offitiales dicti communis habentes
arbitrium de ipsis carceribus liberatus exemptus et
extractus in quibus casibus et quolibet predictorum ipsa
condempnatio cassari et cancellari possit per notarios
dicte camere camerariorum et presentiam offitialium ipsius
camere qui notarii in dicta cassatione diligenter
ponere et scribere teneantur rationem et causam dicte cas-
sationis et per quam ipsa cassatio celebratur. Et predicta
locum habeant non solum in exeundis et relaxandis
in futurum sed etiam in quibuscumque preteritum exactis
et relaxatis de dictis carceribus quocumque modo fuerit

vel causa pacis Perusii vel per quoscumque offitiales habentes
auctoritatem et arbitrium a dicto communi vel talis condempnatus de car-
ceribus communis Perusii amore dei esset relaxatus ut pre-
dictum est secundum formam statutorum. Et si secus cassaret
vel cancellaret non valeat nec teneat ipso iure
et habeatur pro non facta. Teneantur quoque possint
et valeant dicti offitiales et eorum notarii principales cas-
sare cancellare et annullare omnes et singulas condempnationes
et banna illorum qui a predictis condempnationibus et bapnis
fuissent legitime absoluti liberati et exbapniti ab anno
m.ccc.lxxxviii die kalendarum mensis augusti citra
iusta et secundum formam de rebapnitionis liberationis
et absolutionis non obstante lapsu termini dati et
prefixi ad faciendum cassari dictas condempnationes
et eorum bapna. Et quod offitiales camere et alii
qui condempnationes processus et banna cassarent vel
cancellarent contra formam predictam puniantur ea
pena qua puniri debet talis condempnatus cuius
condempnationem cassarent vel cancellarent et ut
falsarius condempnetur. Volumus insuper declarantes
quod quicumque qui hactenus ex causa statuti fuisset per
formam iuris vel hominis condempnatus tamquam rebellis et
in rebellione positus et postea restitutus et reintegratus
ad civilitatem et civilitatis beneficium committeret
aliquod delictum personale vel reale et ex causa
predicta veniret pena augumentata per formam
alicuius statuti communis Perusii. Et si tempore commissi
delicti talis restitutus vel reintegratus gaudeat ben-
efitio civilitatis et integra communis esset restitutus quod tunc
et eo casu pro tali delicto nulla pena debeat augumentari
sed puniri debeat penis in statutis communis Perusii contentis
ac si nunquam condempnatus fuisset. Item ad hoc ut
unusquisque solvat datas et collectas pro rebus quas
possidet. Statuimus et ordinamus quod si contigerit
aliquem scriptum seu allibratum in catastro civium
vel absentatorum de comitatu seu comitatensium civitatis
Perusii vel inter forenses allibratos in libris camere
predicti vel aliquo ex dictis libris per alienationem
seu quocumque alio modo aliquas suas possessiones
et res seu iura et rationes que et quas habet
pro rebus immobilibus tantum. Et in dicto catastro
sibi adscriptas in suo catastro et extimo seu libra

partes malium seu alios transferre quocumque modo titulo vel iure, inter vivos vel causa mortis vel quacumque de causa. Et tales res iura et actiones et eorum extimationes talium rerum et actionum alienatarum seu malium vel alios translatarum vel quoquo titulo et modo ad alium pervenientes vel alterius cuius interesset debeant offitiales dominii et eorum notarios vel alium eorum ad petitionem petentis cuius interesset de libro et extimo seu catastro talium alienantium seu in alium transferentium elevari et tolli et dimitti et ascribi poni et describi in libro seu catastro et extimo illorum in quos dicte res et possessiones quocumque modo pervenissent seu quocumque titulo et causa acquisivissent si essent tales persone que libra seu catastrum haberent. Et si catastrum non haberent predicti offitiales ad petitionem predictorum alienantium librum et catastrum facere debeant predictis et quos dicte possessiones et actiones et iura essent translate in quo catastro predicte res et actiones sic alienate seu translate et extimationes ipsarum per dictos offitiales et eorum notarios vel alterum eorum poni debeant. Et si tales quibus de novo novum catastrum fiet domum in civitate vel comitatu Pisarum ipse pater vel avus eius non haberet teneatur et debeat antequam catastrum sibi fiat dicte fideiussores de solvendo datas et collectas que imponerentur per comune Pisarum vel offitiales ipsius comunis ad quem fideiussorem dandum predicti offitiales appellant et appellare teneantur eundem. Et si tales ad quem dicte res pervenerint pater vel avus haberet et pater vel avus vellet quod res predicte in eorum vel alterius eorum catastro ponerentur. Et tales res in eorum catastro poni et adscribi debeant et eorum libra augeri dummodo predicti pater et avus et illi ad quos dicte res pervenerint volunt et consentiunt et aliter non. Insuper volumus quod maior sindicus fidei iustitie et dapnorum datorum vel aliquis alius offitialis forensis comunis Pisarum non possit nec audeat vel presumat se intromittere vel cognoscere in aliqua cognitione vel iurisdictionem habere per viam appellationis vel quocumque super aliqua causa petitione vel questione pertinente ad offitium catastri et offitialium catastri dominii comunis Pisarum mota vel movenda porrecta vel porrigenda. Sed omnis cognitio et iurisdictio dicto maiori sindico et aliis offitialibus forensibus quo ad predicta pro tempore futuro et in causis et questionibus movendis intelligatur esse et sit adempta vigore presentis statuti pena dicto maiori sindico et quolibet alii offitiali forensi se intromittenti vel cognoscenti seu procedenti quod dictam formam in predictis libre . . . pro quolibet in qua pena predictos sindi catorem ex offitio sindicatorum vel ad petitionem cuiuscumque debeant condempnare et de facto et de pari et quicquid secus factum fuerit vel fieret non valeat nec teneat ullo modo sed sit et esse intelligatur nullius efficacie et valoris.

Quod ut filii forensium . . . in libro civium . . .

C XXXIIII

Item statuimus et ordinamus quod filii forensium qui filii nati sint in civitate Pisarum et quorum patres mortui sint et libram habent in ipsa civitate ponantur et scribantur et acatastrentur in libris civium Pisarum eorum quemadmodum veri cives Pisarum in omnibus constringendo homines ipsorum et eorum libra et catastrum patrum ipsorum tolli elevari et cassari de libro forensium et ipsis filiis poni et scribi in libra civium filiorum ponatur expresse unde et de quo loco fuerunt patres talium filiorum et patre vero ipsorum filiorum vivente non possit nec debeat dictis filiis fieri libra vel acatastratio in civitate modo aliquo seu forma. Et ne fraudibus . . . veterum filii aretinorum qui nati sunt in civitate Pisarum et quorum patres mortui sunt et libram habent ex forma ordinamentorum et statutorum ad ipsius civitatis . . . admictantur obstantibus quibuslibet . . . legibus comunis Pisarum ad omnem dubium removendum. Statuimus et ordinamus et reformamus quod presens statutum locum habeat et se extendat ad filios aretinorum predictorum

monibus et pena predicta et sicut se extendit
et locum habet ad filios forensium aliquo capitulo
vel statuto in contrarium loquente non obstante

Quod fiat libra civibus et comitatensibus. Rubrica.

c xxxv

Item statuimus et ordinamus quod civibus
presentibus et allibratis in civitate et
etiam forensibus allibratis in civitate presentibus
vel allibratis inter absentatos de comitatu
fiat et fieri debeat libra Et facta esse
intelligatur ad minus xxv. librarum ad grossam
Et comitatensibus presentibus et allibra-
tis in comitatu fiat et fieri debeat libra
quarum librarum ad grossam ad minus et si sta[...]
reperiret factum tollatur et reducatur ad debitam
libram modo predicto per offitiales armarii libro-
rum presentium pena centum librarum denariorum pro quolibet
eorum aliquo non obstante.

Quod possint corrigi errores calculi. Rubrica.

c xxxvi

Item statuimus ordinamus et reformamus
quod si error evidens appareret in calculo
librae librae civium et comitatensium presentium
et habitantium in civitate vel comitatu presenti
vel librarum inititarum in ipsa civitate vel comitatu
quod fiatur veritati tamen firmitas quales assi-
gnationes et extimationes bonorum et done
veritatem reducatur non obstante errore
calculi nec aliquo alio quod in contrarium loqueretur
Volumus etiam quod libra mortua que fieret
alicui extra quod bona stabilia in suo catastro
describi fecerit, ita tamen quod semper libra ad minus
remaneat .xxv. librarum ad grossam et predicta esse
fiant ad petitionem ipsius allibrati.

De erroribus corrigendis superioribus. Rubrica.

c xxxvii

Item cum propter multas varietates et in-
firmitas personarum ... et in ex-
timationem ... potuerunt de facili plures
errores occurre in factione ordinatione et descrip-
tione catastri novi tam ex parte offitialium ordi-
natium catastrum quam etiam ex parte scribentium

adhuc ne dicti Errores possint in aliquo alicui
vel aliquibus preiudicium inferre. Ideirco statuimus
et reformamus. Quod offitiales vel deputandi in
armario librorum presentium possint teneantur et
debeant errores quos invenierint occurrisse vel
occurre contingerit in futurum tam circa personas
honoratorum in dicto catastro quod esset aliquis bis
positus vel descriptus in dicto catastro ultra quam
esse debet vel quia quod aliqua res esset bis scripta
vel quod ipsa res esset adscripta et extimata
duobus in totum vel quod aliqua persona esset de-
scripta pro alia vel quod aliqua res esset scripta
in duobus locis ultra quam esse debet vel quod aliqua
res esset scripta unius persone et describi alterius
persone alii debuisset vel quod esset erratum in
nomine vel prenomine vel quod esset erratum in men-
suris et extimationibus possessionum et verum
extimatarum per ipsos offitiales vel quod aliquis
bona sua assignasset et registrari et accatastari
non fuisset in libris dicti novi catastri vel
aliter vel alio modo et quacumque ratione vel causa
error appareret ex eorum arbitrio et offitio corrigere
emendare et ad veritatem debitam reducere
ad petitionem petentis vel eorum offitio summarie
et sine strepitu et figura iuditii non obstante
aliquo capitulo precedente vel sequente vel aliquo
alio quod in contrarium loqueretur.

Quod liceat augere libram. Rubrica.

c xxxviii

Item considerantes quod augere libram et
catastrum civium et comitatensium presentium
corpori presenti evidens utilitas sit et appareat et
ad manutentionem et conservationem dicti cas-
catastri pertineat evidenter. Ideirco statuimus
et ordinamus quod offitiales armarii librorum
eorum presentium qui pro tempore fuerint teneantur et debeant
ad penam centum librarum denariorum augere et accrescere
libram et summam librae cuiuscumque petentis et sibi
augeri volentis in ea summa et quantitate et qua-
cumque voluerit et petierit sibi ad grossam augeri
libram non obstante quod bona stabilia predicta
ad ... facienda non assignaverit vel aliquo alio
quod in contrarium loqueretur.

xxxviij

Vm addecus et magnificentia cois pusij et Civilitatis eiusdem sinre quecunt aulos dirigere ne civilitas ipa possit forensib' gaudere nisi qui longo tpore vsu comuno civitate pus' residentiam fecerit seu facient prefitum Statuimus q' siquis forensis habitavit comune familiariter pro triginta annos i civitate pus' q' possit et debeat describi inter Cives absentiatur in dicto libro cois et acatastrari et allibrari mea pota et pace p'ut sibi libuerit dum tamen describat et describi debeat locus vnde originale fuit ita q' semp appareat vn traxerit origines. Et q' gaudeat et gaudere possit omnibus et singulis privilegiis Civilitatis. Salvo q' non possit nec debeat quoquo modo here vel exercere aliquod offm cois pus' quadraginta quatuor dictis de Civitatis aut alicuius cap' nisi post dictam habitationem tricennalem descriptus fuit et allibratus in dicta Civitate pus' et inde dictis inter Cives p' dos continue familiariter habitavit p' viginti annos computato tempore suo et sue constitutionis vtroque tpre dicti triginta et viginti annos quod tunc adquireat beneficia et officia quelibet cois et dictis de Civitatis admicti queat et recipi inter Cives originarios describi ipsum describendo originis locum vt sup. Et q' sup p'dictis et quolibet p'dictorum fieri possit et debeat probatio p' quinque testes fidedignos cora principali collaterali dni potatis et officialibus damni qui p'pe fuerint. Et huiusmod probationes describant p' omni ex notis cive dm potatis et dni ex notis principalib' damnj. Et q' p'fatus collateralis non possit n' debeat nec officiales damnj examinationes testium in aliquo vel aliquos omittere quoquo modo. Et si omissio fieret non teneat ipo iure et quidquid sequeret ob id. Et nichilominus quilibet efficiens in aliquo p'missorum cadat ipena quingentarum libr' dn'. Siquis aut contra dictam formam aliquod offm dari seu concedi contictum Civibus pusinis exceptis ambaxiatis adipisci possit dicti quolibet casum libere et impune exercere quodcumq' aut qualecumq' acceptaverit vel quolibet p'suppsit p'se vel alium directe vel indirecte vel quovis colore quesito q' ipo iure sit et esse intelligat privatus et ipm privam' ex nc omnib' et singulis privilegiis et beneficiis civilibus quibuscumq'. Et q' perpetuo in civilibus et criminalibus in omnibus et singulis et quo ad omnia et singula tractari et tenerj debeat vt forensis et p'inde ac si in quantitate pusij numq' habitasset. Et nichilominus incidat in penam quingentarum libr' dn' vice qualibet auferendam p' quolib' offitiales cois pusij. Et offitiales executiones facientes hnt quartam ptem de pena exco q' venerit mere alij non obstante.

xl

Cautumus q' siquis originalis forensis reperiat nunc quolib' allibratus inter Cives originarios pus' seu assentatos et quocumq' descriptus a viginti annis citra seu infra ipm tpus q' a die descriptionis et acatastrationis facte quolib' inter Cives infra viginti annos seu p'nde ad viginti annos ne possit n' debeat quoquo modo here vel quolib' exercere p'se vel alium aliqd offm cois pus' vel quadraginta quatuor dictis civitatis pus' vel alicuius cap' nec civitatis terre seu loci cois pus' suppositorum vel recomendatorum seu recomendandorum i posterum quoquo modo. Et si tale offm acceptaret p'se vel alium directe vel indirecte vel quovis colore quesito seu quolibet p'suppsit exercere ipo iure sit et esse intelligat privatus omnib' privilegiis civilib' et gratiis et debeat tractari in omnib' vt forensis. Et incidat in penam i procedenti in omnib' et quo ad omnia p't in fine precedentis capli est expressum. Predicta tn non vendicent sibi locum in illis aut occasione vel causa ostendi Civilitatis.

inpositam factam per pecuniam vel aliter
quolibet persolvisset. Nec etiam nullis qui privi-
legium speciale habuissent per gratiam comunis Perusii quo-
quo modo concessum. Quibus non intelligatur
per contenta in precedenti et istis capitulis in aliquo
derogari. Sed gaudere possint et debeant
civilibus privilegiis quibuscumque iure et secundum
exigentiam ordinamentorum quolibet editorum
habentium in aliquo favorem contra consue-
tudinem huiusmodi civilitatis. Salvo
tamen et reservato et exceptuato quod speciale
privilegium seu gratia non intelligatur
nec intelligi debeat seu censeri eo quod habitasset
erit seu aliquam artem aliquam exercuisset in
civitate Perusii prescriptum tempus. Propter normam
statutorum comunis Perusii de tali materia dispo-
nentium per quod deberent seu possent civili
privilegio quolibet gaudere vel inter
cives describi vel quolibet allibrari vel
accatastari. Et etiam salvo quod possit
quilibet in dumbaxatores eligi et admicti
non obstantibus quibuscumque legibus statutis
ordinamentis vel reformationibus dicti
comunis vel dicti armarii et eorum dispositionibus
quibus quo ad predicta derogavimus expresse aliquo
non obstante.

Quod nullus forensis in po-
sterum describendus inter
cives Perusii sive registra-
tus in cancellaria, ut supra,
possit aliquo privilegio
civilitatis gaudere.

C xli

Statuimus quod in futurum quicumque
forensis quicumque aut qualiscumque
describet seu accatastret in dicto armario
inter cives originarios vel absentatos
si in registro existente in cancellaria comunis
Perusii de quo supra fit mentio non fuit
descriptus et registratus quod nulla ratione
vel causa possit gaudere aliquo bene-
ficio vel privilegio civilitatis seu dictis
in aliquo quoquo modo et pro inde haberi
debeat et censeri ac si in dicto armario
descriptus non esset. Si quis autem
forensis describet in posterum in dicto ar-
mario et fidem fecerit prescriptum publicum
manu vel instrumentis principalibus dicti armarii
continentem nomen et pronomen et locum originis
et tempus talis descriptionis. Quod cancellarius comunis
Perusii habita tali fide possit teneatur et debeat
talem describere in tali registro cum tempore
accatastationis de eo facte in dicto armario. Et
quod in precedentibus capitulis est expressum. Quicumque
forensis post accatastationem habitavit in
civitate Perusii per viginti post habitationem
tricenalem quod debeat civilibus beneficiis et officiis
gaudere ut latissime superius est expressum.
Declarantes quod post lapsum decem vigenti annorum
a die descriptionis in dicto inter cives possit
et debeat de dicto registro cassari per dictum cancellarium
ad petentis instantiam et sic debeat in perpetuum
observari aliquo non obstante.

Declaratio Perusini
originarii cives ...

C xlii

Cum in multis in capitulis statutorum editorum
ut supra facta fuit mentio de originariis
civibus Perusii et de comitatensibus etiam forensibus
ad removendum omnem dubietatem circa repu-
tationem et existentiam originariorum civium
Perusii. Statuimus et declaramus quod omnes et singuli
comitatenses qui fuissent a decem annis supra
allibrati descripti seu accatastati quicumque et
qualescumque in armario dicti comunis inter cives
originarios Perusinos ut cives quod sint et
esse debeant et etiam tractari reputari et censeri
cives originarii Perusii quo ad omnia privilegia
et beneficia quelibet. Illi vero comitatenses
Perusini qui fuissent descripti seu allibrati in-
ter cives originarios seu absentatos in libro
civium ut supra in dicto armario a decem annis
citra vel perinde tempus. Et probarent secundum formam
statutorum de de tali materia disponentium
superius editorum continue stetisse in civitate Perusii
per viginti annos seu artem aliquam exercuisse
vel notariam seu docuisse in aliqua scientia vel
facultate prescriptum quindecim annorum continue
prout in dictis capitulis continetur vel quod solvit aliqua

impositam fiendam per commune Pistorii occasione quacumque
civilitatis sint et esse debeant et sunt cives
originarii Pistorii. Et tractari describi et
reputari debeant in omnibus et singulis
et quo ad omnia et singula beneficia et offitia
et privilegia quemadmodum ceteris civibus originariis
Pistorii. Forenses vero qui iam sunt
viginti annis et abinde citra fuissent
quocumque modo dermaio descripti seu allibrati
inter cives originarios Pistorii seu absentatos
in libro civium ut cives sint et esse debeant
cives originarii Pistorii et pro originariis civibus
in omnibus et singulis et quo ad omnia et singula
beneficia offitia et privilegia tractari de-
beant et describi. Et idem declaramus
in omnibus et singulis forensibus qui quocumque
tempore usque in presentem diem solvissent
aliquam impositam seu taliam cum Pistorii propria
Civilitate quacumque vel civilitate fuisset
ex aliquo privilegio speciali preter quam privile-
gium habitationis vel extra alicuius quadraginta
quatuor artium concessum per formam statuti
communis Pistorii. In quibus casibus contra specialia privile-
gia et civilitatis immaculata fuerint et
pro originariis civibus habeantur quo ad omnia
et singula nisi in eorum privilegiis esset aliquid
speciale exceptuatum. Illi vero forenses
qui duodecim annis citra seu proximo tempore
fuissent modo dermaio inter cives ori-
ginarios seu absentatos in libro civium
ut cives quocumque descripti seu allibrati
sint et esse et haberi debeant pro originariis
civibus Pistorii preter quam quod expectare debeant
per viginti annos a die descriptionis seu
scrutationis eorum decis fiende infrascriptos seu ab-
sentatos sive in libro ~~Civitatis~~ Civium
vel Civium vel absentatorum a quolibet offitio
communis Pistorii ac etiam quadraginta quatuor
Artium dicte Civitatis Pistorii et a quolibet
alio offitio civitatis predicte et laborerii communis
Pistorii recommissorum et subiectorum et recommen-
datorum et summictendorum in posterum. Elapso
vero dicto termino vigintennali vacationis possit

et debeant haberi et reputari et sint et esse in-
telligantur originarii cives Pistorii et gaudere
omnibus beneficiis et offitiis prout et quemadmo-
dum gaudere possunt et gaudent cives
originarii Pistorii. Et etiam post dictum viginti
annos cessare debeant per cancellarium communis
Pistorii de registro noviter faciendo de forensibus
seu decentibus vacare ab offitiis. Et poni de-
beat in cancellaria communis Pistorii de quo registro habe-
het in capitulo supra condito quod fiat
ad hoc ut ex nunc in posterum et cetera aliquo non
obstante. et cetera

cxliii

Quod bona hactenus per commune Pistorii alienata quo-
quomodo gesta sive possessa
sceu procedenda de quorum
fructibus ipsi cives respon-
si non fuerunt debeant
extimari et catastari
teneantur etc.

[illegible] [illegible] c. xlj

Cum plerumque contingat quod homines et persone allibrati et allibrate in libris libro castrorum et villarum comitatus pisarum moriuntur nullis relictis heredibus et extantibus bonis sed quos vel super quibus sindicus vel universitas unde sunt et unde allibrati sunt huiusmodi morientes valeant hec reffusionem honeribus persolvendis. Cum etiam multi homines et persone recedant et se absentent de castris et villis in quibus sunt et apparent allibrati tamquam pauperes et inhabiles et tamen [illegible] in quibus ponitur frequenter quod etiam exnaiis causis quas hic foret difficilimum declarare non esset conveniens per universitas et hominum universitatis cum quibus apparent et sunt allibrati huiusmodi mortui et absentati ut dictum est eorum focularibus et libris gravetur [illegible] honeribus vel factionibus realibus vel personalibus subeundis in eventu volentes id liberis in predictis remedia opportuna. Statuimus et ordinamus quod offitiales armarii librorum comitatus pisarum qui pro tempore fuerint vel alter eorum possint teneant et debeant sub pena centum librarum denariorum parvorum ad petitionem sindici cuiuscumque castri vel ville comitatus pisarum habentis ad hoc spetiale mandatum omnia et singula focularia mortua et absentata de civitate et comitatu pisarum ut dictum est cum omnibus eorum bonis tollere cassare et elevare de libro libre et catastri talis universitatis in quo apparent scripta talia focularia statim facta dictis offitialibus armarii fide de predictis per tres testes fidedignos etiam de eadem universitate et aliunde de [illegible] libre talis universitatis vel [illegible] adherentium communitate libre et catastri talium focularium mortuorum vel absentatorum. Et predicta locum habeant et liberè [illegible] in preteritis et futuris aliquo generali vel spetiali in contrarium loquente non obstante. Statuimus etiam quod ad petitionem cuiuscumque qui sua putaverit interesse possint et debeant cassari et cancellari focularia tam nova quam priora et librarum et catastri allibratorum in civitate mortuorum vel absentatorum facta prius descriptione bonorum in suo catasto repertorum possidentibus precedente fide sindicaria de predictis coram dictis offitialibus armarii.

~ xl.

[illegible] [illegible] possidet ex comitatu pisarum [illegible]

Item statuimus ordinamus et reformamus quod omnes et singuli cives et comitatenses pisarum qui aliqua bona stabilia possiderent ex comitatu pisarum et districtu pisarum non teneantur nec debeant solvere pro ipsis bonis aliquas datas collectas vel alias factiones imponendas pro comuni pisarum si pro ipsis bonis in civitate castro vel villa loco in cuius territorio et districtu sita sunt talia bona factiones solverint dummodo clare et plene probent se alibi factiones solvere et honera subportare pro bonis predictis. Et nullus offitialis comunis pisarum civis vel forensis possit audeat vel presumat aliquem civem vel comitatensem pro ipsis bonis sic ut sibi probatur de solutione predicta quam alibi pro ipsis bonis fecerit ad persolvendum aliquas factiones in civitate pisarum cogere gravare inquietare vel molestare realiter vel personaliter sub pena centum librarum pro vice qualibet qua contrafecerit auferendam non obstante quod talia bona reperiantur scripta in catastro talis civis vel comitatensis pisarum nec aliquo alio in contrarium loquente.

~ xlj

De electione et offitio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] armarii [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Item quod armarium comunis pisarum et loca ipsius armarii sunt in libris et in [illegible] scripturis multipliciter occupata et [illegible] quod loca ibidem proponendis et conservandis scripturis utilibus que in dicto armario continue retinentur sufficientia non existunt. Ideo statuimus et ordinamus quod domini priores [illegible] civitatis pisarum possint teneant et debeant eligere et deputare unum bonum et expertum civem pisarum qui una cum offitialibus armarii librorum [illegible]

~ no ~

videat provideat et examinet scripturas et libros inutiles in armario existentes que iam sunt quinquaginta anni vel ultra ex quo fuerint in dicto armario posite et remisse que ad presens nullatenus requirunt et possint teneant et debeant ipsas scripturas libros predictos et dicti offitii armarii videbitur alia latha ipsius armarii restringendo reducere et seorsum ponere. Ita quod novis et supervenientibus detur locus. Non ipsas scripturas et libros possint de dicto armario extrahere et extrahi facere vel in alium locum deferre seu alibi reponere aliquo non obstante.

De summis summe catastri universitatis fiendis per officiales armarii. Rubrica

c xlvii

Item quod offitiales predicti vinculo iuramenti et ad penam centum librarum denariorum pro quolibet eorum teneant facere summam summarum librarum totius et personarum allibratarum in ipso catastro reducendo quolibet miliare ad minutam ad centinarium et si in catastro alicuius comitatensis augentur vel minuitur augeatur vel minuatur summa summarum seu diminutionem vel augmentum librarum singularum personarum et quod notarii deputati vel deputandi predicta scribere et facere teneant ad mandatum dictorum offitialium sub dicta pena ad faciente quolibet auferenda.

Quod maior sindicus non habeat aliquam cognitionem de questionibus catastri. Rubrica

c xlviii

Insuper volumus quod maior sindicus iudex iustitie et dannorum datorum vel aliquis alius offitialis forensis eorum presentium non possit nec audeat vel presumat se intromictere vel cognoscere nec aliquam cognitionem vel iurisdictionem habere per viam appellationis vel quovis super aliqua petitione vel questione pertinente ad offitium catastri et offitiales catastri et maxime eorum presentium mota vel movenda porrecta vel porrigenda. Sed omnis cognitio et iurisdictio dicto domino maiori sindico et aliis offitialibus forensibus quo ad predicta pro tempore futuro in eius et questionibus movendis intelligatur esse et sit adempta vigore presentis statuti pena dicto maiori sindico et cuilibet alii offitiali forensi se intromictenti vel cognoscenti seu procedenti quantum de iure facere quingentarum librarum denariorum in qua pena per eorum sindicatorem ex offitio sindicatoris vel ad petitionem cuiuscumque debeant sindicari et de facto condempnari et quidquid secus factum fuerit vel fieret non valeat nec teneat ullo modo sed sit et esse intelligatur nullius efficacie vel valoris.

c xlviiii

Quod allibrati in catastro alicuius universitatis teneantur ibidem ad omnia honera comunitatis talis universitatis non obstantibus aliquibus pactis. Rubrica

Cavemus etiam et ordinamus quod quicumque sunt scripti portus vel accatastrati in libro librae et catastri alicuius castri vel ville comitatus presentis inter homines et personas seu cum hominibus et personis talis castri vel ville teneatur et debeat solvere facere et attribuere una cum hominibus et personis talis castri vel ville in quo vel qua allibrati sunt datias et collectas et alia omnia et singula honera realia subire et supportare teneatur et debeat pro quantitate sue libre predicte sicut alii allibrati in dicto catastro vel villa et non aliter vel alio modo non obstantibus aliquibus pactis initis et celebratis inter aliquem vel aliquos de universitate et universitate castri vel ville vel aliquibus laudis arbitramentis sententiis latis per quoscumque iudices vel arbitros vel arbitratores vel aliquibus cuiuscumque continentie et tenoris vel aliquibus statutis vel ordinamentis vel provisionibus etiam verba derogatoria loquentibus que omnia quo ad predicta ipso iure volumus non valere. Et quod tales allibrati ut dictum est ad petitionem sindici talis castri vel ville.

vl alteri cuicumque petentis cogi possint et debeant
per potestatem et Capitaneum et quemlibet alium offitiale
communis Pistorii ad solvendum et faciendum datas
et collectas ~~faciend~~ factiones et alia honera
supradicta pena cuilibet offitiali requisito si neg-
ligens fuerit in predictis V. libr. den. tempore
sui sindicatus per suos sindicatores auferenda
quotiens contrafecerit per eorum Pistorii aliquibus generalib.
vl spalibus in contrarium loquentibus non obstantib.

Addo. Volumus tamen
Et quod quilibet comitatinus comitatus Pistorii qui recessit de dicto comitatu ab anno retro a die
banimenti presentis statutorum nuntiandi ipsi vel eorum descendentes redierunt ad habitandum in ipso
comitatu Pistorii non possint nec valeant gravari vel molestari pro aliquo dano vel collecta vel fori
lari imposita vel impo-
nenda per commune Pistorii nec
ad aliquod danum vel collecta
vel fomulare imponenda
vel imponendum pro univer-
sitate castri vel ville
ubi venerint ad habitandum
usque ad decem annos et
per dictum tempus decem annorum
computandorum a die dicte
reversionis in dicto comitatu
Teneantur tamen et cogi possint
sit ad custodiam castri
sive et quas alii comi-
tatini. Et hec intelli-
gantur et locum habeant
in forensibus qui venerint
ad habitandum in dicto comi-
tatu Pistorii. Et quod dicti
comitatini vel forenses
non possint nec debeant
pro aliquo debito comuni
vel singularis persone la-
gitio molestari vel
gravari nec capi vel arre-
stari in re vel persona usque
in tempus quinque annorum
ut supra computandorum.

Ut fructus redditus et proventus co-
munantiarum et gabellarum communis Pistorii
vendantur modis et formis multiplicibus et diversis
et sic convenientes contra de formis ipsarum venditio-
num in cancellaria communis Pistorii copia habeatur
Statuimus et ordinamus quod fiat et ordinetur
in dicta cancellaria unus liber ~~liber~~ qui vocetur
formularium comunantiarum et gabellarum communis
Pistorii in quo libro ponantur et scribantur et regi-
strentur manu Cancellarii communis Pistorii vel alterius
experti notarii per dictum Cancellarium eligendi omnes
et singule forme secundum quas in preterito tempore vendi
consueverunt ipse comunantie et gabelle ita
quod quelibet comunantia et gabella in dicto libro
per se habeat formam suam cum pactis modis
et cum capitulis consuetis et quod extunc dicte forme omnia
ordinamenta de ipsis loquentia sint et esse intelligantur
in vigore presentis statuti inviolabiliter servata et haberi
et teneri debeant ac si in presenti volumine statutorum de
verbo ad verbum essent per ordinem registrata. Et
quod temporibus debitis dicte comunantie et gabelle vendantur
et vendi debeant secundum formas predictas et tenore ipsarum
et non contra preter vel aliter ullo modo salvo quod in
in quo mutare dictam formam communis Pistorii evidens
utilitas resultaret quod tunc et eo casu dicta forma
possit mutari addi et diminui vel noviter reformari
per in consilio dominorum priorum et Camerariorum dicte
civitatis Pistorii in quo interesse debeant saltem
septem ex prioribus et tertia Camerariorum et duo
exgravatoribus monete communis Pistorii misso et obtento
solepniter partito ad bussolas et fabas per duas partes
adminus in dicto consilio existentes extiterit refir-
matum aliquo non obstante. Et

Quod vendentes comunantias et gabellas communis Pistorii teneantur . . . adimplementum predictorum . . . cedulas . . . comunantiarum de verbo ad verbum . . .

Statuimus quod conservatores monete
et massarii communis Pistorii vel alii offitiales
dicti communis ad quos bapnimenta stabilitio et
venditio comunantiarum et gabellarum seu aliorum
bonorum dicti communis pertineret teneantur et debeant
antequam ad bapnimenta dictarum comunantiarum
et gabellarum et seu bonorum procedant faciant et
facere teneantur cedulas dictarum venditionum
registrari de verbo ad verbum in cancellaria
communis Pistorii Et aliter ad predicta minime procedere
debeant ullo modo et si secus fecerint of-
fitiales supradicti incidant in penam pro quolibet
contrafaciens V. libr. den. sibi auferenda de facto
per quemlibet offitialem dicti communis et liceat offitiali
executionem faciens de predictis quartam partem dicte
pene. Et nichilominus secus facta non va-
leant nec teneant ullo modo Et quod predicto
... steterit ad faciendum banimenta de predictis
teneatur et debeat sub pena C. libr. den. in
quolibet banimento dicere et clare specificare
quod dicte comunantie gabelle seu bona venduntur
et vendi debent secundum formam cedule per predictas
... de primo registrate in dicta cancellaria
Et insuper volumus quod priores emptores aliquarum
rerum predictarum sine temporis intervallo teneantur
et debeant cedulas ipsarum rerum quarum sunt
emptores in dicta cancellaria de verbo ad verbum
facere registrari sub pena V. libr. den. pro quolibet
contrafaciente eidem auferenda per quemlibet offi-
tialem communis Pistorii. Et quod in dictis cedulis
vel aliqua ipsarum postquam fuerint ut dictum est
registrate nichil possit addi vel minui
per aliquem sub dicta pena a quolibet contrafaciente
auferenda modo et forma supra declaratis. Et

Item quod cum Pistorii propter negligentiam
notariorum non registrantium instrumenta
... spectantia in suo iure sepisse
... defraudatur presenti capitulo

ducimus statuendo quod omnes et singuli notarij qui
fuerint rogati de aliquibus legatis relictis
seu scripturis pertinentibus ad rem pisanam quoquo
modo teneantur et debeant infra mensem
a die qua fuerint rogati continue computandum
sub pena .x. librarum denariorum ad fitientem quolibet
per maiorem sindicum communis pisani deferendo
scribere et registrare in quodam libro et
magno fiendo et ordinando in dicta cance
llaria in actis menbranis de verbo ad verbum
ita quod de ipsis possit haberi copia prout cum
necessitas immineret et tali notario regi
stranti soluat de suo salario camerarius communis
pisani prout ad mandatum dominorum priorum
et cetera prout ipsis dominis placuerit. Insuper
in dicto libro ponant scribant et registrent
per cancellarium communis pisani vel coadiutorem
puncta solemnium ambaxiatorum communis pisani
et relationes que fiunt per ambaxiatores ad
dicta puncta excepto quod in casu in quo videretur
dominis prioribus aliquam ambaxiatam vel eius
puncta non esse ponendum quia forte res non
esset in publicho retinenda tunc in ipso libro
ipsa ambaxiata vel eius puncta et relatio non
ponatur sed ponant alibi in oculto prout videbitur
dominis prioribus supradictis. Insuper fiat in eo
dicto libro ordinate de omnibus et singulis fauoribus
et subsidijs recipiendis per commune ab amicis
beniuolis amicis et pro quanto pluri tempore
et de qualitate subsidij trasmictendi. Et
simili modo mentio fiat de subsidijs et fa
uoribus trasmictendis per commune pisanis ami
cis et beniuolis quibuscumque ad perpetuam rei me
moriam de predictis saluo quod ea que dicta sunt
de dictis scripturis per notarium registrandis non
vendicent sibi locum in notarijs aliquorum
offitialium ordinariorum communis pisani qui de scripturis
pertinentibus ad eius offitium librum facere ordina
rium et ipsum restituere secundum formam statuti
communis pisani de hac materia disponentium.

cliij

Quod non possit opponi contra scripturas et subscriptiones cancellarij et abreuiatoris pisanorum et cetera.

Quia per multiplicationem multarum scripturarum
cancellarie communis pisani et offitij prioratus
diuersimode et multipliciter occupantium notarios
dominorum priorum et decorum idem notarii omnia scribere et
in scriptis redigere nequeunt ut decens est de cetero
ex quo posset communi pisano dampnum non modicum re
sultare. Ideoque salubri deliberatione sancimus
quod cancellarius et abreuiator pro communi pisano et
cancellarij qui pro tempore fuerint possint rogari et
scribere valeat omnia et singula scripta prescripta
apodixas reformationes et ordinamenta
electiones offitialium et et alias quaslibet
scripturas cuiuscumque tenoris et continentie quibus
preceptis scriptis reformationibus ordinamentis
et alijs quibuscumque scripturis scriptis seu subscriptis
manu dicti cancellarij et abreuiatoris pro tempore
auctoritate presentis statuti plena fides debeat adhi
beri et valeant et teneant et plenum sortiantur
effectum ac si scripta et publicata essent manu
aliorum notariorum dominorum priorum. Et contra dictas scri
pturas seu publicationes vel aliquam earum
non possit obici vel opponi quod non fuerint
scripte seu autenticate manu notarij publici
seu cum alia solempnitate celebrate vel facte
vel aliquod aliud propter quod possent
dicte scripture seu subscriptiones quolibet
vitiari pena opponenti obicienti vel dicenti
.x. librarum denariorum sibi de facto auferenda ad petitionem
petentis et nichilominus quod secus diceret
vel obiceret non valeat ipso iure.

De hospitali de colle et de priore et fratribus et rebus ipsius hospitalis et cetera. cliiij

Una autem omnia et res leprosorum hospitalis
de colle et ipsius hospitalis que et quas
juste possidet et tenet potestas et capitaneus et priores
antianorum in bono statu manuteneant et
conseruare ad utilitatem ipsius loci et spetialiter quod
datum est vel fuerit eidem hospitali a communi
pisano per priores antianorum et de bonis communis pisani
ei vel eius ultra accipe non permictant. Et si
inuenerint aliquem leprosum in ciuitate vel
burgis vel comitatu pisano secundum iuditium medicorum
potestas et capitaneus invenire et sic invenire
teneantur et potestas et capitaneus cum de ciuitate
et burgis et comitatu pisano exire compellant et

et cogant eum quod ad dictum hospitale vadat
moraturus Et predicta fiant ad petitionem
cuiuscumque petentis sub pena Centum librarum
denariorum. Et quia cura bonorum ipsius hospi
talis et ipsius hospitalis bona pertinuerunt
et pertinent immediate et totaliter quo ad
interesse et totale dominium ad com. pred. Id
circho duximus statuendum quod priores et camerarii
qui pro tempore fuerint quotiens contigerit prioratus
sive rectoratus officium dicti hospitalis vacare
vel per mortem vel renumptiationem vel alio quo
vis modo habeant et habere intelligantur potestatem
et debitum novum rectorem eligendi et eidem
hospitali de novo rectore providendi que
electio sit et esse intelligatur legitima si per
priores et triginta quinque sapientes concorditer fuit
decreta per forma celebrata. Volumus tamen quod dicti
Priores et Camerarii forma predicta forma
habeant potestatem priorem vel rectorem removendi
et destituendi quotiens eis videbitur convenire. Con
firmantes ex nunc ordinamentum et debitum dicti
presenti priori hospitalis de colle de quibus patet
man. ser Cole vitolini de pred. not. pub.
Rector autem vel prior dicti hospitalis tales
lebrosos missos ad ipsum per potestatem et Capitaneum
recipere debeant in eodem quos eidem per potestatem
et Capitaneum mitterent Et si dictus rector
vel prior eos nollet recipere potestas et capitaneus
ad receptionem faciendum dictum rectorem vel
priorem compellere teneantur. Et si potestas
et Capitaneus hec fieri non fecerint Centum librarum
denariorum camere com. pred. solvere teneantur non
tamen aliquis lebrosus in dicto hospitali
recipiatur qui non sit de civitate vel comitatu
pred. et dictus rector eum recipere non debeat
ullo modo. Si vero potestas et capitaneus
invenerint dictum hospitale occupasse vel
occupari fecisse de possessoribus com. ultra conces
sionem ei factam illud occupatum tollant et
ipsum remittere in cere teneantur. Si autem
invenerint aliquem infirmum vel sanum
existentem in dicto hospitali qui non sit ad
mandatum et obedientiam dicti rectoris vel

…al de colle
…rore … hospi
…

clxiiij.

prioris et nollet suis mandatis morbus
eum de dicto lecho expelli facere teneantur et potestas
et capitaneus ad petitionem dicti prioris de facto
ipsum personam familiam expellere teneantur
et ubi exire nollet quod ponat ipsum in
carceribus com. pred. de quibus relaxari non
debeat sine voluntate dicti prioris. // Item
rector vel prior dicti hospitalis per totum
mensem maii in hospitali predicto in helimo
sinarum unum de familia ipsius hospitalis
quem magis ydoneum invenire poterunt eligere
teneantur Et ipse prior ipsius hospitalis hele
mosinas distribuat per ipsum helimosi
narium inter lebrosos et sanos prout ei melius
videbitur expedire. Qui priores rationem
administrationis sui offitii reddere teneantur
coram maiori sindicho in fine cuiuslibet
anni sub pena dictarum librarum denariorum pro quolibet
eorum et teneantur coram dicto maiori sindicho
producere librum introitus et expensarum dicti
hospitalis man. not. dicti hospitalis //
Nullus autem lebrosus in dicto hospitali baylium
habeat sed priores presint tam lebrosis quam
familiaribus ipsius hospitalis. // In domo de
burgo nulla familia audeat intrare. Et
omnes elimosine que portabuntur ad hospitale
portentur in domum supra nominatam // Priores
de bonis et rebus hospitalis maxime de filiis
ipsius hospitalis non possint facere aliquam
alienationem in bonis intrantibus in dictum
hospitale sine consensu et voluntate consilii domino
rum et camerarii civitatis pred. Si autem
contrafecerit contractus sit ipso iure nullus et non
teneat ullo modo. // Item potestas et capitaneus
aliquem lebrosum qui non sit de suprascripta civitate
pred. in toto districtu pred. stare vel morari
nec in civitate vel burgis vel comitatu pred.
non permictant nisi tantum in hospitali predicto
eos qui fuerint de civitate vel burgis
comitatu pred. cogant ad standum et morandum

in dicto hospitali dumtaxat et non in alio loco civitatis Burgi vel comitatus predicti permanere debeant. Pullos vel porcos seu alia animalia nullus leprosus mictat ad vendendum sed vendere intra se liceat cuilibet eorundem. Liceat tamen lebrosis stare in locis eorum scilicet Castiano, Mussino, Burdiglione et Traccano dicta lege aliqua non obstante. Lebrosi autem et lebrose in suo ingressu debeant sua bona immictere in dicto hospitali et bona ipsorum lebrosorum in hospitali predicto deveniant nisi superessent ex eo filii masculi vel femine in quo casu bona sua filiis remaneant nisi ille vel illi aliter disponerent. Si vero lebrosi vel lebrose haberent bona communia aliqua cum suis consanguineis illa bona dividant et pars leprosi eorum bonorum in dictum hospitale veniat. Si vero lebrosus cum aliquo bona dividere non haberet ipsa bona in hospitale deveniant. Et liceat priori et sindico hospitalis possessionem bonorum ipsorum lebrosorum sua auctoritate ingredi et eis uti et frui. Et hec intelligatur si filius vel filii masculi vel femine non superessent sicut supra est expressum. Quicumque autem de bonis lebrosorum habet vel habuit aliquid iniuste dicto hospitali restituere teneatur. Et aliquo pretextu vendi dicta possint auctoritate presentis legis tamen auctoritate domini. Et etiam si aliquis lebrosus postquam fuit a lebbra percussus in dicto hospitali contractum aliquem bonorum suorum in totum vel in partem post eorum receptionem facere non possit et si contraxerit contractus sit ipso iure nullus et in nullo preiudicet hospitali predicto. Liceat tamen cuilibet lebroso et lebrose dividere et relinquere bona sua inter filios et nepotes descendentes per lineam masculinam. Si vero filias haberet vel nepotes ex filio dotare possit et debeat de bonis dicti lebrosi vel lebrose

secundum conditionem et qualitatem persone et facultatem bonorum dicti lebrosi vel lebrose. Dictum tamen hospitale etiam non fraudetur sed si haberent fratrem vel sororem relicta parte fratris vel sororis pars tota eorum in hospitale deveniat contractu aliquo facto de parte sua fratri vel sorori postquam fuerit lebrosus effectus a lebbra hospitali predicto alienationibus non obstante quin pars sua in hospitale predictum deveniat. Et potestas et capitaneus possidentes et tenentes ipsa bona compellant incontinenti ad restitutionem hospitali summarie et de facto secundum strepitu et figura iudicii et iuris ordine non servato. Item potestas et capitaneus et priores dictarum civitatis predicte fieri faciant inventarium de bonis omnibus mobilibus et stabilibus dicti hospitalis per ipsum priorem et quicquid ipsi hospitali tali accreverit vel in ipsum quocumque iure devenerit ad unum mensem postquam accreverint vel devenerint in ipso inventario ponere facere teneantur. Lebrosi autem et lebrose de civitate vel comitatu predictis commorantes in aliis hospitalibus quam in hospitali de Colle si venire voluerint et stare in dicto hospitali recipi debeant in eodem dummodo omnes res eorum quas haberent ad dictum locum deferant eas dicto hospitali totaliter perventuras. Advene vero et forenses nullatenus recipiantur in hospitali predicto. Item quod potestas et capitaneus et eorum offitiales ad penam V. librarum denariorum de suo salario teneantur et debeant ad petitionem prioris seu alicuius oblati hospitalis de Colle publice et secrete inquirere et facere inquiri contra omnes et singulas personas detinentes contra ius et iustitiam bona et res dicti hospitalis ad hospitale spectantia et pertinentia et faciant ea bona relaxari libera et expedita et cogant detinentes et possidentes realiter et personaliter quousque non relaxaverint et restituerint bona et res predictas aliquo capitulo statuti non obstante. Et etiam ad petitionem dicti prioris civiliter agendo ad recuperationem bonorum dicti hospitalis

precedere teneat et debeat sine solutione decime et
omnibus aliis sollempnitatibus iuris permissis in si
talis possessor habeat titulum et causam a civitate predicta.
Et etiam in predictis et superdictis possit procedi summarie
sine libelli oblatione et strepitu et figura iudicii.
Item quod nullus in dicto hospitali nec ad titulum
dicti hospitalis possit presentari nec promoveri
ad ordines clericatus nisi primo se et sua bona
offerat hospitali predicto et promictat obedientiam
et reverentiam secundum formam iuris et pratica-
tur quod se offerat in contractibus et negotiis non
teneatur prior ipsum vel alios oblatos seu con-
versos vel familiam recipere sed solum prior
et rector predictus. Item quod quicumque est oblatus
seu esset in futurum dicti hospitalis non possit
gravari realiter nec personaliter de datiis et
collectis pro rata seu per aliquam universitatem
in qua esset allibratus seu allibrari et soliti
datas et collectas solvere sed esse debeat in-
munes a predictis et quolibet predictorum et ab omni
honere imponendo quocumque in comitatu predicto
et comitatensibus predictis in universitate
in quibus tales essent allibrati per quibus gra-
vari seu molestari non possint de aliqua
data vel collecta vel aliquo alio honere seu impo-
sitione. Et quod gaudeat privilegio honora-
bilium civium predictorum tam in offensionibus
quam in defensionibus aliquo non obstante. Et quod
universitas in cuius catastro esset allibratus
talis oblatus pro libra ipsius nullatenus agra-
vetur et ipsius libra de catastro possit tales
de manu permittatur tollatur et cancelletur. Volumus
insuper quod nulli liceat dicere allegare opponere
vel obicere quod hospitale de Colle vel eius bona
non sint comitatus predicti et quod non sint oblati
subiecti iurisdictioni potestatis et Capitanei dicte
Civitatis sub pena et ad penam decem librarum allegandi
vel obicienti ducentarum librarum denariorum. Et quod talis
dicens allegans opponens vel obiciens non
debeat audiri per potestatem vel Capitaneum vel alios
offitiales comunis predicti sub pena dictis potestati
Capitaneo et aliis offitialibus ducentarum librarum denariorum
Comunis de salario eius debeat auferri pro eorum condempnatione

tempore predicatus. Statuimus insuper
quod si dictum hospitale in aliqua parte comitatus
habet aliquam rem stabilem unius vel trium sementis
vel paulo plus vel paulominus in quocumque
loco sive locis et videretur priori dicti hospitalis
esse utile dicto hospitali vendere dictam rem
unam vel plures in quocumque loco comitatus
sitam vel sitas cum sit utile plures res in di-
versis locis positas ad unum reducere quod dictus
prior possit licite vendere dictas res stabiles
et pretium ipsarum rerum convertere in emptione
aliarum rerum stabilium emendarum pro dictum priorem
in eo loco in quo acciderit esse utile pro
hospitali predicto sine temporis intervallo et sine
aliqua dilatione et aliter vendere non possit
non obstante statuto quod loquitur quod prior
non possit vendere res stabiles dicti hospi-
talis. Et predicta fiant de scientia et voluntate
prioris dictum. Item quod quicumque esset seu
erit in futurum posita per civitatem predictam in dicto ho-
spitali et victum habet seu habere debeat in futurum
vel alia quecumque persona habens personam victum
et vestitum in dicto hospitali et decederet quod
omnia sua bona deveniant in hospitali predicto
et quod prior sua auctoritate possit tenutam apprehendere
et possessionem bonorum talis morientis tenere
et possidere aliquo non obstante. Dummodo
predicta non intelligantur nec locum habeant in
illo qui est vel erit prior dicti hospitalis
vel in bonis eius nec in presbiteris qui nunc
sunt et steterunt in hospitali predicto vel eorum
bonis. Item quod dictus prior et sui familiares
et notarii possint omnia arma portare in
civitate et comitatu predicto quorum familiarium
nomina et pronomina debeant inscribi in libro
cancellarie comunis predicti et non possit excedere
numerum otto familiarium ad plus. Silicet per
notarios per civitatem et comitatum predictum familiares
vero per comitatum et ipsam potestas burgorum
civitatis dummodo sint domestici et conti-
nuales dicti hospitalis et eo degentes. Et
de hoc magnificatione nominum predictorum fiat fides
per priorem predictum per proprium iuramentum coram
cancellario supradicto. Item quod dictus prior

Prior et notarii ho-
spitalis de Colle
possit per Civitatem
et Comitatum impu-
ne arma portare
et octo familiares
per Comitatum dumtaxat

pns et qui ptpr fuerit durate sibi offo
priorat' non possit eorum ad aliquod aliud
offim eorum pus recipiendum vel exercendum
nec etiam in debit' oblig' vel assum
nisi de eorum processerit voluntate. Excepto
offitio prioratus Ciuitatis pus ad hoc
vt dicto offitio prioratus de collegio magis
comode intendere possit et ppr vtilita
tes hospitalis vtilitate. Item volumus
quod ville et esse possitiales eorum pus
ad acconcimen fossatum dicti hospitalis
et steccatum et ad alia aconcimina
possint eorum opportuno tempore per priorem
dicti hospitalis adficiendum et obseruandum
et contribuendum ad ea que tenetur et debet
Item volumus quod quilibet oblatus et famili
aris alius quicumque in dicto hospitali exi
stens teneatur obedire dicto priori et
mandatis suis parere et qui essent
inobedientes possit dictus prior capi
facere per famulias potestatis vel capitanei
Quam potestas et capitaneus dare teneatur
dicto priori ad suam petitionem et ipsos carcerari
facere et incarceribus ponere prout dicto priori
videbitur et placebit secundum qualitatem delicti
et culpe. Item cum oporteat circha
dictum hospitale et eius bona per priorem et
notarium eius habere magnam sollicitudinem
volumus quod dictus prior et notarius habeant et habere
debeant anno quolibet de bonis dicti hospi
talis pro eorum salario et labore pro quolibet
eorum vigintiquinque libras anno et etiam
pro incumbentibus dicto hospitali possit et
debeat dictus prior emere terras et gubernare
vnum equum sumptibus et expensis hospitalis
supradicti. Item quod dictum hospitale de collecte
ponendis bonis suis sit exceptum et immune
a quibuscumque factionibus et honeribus seu ga
bellis imponendis in ciuitate et comitatu pus
a dicto quod ipsum hospitale aut colonos et
laboratores ipsius nunquam debeant aut possit
modo aliquo molestari per dictum commune aut
aliquos emptores aut gabellarios

eorum pus pena cuilibet contrafacienti in pedites V libr. de
eis de facto auferenda tempore sindicatus
Quod salarium supradictum dictus prior possit
sibi retinere de pecunia dicti hospitalis et notarius
suo salarium soluere sine aliqua apodixa
precepto vel mandato. Item cum bona dicti
hospitalis sint attributa dicto hospitali et
leprosis et alimentis eorum et intendunt potestates
et aliqui Ciuitatis pus cogunt priorem ad
exsenia danda de bonis dicti hospitalis Et
etiam ad parandum in dicto hospitali pera sub
spetie reuisionis bonorum et rerum dicti hospital
fercula et omnia et accedunt ad dictum locum
cum multa gente et ibidem faciunt expensas
inutiles et quasi inportabiles quod non est
conueniens. Idcirco statuimus et ordinamus
et mandamus inviolabiliter obseruari quod potestates
et alii pro tempore non possint cogere nec debeant
dictum priorem hospitalis ad aliqua exsenia
vel munera de bonis dicti hospitalis danda
neque de bonis dicti prioris nec etiam accedere
possint ad dictum locum nisi duo tantum de prioribus
qui ire possint cum quatuor familiaribus
et non pluribus pro quolibet prioratu prout
qui irent ad indulgentiam sancte marie de dicto
loco in kalendis mensis augusti vel die
sequenti quo tempore ire possint in eo anno
quo voluerint sociati cum familiaribus ipsorum
et non cum aliis quibuscumque personis ad
penam et sub pena ducentarum librarum denariorum pro
pro quolibet contrafaciente priore contrafaciente et
qualibet vice et quibus expensis debeant sindicari
et in predicta pena et pena maiore sindicari
eorum pus tempore eorum sindicatus. Item
volumus quod potestas capitaneus et maior sindicus
et iudex iustitie inquirere debeant ad petitionem
dicti prioris et omnes depredantes in
bonis dicti hospitalis et ipsos punire et condempnare
in certis soldis denariorum et aliis penis
secundum formam statuti dicti comunis que imponunt
penam dapnum dantibus in bonis alienis.

Ut hospitale mis[ericordi]e sit exemptu[m] a solutione gabelle [illegible]

Item quod hospitale sancte Marie de misericordia
depingi per sanctum Petrum et priores et gu-
bernatores ipsius hospitalis deinde non possit
nec debeant cogi gravari vel impedi ad solu-
tionem aliquarum gabellarum proventibus redditibus
et proventibus bonorum dicti hospitalis fa-
ciendarum adeo quod vel heredibus causam ab eo
non etiam ad solutionem alicuius collecte impo-
site vel indicte fiende et imponende per dominum
nostrum papam generale vel speciale. Sed sit et esse in-
telligatur dictum hospitale exemptum et im-
mune et exemptionem et immunitatem
habeat et habere intelligatur ab omni honere reali
et personali et omni factione et angaria que
imponi possunt dicto hospitali pro rebus
et possessionibus ad dictum hospitale pertinentibus
et pertinendis et maxime expensis illarum
personarum quarum fuissent dicta bona vel alia
quacumque ratione vel causa. Et quod laboratores
et coloni tam partiarii quam etiam mirme
colentes terras sive predia non possint nec
valeant aliquo modo gravari molestari
vel etiam inquietari. Et quod etiam vendi-
tores ipsarum gabellarum presentes et futuri in
venditionibus fiendis de ipsis gabellis te-
neantur et debeant reservare et conservare huius-
modi privilegium et beneficium dicto hospitali
concessum per dominum papam et omnis venditio
que de cetero fiet de huiusmodi gabella intelli-
gatur esse facta cum reservatione conservatione
et privilegio predictis dicto hospitali factis ut
dictum est et secus factam non valeat et teneatur
ipso iure pena cuilibet contrafacienti vel mole-
stanti dictum hospitale et priores et gubernatores
ipsius hospitalis et factores negotiatores et
gestores ipsius ac etiam laboratores et
colonos et alios quoscumque nomine dicti hospi-
talis intervenientes quingentarum librarum
denariorum que per aberis de facto auferatur et
auferri debebit per dominum potestatem et

Capitaneum et quilibet possit tales contrafacien-
tes accusare et denuntiare et habeat et habere debe-
at talis accusator quartam partem banni
et pene que contrafacienti aufertur aliquo
statuto ordinamento et reformatione in
contrarium loquentibus non obstantibus. Et quod domus
sapientie iuncta quasi hospitalitatis gerit
pauperes scolares et egenos gubernando
hospitalitate omnibus et per omnia que supra
dicta sunt in hospitali misericordie locum
habeant in domo sapientie predicta addictam
domum pertinentibus et in futurum pertinendis
aliquo non obstante.

Ordinamenta hospitalis misericordie [illegible]

Item hospitale misericordie hactenus in-
differenter quilibet volens hospitale
ad fraternitatem hospitalis sancte Marie de
misericordia admissus fuit nulla persone
qualitate inspecta nuper quod crescente ne-
quitia et experientia docuerit longos et
antiquos usus dicte fraternitatis eius quod
reformationes et ordinamenta nullatenus
suffecisse ad reprimendam voraginem
aliquorum celerum et elimosinas pauperum
impingnuari. Secondo omnem fraternitate dicti
hospitalis que nunc est et omnia dicte fraterni-
tatis ordinamenta reformationes leges
vel statuta olim quocumque tempore edita aut
quacumque auctoritate vallata cassamus et annullamus
et pro cassis irritis et cancellatis et nullis
haberi intelligantur et sint salubrius
providendo quod ipsa fraternitas fiet et conservet
deinceps quod hospitale regatur et gubernetur
secundum ordinamenta et reformationes que in hoc
volumine describentur et futurarum adunantiarum
ipsius fraternitatis deliberate inserentur.
Ordinamus et reformamus quod fraternitas
dicti hospitalis sit et esse possit ex et
de omnibus rectoribus ecclesiarum civitatis qui
nunc sunt et pro tempore fuerint exceptis mendi-
cantibus qui de ipsa vel in ipsa fraternitate

nullatenus esse possit nec recipiant vel
recipi possint ullo modo. Et excentur sep
tuaginta homines laici, videlicet triginta pro qualibet
porta sicut isti sunt nec dominum nunc aliquem
describeret in matricula vel admicteretur
in congregatione dicte fraternitatis hunc prior
descripto et non admisso nec eius persona vel
vox in aliquo in aliquo actu possit operari.
Cum vero aliquis de istis laicis ex hac vita
migrare contigerit priores qui pro tempore fuerint
ambo priores tunc presentes vel existentes in ci
vitate vel comitatu Pistorii vel cum presentia et
consensu vicarii domini episcopi una cum visita
toribus infra otto dies a die mortis defuncti
teneantur describere in matricula dicte fra
ternitatis alium laicum quem meliorem
in eadem porta esse crediderint cum ipsius
beneplacito et assensu et si in hoc priores
fuerint negligentes incidant in pena decem
librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice nec in
dicta fraternitate possit possit aliquis recipi
vel describi ea die qua fiet adunantia
pro aliquo ex prioribus fiendis et eligendis
et si secus fieret non valeat ipso iure.
Et priores qui consenserint incidant in pena
quinquaginta librarum denariorum pro quolibet dicte fraterni
tatis consilium seu adunantia habeat potestatem
arbitrium et bayliam statuendi ordinandi et
reformandi et providendi circha regimen
et modum regiminis et gubernationis dicti
hospitalis ac etiam bonorum mobilium et
immobilium iurium et actionum ipsius hospitalis
omnia et singula que in dicto consilio seu
adunantie videbuntur ac etiam alie
nando et permutando renuntiando et componendo
de et pro omnibus iuribus et rationibus dicti hospitalis
cum utile et oportunum esse videtur. Et in
telligatur esse consilium et adunantia dicte
fraternitatis in qua interfuerint admini
priores hospitalis predicti si ambo presentes
erunt ut supra et maior pars visitatorum
ipsius ac etiam viginti clericis et lx laicis
dicte fraternitatis quidquid autem fuit obtentum

ordinatum reformatum et deliberatum per duas
partes de tribus dicte adunantie misso partito
seu scruptinio secreto ad fabas albas et nigras
habeat plenam roboris firmitatem ac si per totam
fraternitatem gestum ordinatum et reformatum
foret. Salvo et reservato quod per dictam adunantiam
non possit mutari ista forma electionis
priorum dicti hospitalis dicti hospitalis nisi per duas
partes hominum totius totius predicte fraternitatis aliter
fuit ordinatum misso partito et scrutineo se
creto ad bussolas et fabis albas et nigras
et non aliter ullo modo. Si quis vero in dicta
matricula non descriptus aussus fuerit vel presu
pserit in dicte fraternitatis consilio vel adunantia
aliqua interesse ipso facto sententiam excomunicationis
incurrat et centum libras denariorum pro priore pro
vice qualibet solvere teneatur cuius pene medietas
aplicetur et sit et esse debeat dicti hospitalis
altera medietas comunis Pistorii. Et quilibet offitialis
comunis Pistorii teneatur et debeat a contrafaciente
exigere dictam penam ad requisitionem dictorum
priorum pena offitialibus negligentibus et non facientibus
dictam exactionem centum libre denariorum de suo tempore
sui sindicatus quod solvere teneatur de quo expresse
debeat sindicari. Item si quis sua pro
curatione speret posse prioratum et regimen
dicti hospitalis feliciter obtinere nec utile cen
seatur procurantes alienas res vero administrare
posse cum iura desistentibus alienis ne
gotiis sufficient ideo ordinamus et reformamus
quod priores dicti hospitalis eligantur modo
et forma istis videlicet quod priores qui pro tempore
fuerint penultimo mense administrationis
et prioratus eorum et prioratus eorum vel unus
eorum si alter mortuus fuerit vel absens
a civitate et comitatu Pistorii vel ex causa
legitima adesse non posset infra otto dies
a morte predefuncti teneantur promptum dicti
hospitalis requirere facere personaliter vel ad domum
eorum solite habitationis omnes et singulos laycos
dicte fraternitatis Et preventum convocari
omnes et clericos fraternitatis eiusdem

ut sequenti die sint in domibus dicti hospitalis
pro eligendo priores novos vel unum ex prioribus
si alter mortuus fuit vel absens ut et
loco talis mortui vel absentis intersit et in-
teresse debeat dominus vicarius domini episcopi et congre-
gata adunantia de fraternitatis in numero suffi-
cienti tunc priores vel unus alio mortuo
una cum vicario domini episcopi si presens erit et cum
illis visitatoribus qui interfuerint vocare
debeant apte ante ex hominibus de adunantie videlicet
duos bonos viros laycos et unum clericum presbiterum
porta et cum ipsis habent colloquium et consilium
de hiis qui erunt ydonei utiles et actis ad re-
gimen et gubernationem et priorem dicti hospi-
talis Et ex omnibus quos sufficientes et bonos
esse crediderint tres meliores laycos et duos presbiteros
clericos eligant concorditer vel saltem per duas
partes ex dictis prioribus vicario visitatoribus et dictis
aliis bonis viris predictis nominatim quos clericos tres laycos
eligi et publicari debeant Et illos laycos
tunc in sufficienti numero in adunantia congregatos
tunc in sufficienti numero in adunantia congregatos
Et quos debeat per unum ex prioribus mitti par-
titum ad scrutinium secretum hoc modo quod
volentes talem primum nominatum et electum ex
talibus supradictis eligi presentari ut ydoneum
priorem dicti hospitalis ponat in pissidem fabam
albam nolentes vero nigram sic quod scrutinetur
singulis et unus nominatus et ille in quo plures fabe
albe concurrerint et consenserint presentent clericos
tunc in eadem adunantia congregatos Et postea
Et ipsos clericos simile scrutinio secreto
ad fabas albas et nigras secundum conditer vel
saltem due partes ex eis illum presentatum pro
bono et ydoneo approbaverint tunc talis mo-
do predicto presentatus per laycos sic quod creatus et
approbatus per clericos esse intelligatur et vere
sit et esse debeat gubernator prior et rector
dicti hospitalis et sindicus de fraternitatis
una cum isto alio priore rectore et sindico
de fraternitatis et alii vero duo layci qui
fuerint in scrutinio positi ut supra narratum

sint et remaneant visitatores hospitalis eiusdem
cum omnibus et singulis modis et conditionibus
supradictis.. Eodem quoque modo duo clerici
ut premittitur electi per priores vicarium vi-
sitatores et quindecim alios bonos viros pu-
blicentur et ad scrutinium ponantur inter
clericos tunc ibidem congregatos et ille in
quem plures notasse fabe albe quoniam
ac concurrerint presentet laycis in eadem adu-
nantia existentibus et inter eos posito scru-
tinio secreto per duas partes ad minus talis
clericus presentatus sic et fuit approbatus
sit et esse debeat prior rector et dispensator
dicti hospitalis una cum priore layco electo
creato ut superius est expressum. Alter vero
clericus qui fuit nominatus et positus in scru-
tinio suprascripto sit et remaneat visitator
dicti hospitalis una cum aliis visitatoribus
supradictis Et tam prior clericus quam
laicus quam etiam visitatores sic creati et
assumpti sint et esse intelligantur priores et
administratores et visitatores dicti hospitalis
et honorem et funium eius per duos annos in-
cipiendos immediate post finem offitii pre-
cessorum non de maiori aut minori tempore
principium adunantiam alie ordinatum fuerit
Si vero presentatus per laycos non approbaretur
et affirmaretur clericus retenta forma
predicta alii clerici et tot successive clericis
presentetur donec unus ex presentatis modo predicto
duxerint approbandum sic quod vis vice
fiat et fieri debeat si presentatus per clericos
a laycis non contingerit approbari. Et si
necesse fuit predicta electione faciendo dicta
Adunantia iterum congregetur secundum formam et modum
suprascriptis temporibus et forma. Si autem
aliquis secundum formam presentium ordinamentorum
presentatus et affirmatus infra otto dies a die
scientie computandos recusaverit vel neglexerit
dictum preratus officium et sindicatus acceptare et
in scriptis in continenti prestare in manibus
priorum veterum et vicarii domini episcopi si laicus
fuit. Centum libr. denariorum nomine pene solvere teneatur

Si autem clericus fuit ipo facto sniam
excoicationis incurrat et omi bnficio qd
hret sit ipo iure priuatus Et nichilominus
eorum quilibet psonaliter cogi possit et debeat
p potestatem et Capitan qui pro tempore fuit
uel p diocesanum ad dictum offm acceptandum
In eadem qz pena veteres priores incurrant
si executione huius pene fuerint negligentes.

Item prouidimus ordinamus et refor
mamus qd in principium offitij
prioris noui dicti hospitalis in manibus
prior et visitatorum tunc psidentium pro
sitis sacrosanctis euangelijs corporaliter man
tactis scripturis iurare debeant ipm hospi
tale et eius bona et iura pro posse defende
re tueri domos et edifitia eius manutenere
et osuare et que locande essent locare
et locari facere res aut rurales coptuan
das sidas coptiuare p illo ptio vel mercede
et p illo tpre quod et prout dictis prioribus
sindicis et procurat videbitur et instrum seu
istra causa vel occasione pdictorum faciendi
cum pmissis et obligatur bonorum dicti hospitalis
et cum caplis oportunis et consuetis appon
in talibus instris scdm consuetudinem notariorum
Ciuitatis pisarum et eodem modo possint facere
relocatur rerum vrbanarum alias aut colli facere
solicite ipsarum pensiones fructus redditus
et prouentus. Ac etiam legatorum hereditates
dicto hospitali relictas et quecumqz alia ex quacumqz
causa dicto hospitali debita que ad eorum notitia
puenerint redigere etiam ab inuitis iu
stitia mediante Et ex hijs omes xpi paupes
et infirmos ibi receptos nutrire alere
et alij facere infirmis facere medere et
quecumqz necessaria ministrare iusta possibili
tatem et facultatem dicti hospitalis. Et generaliter
omnia que vtilia cognouerint dicto hospitali facere
et exercere et inutilia ptermitere. Ac etiam
pntia ordinamenta et que in posterum fient
uel adunantie dicte fraternitatis in omnibus
eorum caplis obseruare.

Item prouidimus ordinamus et reformamus Qz priores
dicti hospitalis modo supradicto creati sint et esse
intelligantur tam adlites et causas tam presentes qz futuras
dicti hospitalis qz ad negotia sindici et procuratores dicti hospitalis
cum pleno libero et generali mandato et plena libera
et generali administratione hoc modo qz ad lites quilibet
eorum per se sit sindicus et procurator in solidum cum
potestate substituendi et substitutum vel substitutos
reuocandi nec sit melior conditio occupantis sed
quod vnus incepit alter possit prosequi et finire
Ad negotia aut ambo simul sint sindici et procuratores
in solidum possit tamen vnus alteri cum opus fuerit
committere vices suas. Saluo qd inmobilia dicti ho
spitalis alienare non possit nec super ipsis iuribus
et actionibus dicti hospitalis componere vel transigere
vel ipsis renuntiare nisi expressa licentia et mandato
maioris partis adunantie dicte fraternitatis missa
in ea partito seu scruptinio secreto ad fabas albas
et nigras. Hoc tamen intelligatur in diuisione rerum
quas dictum hospitale habet communes cum alijs quas
ipsi priores vna cum duobus ex visitatoribus
ad minus possint diuidere et partiri prout eis
videbitur conuenire. habent insuper libera potestate
super omnibus in suprascripto iuramento specificatis
et expressis. Teneant etiam priores in officio
psidentes sub pena Centum lb. den. exigere iuramentum
visitatoribus eorum tempore electionis ut creati
ut supra qd eorum offm et maxime omnia et singula
in isto caplo contenta bene pronte et solicite exer
cebunt.

Item prouidimus ordinamus et reformamus
Qz adhec vt hospitale pdictum ad dei et
beate virginis honorem et laudem et pauperum
xpi comodum psectius valeat gubernari
et ne p alicuius prioris insolentiam dictum
hospitale et eius bona in posterum dissipetur
aut eius familia vel paupes ibi recepti et
recipiendi necessariarum rerum pati possint
indigentiam vel defectum. Qz psidentes dicti
visitatores bis vel saltem semel in mense
visitent et visitare teneantur et debeant dictum
hospitale et alios familiam et pauperibus infirmis
et videantur alia potuerint inquirere et inuestigare

quo et qualiter ipum hospitale eius bona et familia
pauperes infantes per priores regitur et guber-
natur. Et si in regimine priorum aliquod defectum
vitium vel errores reperierint debeant ipos priores
interesse ipos fraterne monere. Et si non senserint
infra mensem tale vitium errorem vel defectum
non fuisse correctum. Teneantur ipos priores
iterum simul vel divisim monere in presentia aliquorum
aliquorum de fraternitate dicti hospitalis et si post
secundam monitionem errores vel defectus ibi repertum
priores infra decem dies non curaverint emendare
tunc dicti visitatores omnes in concordia congregare
possint adunantiam de fraternitate in domibus
dicti hospitalis si commode ibi poterint vel in ecclesia
Sancte Marie de misericordia de mercatoribus et in
ea narrare regimen priorum dicti hospitalis et defectus
et errores qui per dictos priores committuntur et pro-
ponere dicte adunantie quid fiendum sit in predictis.
Quidquid autem per dictam adunantiam vel per
tres partes deputatorum adminus extiterit ordinatum
et reformatum super regimen gubernationem
et administrationem dicti hospitalis bonorum et iurium
ipsius. Ac etiam super cassatione revocatione priva-
tione tunc presidentium vel alterius eorum et electione
et creationem novorum priorum missorum in presento
ad securitatem secretum ad fabas albas et
nigras habeat plenam auctoritatem et perpetuum roboris
firmitatem. Teneantur etiam visitatores predicti
et quilibet ipsius ac etiam ad requisitionem cuiuslibet
priorum inquestionibus et executionibus et exactionibus
iurium dicti hospitalis ipsius prioribus et cuilibet
eorum seu substituto aut substitutis ab eis
et omni casu oportuno asistere et opem facere
et omnia alia facere et curare que in presentibus
ordinamentis circa eos dicuntur quolibet pertinere.

Item ne quidquam de bonis dicti hospitalis
valeat fraudari. Ordinamus et reformamus
quod presentes priores hospitalis teneantur et debeant
infra unum mensem a die iuramenti qua officium iura-
verint compulsum fecisse publicum inventarium
manu notarii electi vel eligendi continendo
scripturas et gesta ipsius hospitalis de omnibus

bonis mobilibus et immobilibus ac etiam iuribus et
quibuscumque dicti hospitalis de quibus iuribus notitiam
habuerint. Ac etiam quidquid in posterum obvenerit
dicto hospitali semper infra otto dies a die
obventionis poni debeat in dicto inventario poni
debeat in dicto inventario et scribi per eumdem
notarium et sic si aliquid alienaretur consumeretur
vel perderetur cancellari debeat cum consensu
saltem duorum visitatorum de dicto inventario
cum adiectione expressa ipsius cancellationis.
Quod inventarium tam presentes quam futuri
priores teneantur assignare in adunantia
in qua novi priores eligentur ipsis prioribus
novis et visitatoribus qui presentes fuerint.
Qui priores novi una cum visitatoribus
novis et prioribus veteribus adhoc requisitis
si interesse voluerint debeant videre et
examinare subtiliter an res portatas in dicto inve-
ntario reperiantur in bonis dicti hospitalis
vel non. Et siquid reperierint deficere
illud debeant protinus et notarium facere
prothocollum ordinem vel debitum possit et
debeat a prioribus veteribus ratio sicut
exigi et requiri ut plene et integraliter
intelligatur adminus priorum novorum per
venisse quidquid in dicto inventario de-
scriptum reperiretur quod non fuerit cancellatum
vel protinus manu notarii predicti infra
otto dies a die initiati officii iamque
aut expresentibus prioribus vel futuris
negligens fuerit in confectione vel continuatione
dicti inventarii vel in rerum obvenientium
descriptione vel ipsius inventarii successoribus
readsignatione ac rerum ibi descriptarum
commissione ut supra est expressum solvere
debeat pro quolibet priorum in quo negligens
fuerit nomine pene ducentas libras denariorum parvorum
priorum. Et omne damnum quod ipsi hospitali
ex tali negligentia obvenerit. Incidentem
quam penam visitatores inquirant simul cum
novis prioribus qui pro tempore fuerint

De ratione reddenda per priores. Rubrica.

[...]dres dicti hospitalis in inventario descriptus non curaverint interesse ut supra est narratum.

clxi Item ordinamus et reformamus quod tam presentes priores quam futuri infra mensem post finem eorum offitii teneantur et debeant in eorum offitio successoribus. Ac etiam visitatoribus novis reddere et resignare rationes rerum et quorumcumque bonorum a dictorum manu pervenientium et reliqua integraliter restituere infra terminum supradictum. Et quod dictorum eorum administratione etiam si de reddenda ratione vel restituendis reliquiis a successoribus vel visitatoribus non fuerint requisiti vel moniti. Teneantur nichilominus ipsi visitatores et priores novi eos requirere interpellare et monere ut modo predicto rationem reddant reliqua restituant et assignent. Qui vero neglexerint rationem et reliqua restituere et assignare infra terminum supradictum vel ipsi priores et visitatores novi in recipiendo et revidendo rationem et reliqua quando modo fuerint negligentes quilibet predictorum libras .ii. de pena solvere teneatur. Si vero reperiret aliquem ex prioribus quidquam de prefatis hospitalis bonis mobilibus et immobilibus aut iuribus fraudasse aut subtraxisse vel extrahi fecisse nisi sponte infra biduum omnia restituerint cum effectu. Teneatur vicarius diocesanus et quilibet offitialis curie qui super ad[...] fuit ad petitionem priorum et visitatorum et maiorum partis ipsorum inquirere contra talem fraudatorem aut subtractorem seu subtrahi mandatorem punire acriter aut aliis transeat in exemplum. Priores autem et visitatores qui non sollicitaverint et prompte procuraverint huiusmodi punitionem fieri eisdem fraudis et subtractionibus intelligantur esse participes.

clxii Item providimus ordinamus et reformamus quod utile et necessarium videtur dicta gesta et statuta dicti hospitalis et eius fraternitatis unica manu scribi ut in omni casu oportuno facilius et promptius haberi sit etiam necessarium dictum hospitale habere unum valentem advocatum et ydoneum pro ipsius defensione iurium dicti hospitalis. Ideo priores dicti hospitalis qui pro tempore erunt possint eligere unum notarium ad scribendas et publicandas scripturas quaslibet dicti hospitalis et fraternitatis eorumque gesta et actus. Ac etiam unum peritum advocatum vel duos prout occurrerit necessitatibus et utilitatibus dicti hospitalis. Possintque dare et concedere dictis notario advocato et perito et cuilibet eorum illam provisionem quam eis secundum merita personarum et causarum exigentiam videbitur convenire. Et si dicto hospitali occurreret aliqua ardua et magna tam lis vel questio possint plures advocatos et procuratores conducere prout crediderint expedire et salaria eis et cuilibet eorum mittere atque dare qualitate personarum inspecta prout dictis prioribus videbitur et placebit.

clxiii Item providimus ordinamus et reformamus quod priores qui pro tempore fuerint retinere debeant in dicto hospitali duos cereos seu duplerios magnos sicut sunt duplerii clerici et cum contigerit aliquem de dicta fraternitate sepelliri seu ad sepulturam ferri in civitate predicta teneant dicti priores cum illis quos de fraternitate habere poterint sotiare funus cum dictis cereis seu dupleriis accensis secundum consuetudinem. Priores predicti sub pena decem librarum pro quolibet ipsorum pro vice qualibet qua in hoc fuerint negligentes si per parte heredis seu consanguineorum defuncti vel amicorum dies sepulture eius fuit intimata.

clxiiii Item providimus ordinamus et reformamus quod quilibet laicus de fraternitate testatus vel ab intestato sine filiis masculis decedens dicto hospitali relinquere teneatur libras decem denariorum parvorum. Decedens vero cum masculis relinquere teneatur libras quinque denariorum ad minus. Et si intestato

cuius quantitatis predicte ~~obmiss~~ obmissa fuit relicta huiusmodi quocumque modo. Nichilominus quantitates predicte per sindicum et priores dicti hospitalis et eius superstitis ad executorum heredibus peti possint et exigi debeant cum effectu. Et si quantitates predicte solepni intestato relicte fuissent, potestas autem et capitaneus et quicumque alter offitialis communis Perusii qui ab aliquo ex dictis prioribus vel parte fuerit requisitus ad solutionem predictarum quantitatum inclusis superstitis heredes talis defuncti cogere teneatur de facto sine aliqua oblatione libelli solutione gabelle seu decime et sine solutione alicuius quantitatis pecunie et sine aliqua productione sine vel processu. Viso dumtaxat presenti ordinamento et recepto sacramento ab uno ex dictis prioribus quod quantitas que tunc peteretur dicto hospitali ex aliquo dictorum casuum debeatur. Et in exactione huiusmodi priores fuerint negligentes dupli quantitatis dicto hospitali debite pene nomine solvere teneantur. Hoc tamen utrum dicta quantitas sit exigenda ab herede defuncti vel non remaneat in discretione et conscientia priorum dicti hospitalis.

clxv Item providemus ordinamus et reformamus quod siquis diabolico spiritu agitatus ausus fuerit vel presumpserit intrusum se intrudere in dicto hospitali seu propria auctoritate se dicti hospitalis regimine immiscere aut alio modo quocumque ad dicti prioratus offitium se creari vel eligi consentire seu dictum prioratum gubernationem hospitalis predicti vel administrationem seu dispensationem bonorum ipsius susceperit vel exercuerit nisi fuerit electus et creatus secundum formam presentium ordinamentorum possit offendi impune et in civilibus et criminalibus ei nullatenus ius reddatur. Et ad omnem honorem offitium vel benefitium communis Perusii perpetuo inhabilis censeatur et sit. Et si laycus fuerit ultra predictas penas v. florenorum auri pene nomine communi Perusii solvere teneatur et compellatur de facto sine aliquo processu ordinario sed solum veritate facti sumaria de predictis per quoscumque offitiales. Si fuerit clericus ultra penas iam dictas sit ipso iure anathematizatus et omni benefitio et honore ecclesiastico privatus et sit perpetuo infamis et inhabilis reputatus.

Item quia aliquando contingit quod quidam presumptuosi salutis immemores quod humana et malignam potentiam amicitiam corruptela iura dicti hospitalis impedire conculcare et supprimere voluit et eius bona indebite et indebite retinere quibus est institutum dei et zelo iustitie virilem resistendum nec debent semper priores et visitatores dicti hospitalis sufficiant. Et ideo providimus ordinamus et reformamus quod quilibet de dicta fraternitate teneatur et debeat ad requisitionem cuiuslibet priorum et visitatorum dicti hospitalis ipsis prioribus et visitatoribus et cuilibet eorum vel substituendis ab eis assistere facere ad posse in palatiis rectorum civitatis Perusii et extra pro executione manutentione et defensione iurium et bonorum dicti hospitalis. Et quicumque negligens fuerit in predictis decem libr. den. penam incurrat ipso facto sine aliquo processu ordinario que pena per quoslibet offitiales communis Perusii exigi debeat. Pena offitiali negligenti centum libr. den. pro qualibet vice qua negligens fuerit vice qualibet qua ut premittitur fuerit requisitus. clxvi

Item providemus ordinamus et reformamus quod quantitates omnium et singularum penarum de quibus in presentibus ordinamentis quolibet mentio facta fuerit si incidens in pena laycus fuerit medietas communi Perusii aplicetur et alia medietas hospitali predicto. Si vero incidens in pena fuerit clericus medietas quantitatis penalis ad curiam episcopalem deveniat. Et alia medietas hospitali predicto assignetur cuius pene omnium et singularum exactio fieri debeat per quoslibet offitiales communis Perusii qui super hoc aditus clxvii

fuerit vel per vicarium domini Episcopi pisani summarie et de plano sine libelli oblatione et aliquo strepitu et figura iudicii non obstante et sine aliquo processu ordinario etiam tempore feriarum ordinariarum vel repentinarum. Et quod predicti domini potestas et Capitaneus et quilibet eorum et eorum et cuiuslibet eorum iudex contra predictos sic negligentes et culpabiles teneantur ex offitio eorum inquirere et eos penis predictis punire. Et si aliquis offitialis dicti comunis fuerit negligens vel remissus in executione alicuius predictorum vel alicuius alterius ordinamentis suprascriptis in C florenorum auri pena incurrant auferendam sibi per suos sindicatores ad petitionem cuiuscumque petentis comunis pisani et dicto hospitali conte ut primitur aplicandam.

clxviij Item ordinamus et statuimus quod dicti priores hospitalis non possint recipere nec recipi facere aliquem in oblatum nisi de ipsorum comuni concordia et consensu visitatorum qui pro tempore fuerint posito partito inter eos scruptinio secreto et per ipsos concorditer obtento. Et si secus fecerit, non valeat ipso iure sit nullum.

clxviiij Item ordinamus et reformamus quod massarii comunis pisani qui pro tempore fuerint sine aliquo precepto vel mandato cuiusquam teneatur et debeant erogare florenos quindecim auri anno quolibet pro facibus et candelis pluribus fiendis ad dictum hospitale in festo beatorum Innocentium in qua luminaria intresse debeant et teneantur priores dictum cum quam maiori numero hominum poterit ex hominibus de fraternitatis ita quod cera et facule costus et valoris predicti dicto hospitali offeratur ad honorem et laudem dei et beate virginis et in signum et commemoratione quod dictum hospitale sit sub protectione et defensione comunis pisani neque ... ipsum quidquid imposterum aiudeat attentare.

Item quod hospitale sepe ab iniquis et cavillosis hominibus longevis litigiis fatigatur et gravissimis expensis dampnis et dampnis affligitur maxime cum negotia et lites hospitalis non ita solicite pagatur ut quilibet propria negotia operatur. Ideo necesse est previdere necessitatibus et calamitatibus nescesse de bono providere. Qua propter ordinamus et reformamus quod in qualibet lite controversia vel questione que in parte dicti hospitalis altera parte cum collegio vel universitati moveretur vel quocumque vel qualitercumque contra ipsum hospitale fieret seu ageretur. Iudex qui supplite vel causa cognosceret debeat et teneatur procedere cognoscere et terminare summarie et sine strepitu et figura iudicii vel ordinarie sine forma iuris et statutorum comunis pisani cum compromisso iudiciario vel sine per vos prioribus dicti hospitalis vel alterius eorum aut substituto vel substitutis ab aliquo ipsorum videbitur et placebit et quod contra electionem dictorum priorum et contra eorum sindicatum et sindicum et priorem dicti hospitalis et substitutos ab eis vel aliquo eorum nichilominus dicta vel opponi suspen S. lle. dni. que de facto sine aliquo processu reici debeat ab opponente et si opponetur per aliquem sindicum vel priorem per quecumque offitiales comunis pisani ad petitionem dictorum priorum vel alterius alterius eorum vel sindicum vel priorem dicti hospitalis vel substitutos ab eis vel alterius eorum per eum offitiali negligenti in mille llr. dni de quo debeat expresse sindicari clxxi

Item cum aliis preteritis temporibus quibus infirmi conteretur ad dictum hospitale misericordie per farina ordei et aqua ordei in quo dictum hospitale multum de ordeo solitum est convertere. Et ad relevandum dictum hospitale ab huiusmodi gravare offitiales comunis pisani super campione blad dicti comunis

nuc deputati et qui pro tempore fuerint in dicto hospitali
tamen teneantur dare et tradere vigore presentis
ordinamenti prioribus et rectoribus ipsius hospitalis
seu alteri ipsorum decem corbes ordei de ordeo dicti
communis Pisani ad eorum manus perveniendo. Et simili
modo et causa dent et dare et tradere teneantur
et debeant de dicto ordeo annuatim fratribus seu fratri
sancti Sepulcri et hospitalis Mercantie de Pisis
decem alios corbes videlicet dictis fratribus quinque
corbes et alios quinque hospitali proxime dicto
sub pena Centum librarum denariorum vice qualibet pro
rectorem sindicum ad petitionem dictorum priorum hospitalium
seu sindicorum dictorum fratrum de facto
auferenda aliquo non obstante.

clxxiii Item quod contra mandatum sindicatus et pro
curationis dicti hospitalis vel contra personas
sindicorum et procuratorum non possit opponi
aliquid nisi dicta vel obiecta pena opponenti et obi
cienti Centum librarum denariorum et oppositio et obiectio
non valeat ipso iure dummodo dictum mandatum
appareat per publicum instrumentum cum solepnitatibus
publici instrumenti et quod eo casu quo contra mandatum
ipsum non obiceret dictum hospitale tale man
datum aliqua ratione non valeat impugnare
et quod contra mandatum ipsum obici possit quod constitutus
procurator vel sindicus non possit esse procurator vel sin
dicus et etiam possit opponi de revocatione
et falsitate.

clxxiiii Statuimus et ordinamus quod pro tempore
futuro ad guastum aliquod faciendum in
comitatu vel districtu Pisano pro homicidio vel aliquo
alio maleficio pro quo guastum fieri debet vel de
structio ipsorum bonorum alicuius seu adinvendum
bona communi Pisano publicata nullus accedere possit
vel debeat nisi infrascripto modo et ordine
videlicet quod tantum milites seu socius et familiares
potestatis et capitanei qui ipsum guastum facere
debebunt ire possint ad ipsam destructionem faciendam.
Et si dicti socius et familiares aliquem duxerint
contra formam presentis capituli privatur dominus
potestas vel dominus Capitaneus cuius socius et familiares
accesserint ad predicta et contrafecerint in sindicatu
suo in duplo quantitatis in mille libris denariorum. Dummodo
predicta non intelligantur in bayliatoribus et preconibus
qui tunc accederent pro executione predicta. Qui
familiares potestatis et Capitanei vadant et
ire teneantur eorum expensis nec dicta causa
vel alia tunc a comitatu castri vel ville alicuius vel
alia persona possint aliquid accipere vel
recipi facere directe vel per obliquum sub dicta
pena mille librarum denariorum. que pena per sindica
tores eorum auferatur ab eis de facto non ob
stante aliqua refutatione eius facta vel
fienda. Sed tantummodo cum eis accedere debeat
unus bonus homo et offitialis et notarius qui
eligetur et eligi debeat ad sachettum et
de sacculo extrahi et publicari de sex mensibus
in sex menses. Et eligantur ipsi offitiales et
notarius et intelligatur ipse offitialis esse
et sit sindicus communis Pisani ad recipiendum
portionem bonorum guastandorum vel etiam
publicandorum predictorum et secum ducat tempore
quo ibit ad destructiones faciendas seu ad
accipiendum partem bonorum publicatorum
predictorum suum notarium et unum extimatorem
quem secum ducere voluerit et sit etiam sindicus
ad vendendum dicta guasta et ad recipiendum
pretium et ad dividendum inter Pisanum et
speciales personas. Qui offitialis et sindicus
teneatur et debeat accipere pretium guasti
venditi predicti dummodo nil aliud veniat
in dicta venditione nisi solum guastum
rerum que destrui deberent secundum formam
statuti et facto redditu de guasto infra
etiam diem reddere et dare camerario communis Pisani

ome id et totum quod apud se here de pretio
venditionis dicti guasti dummodo retinere
possit pro suo salario et dicti notarii et dicti
notarii et mensuratoris et tubatoris pro die
quolibet sine alia apodissa pro quolibet eorum .xx.
sold. den. et pro quolibet bullitore pro die otto sold.
den. et si de pretio dicti guasti eis satisfieri non
posset vel cum accederent ad diruendam bona
publicata eorum habeant dictum salarium a comuni pisis
et camerarii ipsius comunis. Quod quidem salarium
dicti camerarii teneantur eisdem dare sine alia
apodissa. et stetur de dicto offitialis quot
diebus steterint et servierint ad predicta cum
iuramento suo. Itatamen quod dicto sindico
de guasto non reperiret aliquis qui sufficeret
emeret pro tanto dictum guastum dictus sindicus
et offitialis possit et teneatur ipsum guastum
extimare ut viderit convenire et scribi facere
per suum notarium et assignare et assignari
facere sindico castri vel ville cuius pertinentiis
erunt res destruende et idem sindicus
similiter et offitiales potestatis et capitani
cogantur solvere dictam quantitatem ac si sponte
se obligasset summarie sicut cogeretur ex
instrumento confessionato statim visa dicta exti-
matione facta per dictum sindicum et offi-
tialem comunis pisis et scribenda per dictum notarium
qui sindicus comunis pisis realiter et personaliter
cogatur dictum offitium facere et exercere. Et
similiter divisiones et diffinitiones et venditiones
fiende de guastis in civitate et burgis
pisis per ipsum sindicum et offitiales comunis
pisis fiant et fieri debeant et non per alium
ullo modo sub dicta pena non obstantibus
dictis divisionibus vel aliqua reformatione
statuto vel ordinamento in contrarium loquente
quibus omnibus presens capitulum totaliter derogetur.

Nisi particulariter unus bonus homo et
unus notarius cum eo quorum offitium duret

sex mensibus et habeat quilibet eorum pro suo salario a comuni
per dictos sex menses viginti sold. den. Qui offitiales
teneantur et debeant facere bapnire per totam civitatem
et burgos semel omni mense. Quod omnes habentes
equos seu mulos causa dandi ad vecturam com-
parent coram eis cum ipsis equis et mulis
infra otto dies a tempore bapnimenti assignandos
ipsis offitialibus ~~ipsos equos et mulos et~~
~~mulos~~ et ipsos equos et mulos qui causa
sic dandi ad vecturam coram eis fuerint assi-
gnati et omnia signa et maculas et ma-
gagnas eorum scribi faciant et postea eos
~~bona eos~~ bona fide sine fraude debeant ex-
timare ita quod illi quorum fuerint extimationem
sive non valeat ullo modo. Si vero dicti
equi vel muli morirentur vel magagnarentur
penes conductorem ita quod non essent recipiendi
a locatore illi quorum fuerint equi vel muli
recipiant et habeant a conductore extimationem
contentam in libro offitialium predictorum et non aliam
ullo modo non obstante extimatione seu
venditione facta in fraudem illi vel illis qui
equos duxerint per istrumentum seu per confessionem
et non obstante si conductores renuntiabunt
presenti capitulo statuti. Et utrum dicti equi
vel muli sint recipiendi vel non per locatorem
a conductore semper sit in providentia offitialium
predictorum. Et confessio seu istrumentum cuiusque
conductionis esset a die restitutionis vel assignationis
ultra nullius valoris seu momenti existat et
ista restitutio et assignatio probari possit tam
per testes quam per pristea non obstante aliquo istrumento
seu confessione seu aliquo capitulo statuti. Nullus
insuper offitialium comunis pisis a viginti diebus
in antea a die restitutionis seu reassignationis
equi seu muli restituti seu reassignati aliquem
intelligant ullo modo cassari capsione instrumenti
seu confessionis tam de equis et mulis quam etiam
de vectura infra quos viginti dies teneatur
petere et querelam proponere coram iudice Et ipse

Judex debeat dictam causam expedire et terminare et si procuratorem steterit ultra audiri non debeat non obstante aliquo capitulo seu capitulis statuti precedentibus vel subsequentibus quibus omnibus presens capitulum derogetur. Statuimus insuper quod quicumque equum vel mulum dederit seu locaverit adiectuam pro vectura cuilibet diei otto solidos denariorum ad plus recipere valeat videlicet a kalendis novembris usque ad kalendas martii et a kalendis martii usque ad dictas kalendas novembris decem solidos denariorum non obstante aliqua promissione seu confessione quam reciperet de vectura sibi solvenda nec obstante aliquo capitulo statuti quod huic capitulo precederet seu etiam sequeretur. Et si quis pro vectura alicuius diei vel occasione vecture ultra receperit quam dictum sit viginti quinque libre pro vice qualibet solvere teneatur et adiectuam restituendam quod ultra otto solidos denariorum et decem ut dictum est acceperit per potestatem et capitaneum compellatur et sufficiat probatio unius testis fidedigni diversitate cum sacramento conductoris. Si quis autem preter dictam formam equum vel mulum dederit seu locaverit adiectuam seu vendiderit in fraudem occasione vecture et eundem equum seu mulum receperit seu redemerit et post talem receptionem alicui dictum equum seu mulum dederit ad adiectuam seu in fraudem vendiderit vel quocumque modo vecture seu pretii presentiterit offitiales comunis pisani eum non intelligant neque audiant et ius sibi non faciant de ipsis equis et mulis atque vecturis ullo modo et pretextu confessionum vel instrumentorum ei ius non debeat observare et aliquem cogere non debeat talibus locatoribus respondere et predicta dictimus observari si clare apparebit per notarium qui fecerit instrumentum seu etiam per testes tam de equis et mulis quam etiam de vecturis et insuper solvat quilibet contrafaciens in predictis viginti quinque libre denariorum nomine pene pro vice qualibet que pena dicto sibi debeat auferri per potestatem vel capitaneum sine alio processu libello vel inquisitione sed summarie et de facto ad petitionem cuiuscumque petentis et potestas vel capitaneus eum debeat condepnare et si potestas vel capitaneus ad dictam penam imponendam et exigendam fuerint negligentes L. libre denariorum.

De eorum salario comunis pisani solvere teneatur. Et si equus vel mulus qui locaretur ad vecturam penes conductorem moreretur vel efficeretur inutilis quod a die qua moretur vel inutilis efficeretur in antea ad aliquam vecturam solvendam locatori conductor minime teneatur sed teneatur locatori ad solvendum vecturam usque ad dictam diem qua moreretur vel inutilis efficeretur. Et adextimationem talis equi vel muli sive quod reperiretur in libro notarii ad dictam officium deputati qua extimatione et vecturam dare teneatur dictus conductor dicto locatori infra terminum decem dierum a die reversionis dicti conductoris si reverteretur ad civitatem; si autem non reverteretur ad civitatem vel in contrarium teneat et debeat notificare dicto locatori per suas licteras infra decem dies et infra alios decem dies facere sibi solvi et si non solveret infra dictum terminum teneatur adextimationem et vecturam ac si dictus equus vivus esset et sanus et si accideret conductorem mori quod dicti decem dies currant ad solvendum heredibus talis mortui vel fideiussoribus presentis pro tale conductorem a die qua notum erit in civitate pisana de morte talis conductoris ne fraus fiat. Salvo quod dicatur equus vel mulus locatus mortuus qui non esset quod teneatur dictus conductor probare per testes vel instrumentum de morte dicti equi vel muli et aliter dicto beneficio gaudere non debeat de quo supra dictum est. Preterea volumus statuentes quod si potestas vel capitaneus vel priores de cetero vel alter eorum miserint aliquam personam ad aliquem locum pro facto vel negotio comunis pisani et eidem tali qui fuerit missus moreretur aliquis equus quem duceret vel magagnaretur vel perderetur volumus quod talis equus qui moreretur vel perderetur emendetur ei per comune pisanum. Et potestas et capitaneus dictum equum mortuum magagnatum vel perditum ei faciat emendari non obstante si dictus equus non fuerit assignatus vel etiam extimatus.

Statuimus quod super ressaliis ordinandis

De offitio offitialium super ressaliis ordinandis. R.

clxiv.

Quod offitiales super represaliis v. sint quinque

offitiales extracti de sacculis infrascriptorum,
extrahendi qui sint et esse debeant
quinque boni homines de artibus scilicet unus
pro qualibet que electio dictorum quinque bonorum
hominum fiat et fieri debeat et in sacculis et per
offitiales predictos ad sacculos imponendum et
sic ad electiones et publicationes dictorum offitialium
de sex mensibus in sex menses procedatur. Qui
boni homines et offitiales habeant plenam pote
statem concedendi represalias cui de iure

arbitrium concedendi represalias

cognoverint concedendas et concessas tollendi
scilicet que pro debito de quo non appareret
instrumentum confessionatum vel guarentigiatum
concesse essent cui crediderint concessas
non fore de iure. Dummodo post exa
minationem per eos factam concedere non
possint nec tollere huiusmodi represalias
nisi de expressa consensu et voluntate con
sulum mercatorum auditorum cambii et
camerarii artis lane et calzolariorum de quibus
omnibus ad minus esse debeant nove in con
cordia et si aliter concederent non valeat.
Qui offitiales teneantur sedere duobus
diebus qualibet septimana scilicet die lune
et die veneris intra cameram consulatorum
monete et massariorum eorum presentibus scilicet
de mane usque ad tertiam et post nonam usque
ad vesperas et aliquam concessionem dictarum
represaliarum facere non possint nec facere
presumant nisi secundum dictam formam et dicta forma
non servata sub dicta pena eis de facto si
contrafecerint auferenda per eorum sindicatorem.
Qui quidem offitiales eligendi et dicti
consules auditores et camerarii infra
tempus trium mensium proxime venturorum
a die electionis fiende de eis omnes re
presalias et registrationes concessas anno
domini millesimo iii° lxxxxiii. videre et exa
minare teneantur et que iuste et iuri
dice concesse fuerint illas pronuptiare
iuridicas et iuridice concessas et debere
executioni mandari, quas vero iniuste fue
rint iniustas et non iuridice concessas
scilicet que pro debito de quo non apparet instrumentum
confessionatum vel guarentigiatum concesse essent

illas pronuptiare nullas et nullius valoris esse
vel efficacie et tales habentes ipsis uti non posse.
Eis vero quibus quis habeat pro ipsis que sibi
deberentur de quo debito habet instrumentum confessionatum
vel guarentigiatum dicti offitiales cassare vel tollere
non possint. Et etiam habeant et habere de
beant dicti quinque boni homines unum notarium ydoneum
et sufficientem qui stet cum eis et scribat ea
que egerint et fecerint et actitaverint faciendo
in effectu supradicto exhibendo et publicando de
sacculis una cum dictis offitialibus. Qui offi
tiales ut dictum est sedere debeant ad iura
reddenda sub dicto periculo sub pena decem solidorum denariorum
pro quolibet contrafaciente et qualibet vice que
pena de facto auferatur contrafacienti per qualibet
vice per militem capitanei populi pena centum librarum
denariorum auferenda per suum sindicatorem si ne
gligens fuerit in predictis. Et quinque dicti
consules auditores et camerarii teneantur
a die sue ad examinationem processuum
et deliberationem faciendam utrum sint concedende
vel non huiusmodi represalie teneantur et
debeant coram eis comparere ad dictam examinationem
et deliberationem faciendam sub pena viginti
solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice que
pena auferatur per dictum militem capitanei sub
dicta pena centum librarum denariorum. Teneantur
etiam dicti offitiales represalias iam concessas
anno millesimo iii° lxxxxiii. revidere appro
bare vel improbare infra terminum trium
mensium proxime venturorum a die publi
cationis ipsorum. Et si dicti boni homines et offi
tiales supradicti infra tres menses predictos
predicta non expediverint incidant in penam
trecentarum librarum denariorum pro quolibet que pena
elapsis dictis tribus mensibus per potestatem
de facto debeant auferri. Et nichilominus infra
decem dies subsequentes debeat expedivisse
quod si non fecerint possint habentes rep
presalias impune uti et teneantur etiam
expensis eorum presentibus requirere omnes civitates.

contra quos concesse sunt et notificare ordinamenti
factum et si volunt de eorum iure dicere vel alle
gare et dare terminum competentem. Et si casu sive
culpa vel defectu alicuius de civitate vel comitatu
Pisarum essent concesse de iure et iuste contra Pisa
nos alique represalie vel insolutum concederent
Contra potestatem et capitaneum civitatis Pisarum
talis Pisanus vel comitatensis cuius defectu
vel culpa tales represalie essent concesse contra com
mune Pisarum ad petitionem cuiuscumque petentis cogatur
de facto ad faciendum ipsas tolli removeri
et elevari suis sumptibus et expensis infra
terminum trium mensium quod si non fecerit
teneatur summarie et de facto sine strepitu et figura
iudicii satisfacere de suo omnia dapna expensas
et interesse que et quas substinuit aliquis
Pisanus seu comitatensis occasione dictarum rep
resaliarum. Ita tamen quod predicta supra proxime locum non
habeant contra illos contra quos essent concesse represalie
ex eo quod commune Pisarum sibi iam represalias concessis
set. Et si capitaneus et potestas ad predicta fuerint
negligentes puniantur per suum sindicatorem
in quantitate librarum [illegible] de ipso proprie sindicatione
spetiale debeant sindicari. Et quod domini potestas
et capitaneus et maior sindicus et alii offitia
les eorum teneantur et debeant omnes et sin
gulas represalias ut supra concessas et reno
vatas per dictos offitiales ad quamlibet renovationem
citentur illi contra quos concesse sunt per preconem
[illegible] locis in platheis communis Pisarum. Exequi
et executioni mandare realiter et personaliter prout et
sicut in ipsis represaliis continetur. Et ad obser
vationem predictorum et modi et forme predicte
in concessione represaliarum teneantur etiam prepositi
offitiales super represaliis et alie vel aliomodo ad con
cessionem aliquarum represaliarum sine consensu predictorum
Consulum auditorum et Camerarii ut dictum est procede
re non possint et si secus fieret non valeat ipso
iure et dictum capitulum [illegible] et locum habeat exinde
Si quis tamen de civitate vel comitatu Pisarum
habuit vel habet instrumentum confessionatum vel
[illegible] alicuius debiti contra commune vel uni
versitatem seu comitatum et loco alicuius civi
tatis castri terre vel comitatus existentis contra

comitatum Pisarum et vellet illud exequi in ipsa exe
cutione talis ordo et forma servetur videlicet quod creditor
habens tale instrumentum adeat dominum capitaneum populi vel
dominum potestatem qui dominus capitaneus et potestas in [illegible]
iudices competentes esse intelligantur et sint
et producto penes eos huiusmodi creditoris tali instrumento
coram ipso domino capitaneo vel potestate et petita
ipsius executione instrumenti vel instrumentorum idem dominus capitaneus vel
potestas citari et requiri faciant per eorum patentes
licteras per proprium baiulum communis Pisarum vel nuntium iuratum
cuius relationi stetur et credatur commune universitatem
ac comitatum huiusmodi civitatis terre castri vel
loci et regimina ipsius ad locum habitationis ipsorum regi
minum et presentando licteras tales citationis ipsis
regiminibus vel saltem ad ipsum locum habitationis
ponendo ipsas licteras in ianua sive hostio
ipsius loci habitationis et ipsas ibi in publico
dimictendo ita quod ab omnibus videri possint
in quibus licteris contineatur quantitas debiti petiti
et per quem ipsum debitum petitur et quod ipsum commune
sive universitas de ipso debito infra [illegible]
[illegible] dies a die facte citationis huiusmodi
presentis computandum debeat ipsi creditori satisfecisse
cum effectu vel ostendisse et opposuisse coram
dicto domino capitaneo vel potestate quare ad ipsius debiti
solutionem non teneatur et si infra dictum
terminum quis comparuerit nomine talis univer
sitatis fiat sibi ius et iustitia per ipsum dominum
capitaneum vel potestatem et procedat ad expedi
tionem cause servata forma et termino de
claratis in capitulo loquente de executione instrumentorum
confessionatorum quod est in primo libro huius voluminis
Si vero infra dictum terminum non fuerit dicto cre
ditori satisfactum vel aliquid oppositum seu oppositum
Et infra tempus debitum non probatum sive
super oppositis probatum non obstare et
tunc idem dominus capitaneus vel potestas possit
teneatur et debeat ad penam contingentem librarum denariorum
concedere huiusmodi creditori represalias et
licentiam reprehendendi capiendi et detinendi
personas talis comitatus et eius districtus et
eorum et cuiuslibet eorum bona pro quantitate debiti
petiti. Et fiat et fieri possit et debeat

executio dictarum licentiarum realium et personalium per
quemlibet offitialem dicti communis contra illos contra
quos concesse sunt et in bonis et rebus ipsorum et
de tempore in tempus possint de licentia
renovari per dominum potestatem vel capitaneum populi ab-
sque aliqua citatione solum premissa subhastatione
preconia per platheam civitatis Perusii.
Et quod dicti creditores res et quantitates quas ex
dictis represaliis et licentia consequentur dare te-
neantur in scriptis apud bonum hominem eligendum
secundum formam capituli infra positi sub rubrica
de electione et offitio offitialium super rebus rep-
rehensis et omnia contenta in ipso capitulo locum
habeant in eo qui secundum formam huius legis re-
presalias seu capiendi et reprehendendi licentiam
consequentur. // Et hoc presens capitulum precise
volumus et inviolabiliter observari non obstante
aliquo statuto vel capitulo in presenti volumine contento
precedente vel sequente vel alia reformatione seu
quavis alia provisione facta vel fienda et
quod ultra vel contra vel preter formam datam et
traditam in presenti capitulo represalie vel sequestra-
tiones concedi non possint quoquo modo
salvo si non concederentur in adunantia generali
Artium et artificum civitatis Perusii in qua
de derogatione presentis capituli expressa mentio
fiat et aliter huic capitulo derogari non possit.

De electione et offitio offitialium super rebus rephensis. lxii.

clxiii

Eligatur etiam unus bonus homo
de mercantia et unus notarius cum
eo qui supersint super rebus que reprehenduntur
quibus vel alicui eorum quicumque aliquid repre-
henderit debeat illud assignare et etiam offi-
tiali de cuius licentia reprehenderit infra
tertiam diem a die reprehensionis ad penam .C.
librarum denariorum. Et nichilominus cadat a iure
suo in rebus reprehensis ipso iure quam
contrafaciens solvere teneatur et possit etiam de-
robaria nichilominus accusari qui offitiales
esse debeant cum militibus sive sotiis potestatis
et capitanei et ipsas res reprehensas facere
bandiri quotiens eis et dictis militibus videbitur convenire
et factis bapnimentis ipse res vendantur pro iusto
et convenienti pretio per dictum bonum hominem de mercantia
et per dictos milites potestatis et capitanei dummodo tamen
illas res non debeant concedere illi qui eas
reprehendissent seu reprehendi fecissent vel alicui
alii quod ad ipsum valeat pervenire. Et quod fient
bannimenta per dictum ille qui fecerit represaliam
vel alius pro eo non intersit et illud pretium
quod habebitur ex venditione dictarum rerum reprehensarum
debeat sibi dari. Et ille qui reprehendisset illam
quantitatem in suo capitali computare debeat
et expensis. Et quia plerumque contingit quod
post reprehensas res infra terminum trium
dierum reprehendentes se componunt et pecuniam
accipiunt vel aliud pretium et res reprehensas
restituunt et etiam interdum licentias concedunt
illis contra quos represalie sunt concesse ut possint
venire ad civitatem Perusii et eius comitatum secure
et de hiis licentiis sepius non modicam re-
cipiunt pecunie quantitatem. Volumus et ordinamus
quod tales habentes licentias reprehendendi tene-
antur et debeant ipsi et eorum procuratores seu
gestores dictas quantitates eisdem offitialibus
assignare bona fide sine fraude infra tres
dies a die quo receperint dictas quantitates vel
promissiones de dictis quantitatibus quod si non fecerint
ex nunc prout ex tunc ablata sit omnis potestas
reprehendendi et dicte represalie intelligantur
esse nulle et nullius valoris ipso facto et
eis postea uti non possint. Et de predictis omnibus
debeat fieri unus liber per dictum offitialem
et notarium eius in quo scribantur omnia
que fierent super facto represaliarum tam de
assignatione rerum quam de bannimentis et
stabilimentis et venditionibus et pecunia
et licentiis que concedentur et de omnibus
aliis que perceperint tam ex concessione
licentiarum quam etiam ex compositionibus quas
facerent et etiam rebus que venderentur
ut dictum est. Ita quod semper appareat quod perceperint

et quid percipere debeant.

et quid percipere debeant et de omnibus aliis
que occurrerint ad dictum officium exercendum
et quidquid inde perceperint ex eorum potestate
de prima summa et habeat plenam absolutionem.
Et si alicui esset vel fuerit concessa
licentia represaliandi et represaliaverit vel
occasione dicte represalie commune Perusii vel specialis
persona que represaliam haberet vel represaliam
faceret traheretur ad curiam domini pape tunc
commune Perusii non teneatur nec debeat facere
expensas litis illi vel illis qui represalias
haberent vel represaliarent nec etiam aliquas
alias expensas ei vel eis commune Perusii facere
teneatur. Et si ille qui traheretur
ad curiam domini pape vel eius occasione
commune Perusii ad dictam curiam traheret in causa succubuerit
vel causam perderet vel commune Perusii vel sindicus
communis condempnaretur occasione predicta tunc ille
qui represaliam habuit vel habet occasione cuius
fieret questio in curia supradicta teneatur
illas res represaliatas vel pecuniam ex eis
acceptam si vendite essent restituere illi
qui in supradicta curia obtineret et teneatur
reficere communi Perusii omnia dampna et expensas
que et quas substinuit et passum fuit
occasione questionis eiusdem exceptis ex-
pensis questionis in quibus restitutionem
commune Perusii non habeat. Preterea ut aliquis
bonum possessionis in districtu Perusii nemini
represalie cedant nec eis uti possit.
Que electio dicti boni hominis et notarii fiat
et fieri debeat de sex mensibus in sex mensibus
per dictos consules mercatorum sub pena .X. libr(arum)
denariorum perusinorum pro quolibet consule contrafaciente vel
negligente. Et dictus bonus homo et notarius
habeant et habere debeant pro eorum salario sex
denarios pro qualibet libra quantitatis quam redigere-
tur ex rebus represaliatis quem solum debeat
pro dictis rebus. Et nichil amplius dicti
bonus homo et notarius percipere possit
occasione predicta sub pena supradicta scripturarum
vel alterius rei sub pena centum librarum
denariorum perusinorum et qualibet vice. Et dicti
bonus homo et notarius ad acceptandum
dictum officium realiter et personaliter cogantur per po-
testatem et capitaneum et quemlibet officialem
communis Perusii

Cum multi perusini deserviant et
contrahant cum forensibus qui
forenses efficiuntur. Intendentes debitores
perusinorum iustitiam non inveniant
et conveniens sit quod illud ius reddatur
perusinis super quibuscumque negotiis quod clxxvii
fit in civitate Perusii inter perusinos et
forenses. Statuimus quod si aliquis
perusinus est vel fuerit vel erit creditor
alicuius forensis et hoc ostenderit per
publicum instrumentum et fuerit requisitus
per ambaxiatores vel nuntium vel litteras
expensis communis Perusii. Dum modo ambaxia-
tores si venerint vel fuerint missi oc-
casione predicta debeant referre coram dominis
prioribus artium civitatis Perusii res-
ponsionem quam habuerint per sacramentum
quod dictam relationem faciunt veram bene
et legaliter et scribi faciant a notario
priorum vel cancellario ita quod talis
creditor possit de dicta relatione facere
fidem coram quo petere voluerit sequestrationem
fieri. Si vero nuntius iverit
teneatur de presentatione litterarum quas mitti
debeant tam iudici quam prioribus vel
aliis qui tenerent locum generalis
officii in dicta civitate vel terra facere
fidem per publicum instrumentum si habere poterit. Si
autem habere non poterit stetur relationi dicti
nuntii dum modo iuret dictam presentationem
fecisse bene et legaliter et responsionem non
potuisse habere nec notarium per quem de pre-
sentatione fieri fecerit publicum instrumentum quam
relationem si veram non fecerit tamquam fal-
sarius et falsam relationem faciens puniatur.
Si vero creditor iverit et noluerit alium
nuntium mictere et non potuerit de presentia
de presentatione litterarum instrumentum fieri facere
de quo stetur iuramento tunc sufficiat
relatio cum iuramento ut supra. Et si non
veram fecerit dicto modo puniatur domini illius
terre de qua fuerit talis forensis vel iudex
quicumque alius questionis coram quo questio
et causa et executio iustitie peteretur ut talis

istrum confessionatum non sine iure confes
sionis exequatur et illud non fuit exe
cutum eo modo quo mandamus executio
ista confessionum in civitate pisis ad
petitionem forensium contra pisanos. Et
potestas et Capitaneus et quilibet alius of
ficialis sive Judex comunis pisis possit et
debeat ad penam quingentarum librarum denariorum
facere sequestrum de bonis mobilibus illorum
de terra unde esset talis debitor forensis
ad petitionem creditoris usque ad quantitatem
quam debet recipere dictus pisanus et stent
in sequestrum quousque fuit pisano
de petitis satisfactum et pro quantitatibus dictarum
rerum et pecunie sequestratarum dentur
inscriptis apud bonum hominem eligendum
secundum formam capituli de hoc loquentis super
posito quod incipit eligatur etc. Et
si contigerit sequestrum intervertere vel
non assignare res sequestratas pro de suo
extimationem dictarum rerum solvere teneatur

De modo procedendi quando aliquis pisanus fuerit derobbatus

Et si aliquis civis pisanus fuit malig
terra vel loco non subiecto vel supposita
comuni pisis derobbatus vel spoliatus rebus suis
vel quas secum haberet vel possessione ipsarum rerum
seu pecunie privatus de qua privatione

Sufficit fama prout ut patet in dicto spoliato

saltem constet per publicam famam fidedignorum
testium et per sacramentum dicti spoliati vel de

Quando requirit comune illius loci ubi est derobbatus per ambaxiatas vel litteras

robbati et requisitionem fecerit comune illius
terre vel loci in quo vel qua vel cuius Ju
risdictione territorio vel districtu fuisset
dictus pisanus derobbatus vel spoliatus rebus
suis quas secum haberet seu bonis vel pecunia
que vel qua secum haberet seu possessione suarum
rerum vel pecunie privatus per ambaxiatores
vel litteras comunis pisis quod tali pisano faceret

Et nisi fuerit facta restitutio fiat represalia per capitaneum pisis pisano facienda

satisfieri et restitui suas res vel pecuniam
acceptam modo predicto et satisfactio tali pisano
facta non esset et probatum fuit coram officiale
comunis pisis per talem pisanum saltem per famam
publicam quod fuit derobbatus vel spoliatus
vel possessione ipsarum rerum vel pecunie privatus.
Et capitaneus pisanus teneatur et debeat
ad requisitionem dicti pisani facere sequestrum
de bonis et rebus hominum illius terre vel loci si
reperiantur in civitate sive comitatu pisis
usque ad condignam quantitatem extimationis rerum et
pecunie acceptarum dicto pisano et dampnorum
et interesse credendorum tali pisano inspecta
qualitate rerum et cause et conditione persone.
Et facto dicto sequestro statim per litteras domini capi
tanei requiratur comune ipsius terre quod tali
pisano satisfieri faciat infra otto
dies a die qua fuit facta dicta requisitio
Et si non fecerit si erit pecunia sequestrata
detur tali pisano usque ad convenientem quanti
tatem. Et si erunt alie res dentur eidem
in solutum per dominum Capitaneum usque ad satisfactionem
condignam extimationis rerum acceptarum seu
quantitatis pecunie et dampnorum et interesse Et
ad predicta potestas et Capitaneus teneatur ad penam
quingentarum librarum denariorum non obstante aliquo
capitulo precedente vel sequente per quecumque verba
loquatur dummodo denuntiari debeat offi
tiali eligendo super rebus reprensis quantitas
petita per talem pisanum super predictis et
quantitas que sibi ut dictum est daretur in solutum
vel satisfactione predictorum et si etiam dictum
possessum fuerit Judicate vel concesse per potestatem
vel Capitaneum res predicte Et quod dictum est
de privatis creditoribus et debitoribus singularum
personarum locum habeat quando contigerit obligatum
fore pactum vel alio modo Juridico alicui pisano.
Et quia milites stipendiarii comunis pisis
forenses sepe pro ipsorum debita talem im
pediunt et detinent quod equitare et
servire non possunt tempore necessario
comuni pisis. Statuimus et ordinamus
quod de cetero persone aut equi vel arma
seu paghe vel soldum dictorum stipendia
riorum conductorum et etiam conducendorum in
posterum non possint nec debeant modo
aliquo sive causa sequestrari detineri
vel interdici per aliquem offitialem comunis pisis
nec ad petitionem alicuius Et si secus
fieret non valeat nec teneat et nichilominus
offitiales deputati vel deputandi super
paghis stipendiariorum ipsam pagam dent
et solvant ipsis militibus predictis temporibus
et terminis et pactis contentis non obstante
aliquo debito ipsorum stipendiariorum et si
aliquis in predictis vel aliquo predictorum contrafaceret condep
net in .l. libre denariorum pro quolibet contrafaciente et
qualibet vice Et hoc locum habeat in debitis gerendis
per stipendiarios extra maritima:—

De forensibus qui habitant in civitate ... pro aliquo ... comitatu ... apparerent ... vel alios ... capi possint

c lxxviii

Observandum abundantiam in civitate Perusii et ad bonum publicum respectantes quod ex residentia forensium tam artificum quam aliorum plurimum augetur presenti capitulo duximus statuendum quod illis forensibus qui hactenus familiariter in civitate Perusii habitant seu in posterum habitabunt per unum mensem ante quam represalie alique seu reprehendendi vel arestandi licentie commisse fuissent seu concederent in posterum quovis iure modo causa seu forma etiam vigore istorum concessionariorum vel alio quoquo modo seu iure in civitate Perusii vel ex fortia seu districtu vel aliquo magistratu seu offitiales dicte civitatis contra aliquam comunitatem corpus collegium seu universitatem de qua talis forensis fuisset vel esset possit seu debeat quovis modo iure causa seu forma directe vel indirecte quocumque aut qualecumque vel eius familia reale seu personale molestari exigi infestari gravari vel capi directo in civitate Perusii et eius comitatu fortia et districtu per aliquem offitialem dicti comunis Perusii vel aliam quamcumque personam durante tempore quo ipse habitare voluit in civitate Perusii et per ipsum tempus aut per ipso tempore vigore iuris seu causa talium licentiarum seu represaliarum etiam emanatum ab istis concessionariis seu quarentigiatis vel aliter quoquo modo. Et si secus vel aliter fieret quod factum fuerit non teneat ipso iure. Et nichilominus quilibet contrafaciens ipso iure et vice qualibet incidat in pena Mille librarum. Et si offitialis fuerit de suo salario retinendum eius tempore sindicatus. Et quod super tali materia possit et debeat specialiter sindicari per suos sindicatores sub dicta pena ad instantiam cuiuscumque petentis. Siquis autem de extra comitatu Perusii seu districtu ad ipsam civitatem tulerit duas eminas grani vel abinde supra de eremino. Et similiter predictorum vel alicuius eorum occasione vel causa vel dependentium quoquo modo non possit seu debeat reale seu personale molestari exigi seu capi per spatium trium dierum computandorum continue et inclusive a die adventus eius ad ipsam civitatem sub pena et prout supra de forensi habitante seriosius est expressum. Et si fuerint banditum extra dictorum priorum et camerariorum quod venientes cum grano possint secure redire. Adimentes ex nunc quo ad predicta omnia et singula que de forense et habitante dicta sunt cuilibet offitiali presenti et futuro iurisdictione cognitione in cognoscendo et inveniendo et alio quocumque actu ita quod tamquam privati habeant debeant et censeri et lecho privati fuerint non obstantibus quibuscumque reformationibus aut ordinamentis seu provisionibus factis et quibuslibet faciendis.

De exitibus terrarum per represalias vel licentias capi non possint preterquam de ... fontis et castri ... de ... a ... lxxx.

c lxxviiii

Normam videtur honestati non congruum quod qui aprie dulcedine fuerint repulsi per represalias seu alias aliquas licentias contra civitates terras vel loca concessis seu in posterum concedendis quocumque reale seu personaliter molestari vel capi possint presenti capitulo duximus statuendum. Quod nullus exititius alicuius civitatis terre castri vel loci contra quod seu quas in civitate Perusii alique represalie seu reprehendendi seu arestandi licentie etiam vigore istorum concessionariorum seu quarentigiatorum vel aliter concesse essent seu concederent in posterum possit vel debeat quoquo modo iure causa seu forma quocumque aut qualecumque in civitate comitatu vel districtu Perusii directe vel indirecte reale seu personale exigi molestari gravari capi vel detineri quamdiu fuerit exititius talis civitatis terre castri vel loci corporis collegii seu universitatis contra quos seu quam

tales repressalie seu licentie concesse essent seu concederent imposterum modo aliquo sive causa seu forma quocumque aut quecumque. Addimentes etiam quod predicta que de exititiis et dictis hominibus dicta sunt, cuilibet offitiali comunis Perusii presenti et futuro omnem iurisdictionem, potestatem, arbitrium et qualibet facultatem ita quod lecho privati fuerint intelligatur in omnibus et per omnia. Decernentes quod illi censeantur ad omnem dubietatem tollendam etc. exititii omnes illi qui essent condempnati seu exbanniti quibuscumque de civitatis terre vel loci contra quam vel quem tales repressalie seu licentie concesse essent seu imposterum concederentur. Et etiam homines illarum civitatum terrarum castrorum seu locorum quorumcumque suppositorum vel suppositarum alicui domino seu comitati que quibuscumque essent rebellantes seu non obedirent eorum dominis seu comitatibus quibus esse iussent quolibet subesse. ~

De doctores seu scolares pro repressalys vel licentiys capi non possint vel rephendi et similiter offitiales forenses.

clxxx.

Ad decorem studii Perusini et securitatem doctorum et quorumcumque scolarium intendentes et quia fieri est consonum duximus statuendum quod nullus doctor vel scolaris qui venisset hactenus ad legendum in aliqua sua ut facultate vel ad studendum in civitate Perusii seu veniret in futurum possit vel debeat quoquo modo in civitate vel comitatu Perusii ut eius territorio fortia vel districtu pro aliquibus repressalys seu licentiis concessis vel concedendis imposterum in dicta civitate ad alicuius instantiam contra aliquam comitatem corpus collegium vel universitatem quovis iure causa modo seu forma ut quovis arbitrio concesse sint seu in futurum concederentur. Nec aliqua arrestatio detentio noxia vel nocitas realis seu personalis fieri directe per eorum vel alicuius eorum occasione ut causa seu dependentia vel anexorum per aliquem offitialem vel rectorem seu magistratum comunis Perusii presentem vel futurum. Et si secus fieret ipso iure sit nullum. Confirmantes etiam omne privilegium concessum doctoribus et scolaribus forensibus venientibus ad legendum vel studendum in studio Perusino et qui venissent hactenus quoquo modo et de novo etiam concedentes. Item volumus quod offitiales forenses venientes ad regimen civitatis ut comitatus Perusii durante eorum offitio nec post offitium per duos menses non possint capi nec gravari realiter nec personaliter per aliquem pro repressalys ante adventum per quindecim dies nec in post adventum. ~

De registro fiendo in cancellaria comunis Perusii de repressalys et dignitatibus exactis registrandis. Rea.

Volentes ut clarius appareat qui habent seu habuerint imposterum aliquas repressalias seu licentias etiam emanatas ab istis confessionatis vel alias in civitate Perusii quoquo modo concessas vel concedendas contra aliquam comitatem corpus collegium seu universitatem et etiam quidquid exactum esset et haberet recuperet seu exigeret per ea quocumque et qualitercumque. Statuimus quod fiat et fieri debeat et stare continue in cancellaria comunis Perusii unum registrum in cartis membranis quod registrum sumptibus comunis Perusii expensis comunis predicti fieri faciat subtabulis ligatum quod vocetur registrum repressaliarum. In quo quidem registro describantur et describi debeant omnes et singule repressalie et alie quecumque licentie concesse hactenus ad alicuius vel aliquorum instantiam etiam vigore istorum confessionatorum vel aliter et quovis iure causa seu forma contra aliquam comitatem corpus collegium seu universitatem et quod talis registratio fiat et fieri possit et debeat per notarium qui rogatus fuit de tali concessione si erit in civitate Perusii vel per notarium offitialium repressaliarum in unum mensem a die bannimenti presentis statuti sub pena quadraginta librarum denariorum pro qualibet negligente describendo nomen illius ad cuius petitionem concesse sunt et contra quem seu quos concesse sunt et causam quantitatem et tempus concessionis sub compendio et quidquid exactum esset a quo et quantum prout inferius denotatur. clxxxi

Ille uero que concederent imposterum prout
qui rogatus fuit de tali concessione sub dicta
pena possint et debeant. Infra otto dies
a die concessionis earum vel alicuius earum possi-
deri registrum in dicta cancellaria fuit describi
prout de concessis litteris est expressum et ad
hoc ut nullus uti possit talibus represalijs
seu licentijs nisi prout iustitie debita et omnis
fraus cesset decernentes decernimus quod si quis
hominis huiusmodi represalias uel licentias vel
qui haberet imposterum aliquid exegisset
vel susciperet occasione vel causa talium rep-
resaliarum concessarum vel concedendarum imposterum
vel licentiarum quarumlibet ab aliqua singulari
persona corpore collegio seu universitate
modo aliquo seu forma quod possit teneat
et debeat in tali registro iusta et post scripturam
talium represaliarum poni et scribi facere cer-
titudinem quantitates florenorum seu pecunie vel alterius cuiuscumque
rei consistentis in numero pondere vel mensura
uel ius aliquod uel actione propterea vel
ob id modo aliquo seu forma infra otto
dies a die huiusmodi susceptionis uel
receptionis sub dicta pena. Et talis descrip-
tio fieri debeat sub dicta pena per notarium
offitialium represaliarum qui pro tempore fuerint
facta sibi notificatione precipientes et describi
debeat tempus receptionis et descriptionis
et quantitates et a quo vel a quibus prout fuerit
oportunum. Statuentes quod omnes illi
qui non essent descripti in tali registro
tam de preterito habentes quam habituri in futurum
quod eo ipso intelligantur esse et sint privati tali
concessione et represalias et concessiones et licentias
aliquas non habere et eis iure aliquod propterea
non acquiri et quod per se vel alios directe
vel indirecte vel quovis ius colore quesito
non possint vel debeant talibus represalijs
seu licentijs vel aliqua earum uti vel
iuribus seu actionibus propterea acquisitis
vel acquirendis quolibet in iudicio vel
extra experiri set extunc eorum iuribus penitus
sit prescriptum. Et quod nullus offi-
tialis dicti comunis quovis fungeretur offitio
possit audeat vel presumat modo aliquo
seu forma facere vel fieri facere directe
vel indirecte aliquas executiones rea-
les seu personales predictorum vel alicuius eorum occa-
uel causa contra aliquem uel aliquos quecumque
aut qualescumque ad alicuius vel aliquorum
instantiam sub dicta pena per quolibet et
ultra qualibet auferenda eius tempore sindicatus
nisi primitus fidem susceperit per bollectinum
cancellarij uel abreviatoris reformationum
comunis Pisarum an talium represaliarum registro
facta fuerit in registro predicto iuxta exigen-
tiam premissorum et si secus vel aliter factum
fuit contra predictorum omnium vel alicuius eorum
exigentiam non teneat ipso iure. Decer-
nentes etiam adhuc ut contra debitum romanus
nullus valeat gravari uel exigi quo-
quomodo et fraus seu dolus cesset.
Quod si quis susceperit aut exegerit vel
exigi fecerit aut exiget in futurum
predictorum vel alicuius eorum occasione vel causa
vel dependentium ab eisdem aut aliquo
eorundem aliquam quantitatem florenorum auri seu
pecunie vel alterius cuiuscumque rei consistentis
in numero pondere vel mensura vel iura
aliqua et describi non fecerit prout superius
continetur quod ipso iure cadat et cecidisse
intelligatur ab omni iure quod pretenderet
seu haberet vel habere posset occasione
seu causa talium represaliarum vel licentiarum
seu alicuius earum. Et quod non possit vel
debeat per se uel alium per aliquem offitiale
comunis Pisarum audiri sub dicta pena de offitiali
contrafacientis salario retinenda uiceque qualibet
eius tempore sindicatus. Adimentes extunc
cuilibet offitiali comunis Pisarum omnem iurisdictionem
potestatem et facultatem ommodam quo ad
predicta et quolibet predictorum et pro hoc privati
fungi debeat in omnibus et per omnia
supradicta. Volumus quod non habeat locum dicta
registro in illis represalijs que registrate
sunt in cancellaria nunc. Aliquo non
obstante.

De represalie seu licentie contra aliqua civitatem non possint concedi nisi per decem annos infra eam et [illegible]

Et represalie seu reprehendendi licentie
longo possint tempore perdurare nisi
civitati Pisarum maxime incomodum afferant et displi-
centiam singularem. Presenti capitulo duximus clxxvi
statuendum quod nulle represalie seu reprehendendi

ul arestandi licentie etiam que emanasset
seu emanarent uigore istorum confessiona
torum vel aliter hactenus concesse maiuitate pisarum
ad alicuius seu aliquorum instantiam contra
aliquam ciuitatem corpus collegium seu vni
uersitatem quouis furie modo causa seu
forma quocumque aut qualecumque possint
seu debeant durare et habere uigorem aut
executionem aliquam promereri nisi
dumtaxat pro tempore et termino decem
annorum a die concessionis earum uel alicuius
earum. Et si que concederent imposterum
simile durare non possint nec debeant
aut executionem aliquam promereri nisi du
taxat per spatium decem annorum a die
concessionis earum vel alicuius earum. Et quod
nullus offitialis communis pisarum post lap
sum dictum decennalis temporis. vel alia quecumque
persona possit vel debeat directe uel indi
recte modo aliquo seu forma executionem
aliquam petere seu facere vel fieri facere
propterea vel ob id reale seu personale contra aliquem
uel aliquos quocumque aut qualecumque
et si peteret uel executio aliqua fieret
non teneat ipso iure et quicquid exe
cutum esset propterea vel ob id sit eo ipso irritu
et inane. Et nichilominus quilibet
contrafaciens incurrat ... in pena
mille librarum denariorum. Et si offitialis fuit
de suo palatio auferendarum et retinendarum
ad tempus condicatur ad instantiam cuiuscumque
petentis. Saluo quod si domini prioribus
et Camerariis dictum qui pro tempore fue
rint post lapsum dictorum x. annorum eorum
communiter uideret aliquas represalias seu
quasuis alias licentias ut supra concessas
seu imposterum concedendas confirmare quod
facta deliberatione primum inter dominos priores
omnes et obtento partito ad bussolas et
fabas albas et nigras concordante partes
decem Et deinde facta deliberatione in
terminos Camerariorum et obtento partito ut supra
ad bussolas et fabas ad minus per duas partes
otto camerarios concordantes quod tales represalie
seu licentie possint per dictos dominos pri
ores et Camerarios prefatos ad beneplacitum confirmari.

Statuimus quod si quis ciuis vel alius clxxxiij
quicumque eligeretur per dictos priores et
Camerarios uel per alterum ex offitiis ipsorum
seu quecumque alium magistratum presentem
vel futurum dicte ciuitatis ad aliquod offitium
ciuitatis uel comitatus pisarum uel terrarum in
eo suppositarum vel recomendatarum quod
offitium non sit meta temporis limitatum quod
tale offitium non possit nec debeat excedere
tempus sex mensium quoquo modo. Et in
telligatur esse et sit extunc prout extunc
et eo ipso semestrale aliquo non obstante.

Ut in dedecus communis pisarum sit inductum clxxxiiij
quod castellani vel quouis nomine appel
lentur habitores vel qui habent custodiam
cassarorum seu bastitarum vel fortilitiorum
que pro communi pisarum seu eius nomine custodiuntur
et gubernantur post finitum tempus semestrale
strale in contentu litterarum dominorum priorum
et communis pisarum eorum successoribus denegant
possessionem restituere ne talis dedecorosus
mos inualescat decreto duximus
statuendum quod imposterum nullus castel
lanus alicuius cassari fortilitii vel
bastite comitatus pisarum seu ciuitatum
terrarum castrorum vel locorum communi pisarum
recommissorum seu recommictendorum
imposterum possit audeat vel presumat
per se vel alium directe vel indirecte
vel quouis colore quesito quoquo
modo furie causa seu forma retinere
seu facere retineri cassarum uel bastitam
seu fortilitium aliquod ultra tempus
sex mensium occasione vel causa aliquarum
expensarum quas dicerent expendisse
seu aliter se fecisse aut occasione alicuius
salarii seu stipendii debiti vel debendi
vel alia quacumque causa quominus
ipso facto visa littera dominorum priorum dicte
ciuitatis pisarum possessionem vacuam

[lx]xiij

Liberam et expeditam cassari fortilitii seu
bastite eius restituat successori. Et si
contingeret aliquo casu legitimo impedimento
quod castellanus successor non posset
debito tempore et precessor ultra terminum
debitum cassarum fortilitium seu basti-
tam ipsam tenuisset. Decernimus quod pro
rata temporis in observatione salarii seu
stipendii pro tali tempore quo ius habet contra ce-
ssorem solvere debeat stipendium seu salarium
huiusmodi castellani. Non tamen
possit seu debeat quoquo modo si sibi
solutum vel satisfactum non esset tale
cassarum fortilitium seu bastitam quolibet
retinere. Sed ut dictum est permictit consignare
⁊ restituere teneatur ipso instanti visa littera
ut dictum est successori subpena .v. florenorum

[lx]xiiij

de auro pro quolibet ⁊ vice qualibet qua
fuerit contrafactum seu neglectum ⁊ sub
pena incorporationis perpetue infamie
eo ipso. Quam penam .v. florenorum quilibet
offitialis communis Perusii requisitus de facto
subpena ipsa ⁊ de facto sibi auferenda
eius tempore sindicatus possit teneatur
⁊ debeat exigere a tali castellano seu
fideiussoribus ipsius. Et nichilominus
modis omnibus providere etiam per deceptionem
fideiussorum quod possessio talis cassari
seu bastite restituatur ⁊ consignetur suc-
cessori prout superius est expressum. Si
autem ex Perusii teneatur occasione talis
custodie aliquid solvere. Quod consuetudines
monete dicti communis subditi pene tene-
antur ⁊ debeant solvere ⁊ satisfacere temporibus
debitis huiusmodi castellanis de salariis
seu stipendiis eorundem ⁊ pagarum.
Salvo quod si constiterit aliquem plus re-
cepisse quam solverit precessori ex eo quod
successor tempore debito non iuisset pro
rata temporis sibi poterit quantitate
debitam pro eius salario suscepisse. Quam
quidem quantitatem idem successor qui
tempore debito non iuisset de suo solvisse
teneatur. Et si a successore suscepit
restituere de facto compellatur dictis offitialibus
massaritiarum. Qui quidem offitiales
massaritiarum possint ⁊ eis liceat de quanti-
tate suscipienda de talibus quantitatibus
vel aliqua earum dare assignare domino Be[...]
pro castellano dicti cassari satisfacere
in ea quantitate ⁊ summa prout putaverint
fore iustum deductis in quantitatibus per so-
lutis ex precessori pro emptione victualium
seu munitionum quarumlibet pro quo non
residuum quoque quod dictis offitialibus super-
esset ab absolutione facienda dicto massa-
rio in reparatione dicti cassari seu mu-
nitione expendere teneantur prout fuerit
opportunum. Siquis autem ex huiusmodi
castellanis negligens fuerit ⁊ remissus
in restituendo huiusmodi quantitates prout
superius continetur ipso facto incidat in dictam
penam. Quam dominus Capitaneus sub eadem
pena teneatur ⁊ debeat exigere ⁊ exigi facere
ac solvi camere massariorum communis Perusii.
Et nichilominus compellere ad restituendum
huiusmodi quantitates offitialibus massaritiarum
iuxta exigentiam premissorum aliquo quod
loqueretur in contrarium non obstante.

De baulis ⁊ offitio baulorum [...]

Ilius ex militibus potestatis ⁊ unus clxxx[i]
ex militibus Capitanei super sint
supra baulis ⁊ offitio baulorum ⁊ cogant
⁊ cogere debeant milites Capitanei ⁊
potestatis omnes ⁊ singulos baulos eligendos
per priores artium civitatis Perusii de
operando et exercendo offitium baulatus prout
bene ⁊ legaliter sine fraude ⁊ de restituendis
pignoribus que acceperint aliqua de causa
et pro iurent de faciendo eorum offitia bene
~~et de legali~~ et diligenter ⁊ de obediendo
potestati ⁊ Capitaneo ⁊ eorum offitialibus
et prioribus artium ⁊ eorum familie illius

que non esset contra forma alicuius
ex capitulis contentis in presenti volumine
quorum bailitorum nomina et prenomina
partium et parochiam unde sunt
vel in qua habitant scribantur et dicti
bailitores scribi faciant in libro communis
pisii ut possint eos melius in
memorie comendare Et nomina et
pronomina eorum fideiussorum et iuramenta
eorum Qui bauili sint et esse debeant
ad minus numero duodecim Et sint
de civitate burgis vel suburgis perusii
uel comitatu vel habitantes in dictis locis et
ex eius nullum castrum villa vel uni-
versitas comitatus pisii possit cogi
per aliquem offitialem communis pisii ad dandum
aliquem baiulum de comitatu pisii Et quod
nomina ipsorum bailitorum scribantur per unum
ex notariis domini capitanei et dentur
per ipsum notarium offitialibus camerarii communis
pisii ita quod notum sit omnibus scire vo-
lentibus nomina baylitorum et si non
inuenerent voluntarie tot bavuli eos
bauili qui fuerunt a quatuor annis citra
cogantur et cogi possint baylia facere
reale et personale de facto qui bauili
potestati Capitaneo Maiori Sindico
et Iudicibus Iustitie et eorum offitialibus
et omnibus aliis offitialibus communis pisii
obedire teneantur. Et si offiti-
alis aliquis communis pisii sine berecta
rubea cum grifone albo insuperandi
bene apparente in capite aliquem
viderit baylitorem sibi decem solidos
denariorum auferat pro pena de facto et dictis si-
cuat massario. Et nullus possit
esse baiulus communis pisii nec offitium
bauilatus exercere in civitate vel

Et quod portent et portare debeant dicti
bauili in capite berectas rubeas cum
signo grifonis Et quod aliquis offitialis
communis pisii vel notarius forensis vel
civis ad aliquod offitium deputatus per
communem pisii non possit nec debeat alicui
bauilo berectam rubeam non habenti ut
dictum est aliquam commissionem facere
licentiam dare relationem nec aliqua
acta scribere Et si dicti bauili si-
mul vel separatim preter contra predicta
seu aliquod predictorum ordinarent
vel facerent in publico vel oculto ut
aliquid attentarent iniuriam facere
quod incidant et cadere debeant et in-
currant et solvant nomine pene
et banni communi pisii tam universi-
tas dictorum bauilorum quam quilibet
eorum per se ducentarum librarum denariorum cuius seu
illi contrafacienti auferendarum de facto
per dominos potestatem vel Capitaneum
et quemlibet eorum et quemlibet alium
offitialem communis pisii et eorum et
cuilibet eorum offitio ad petitionem
cuiuscumque petentis sine aliqua
solepmnitate iuris. Et si dominus potestas
vel Capitaneus seu alius offitialis
communis pisii fuerit negligens in
predictis solvat nomine pene communi pisii
centum librarum denariorum in quibus per priores
et sindicatores debeat sindicari et
condepnari aliquo statuto vel ordi-
namento in contrarium loquente non
obstante. Et bailitores non
faciant nec facere possint aliqua
accusatione de aliquo cive vel
de comitatense pisii de aliqua re
Et si fecerint ipsi vel aliquis

eorum talis accusatio non valeat
nec teneat nec admicti debeat nisi
esset iniuria facta seu illata alicui
bailitori que quidem iniuria probari
non possit per alium baiulum. .
Nullus insuper bailitor a curia
prefectis alicuius universitatis debeat
accipere pignus nisi sindico vel rectori
ville vel castri ad quam vel quod venerit
Et baiulus qui contrafecerit penam xx
soldorum denariorum debeat substinere que pena
sibi de facto possit et debeat auferri
ad petitionem cuiuscumque cui fuit
pignus acceptum et qualibet vice
Item quando baiuli fuerint in exer
citu nullo modo aliquis baiulus pro
aliqua ambaxiata comunis aliquid habere
debeat nec se subtrahere vel celare de
beat Et si aliquis eorum contra predicta fecerit
vel aliquod predictorum pro vice qualibet
potestas et capitaneus contrafacienti
viginti soldos denariorum auferant pro pena
nec ob hanc causam fiat diminutio
de denariis supradictis. Salvo dictis baiulis quod
quando ipsi vel alter eorum irent ex civitate
et comitatu vel districtu Parisii pro facto
comunis Parisii habere debeat quilibet baiulus
pro vice qualibet pro expensis diei pro eorum
viagio quindecim soldos denariorum si iverit
a decem miliaribus ultra. si vero infra
habeat et habere debeat otto soldos denariorum. Am
baxiatas quas fecerint bailitores
referre debeant illi vel illis a quo
vel quibus missi fuerint vivo
vel pluribus sicut in victuram fuit
ab illo vel ab illis qui eos miserint

intra quartam diem a die commissionis.
Et omnes citationes baiuli portent
inscriptis in quibus contineatur
nomen et prenomen citati et expre
cuius iudicis vel offitialis sit citatio
et causa citationis et hec locum habeat
in civilibus et criminalibus qui
vero contrafecerit solvat pro nomine
quadraginta soldos denariorum que pena
sibi auferatur de facto per offitialem
qui eum miserit. Tamen aliquam
ambaxiatam quam bailitores fecerint
pro malleis seu occasione malleorum
valere non debeat nisi de licentia ap
pareat prescriptum subscriptum per
manum tabellionis. . Volumus etiam
quod quilibet tubator comunis et quilibet
nuntius ad cuiusque electis que nuntium
habeat possit citationes ambaxiatas
facere in causis civilibus et crimina
libus et valeat ac si facta essent per
baiulos comunis Parisii non obstante quod
tubatores et dicti nuntii dictum non
portarent birretum rubeum cum cer
sone ut supra dictum est dummodo por
tent et habeant capiteum ipsius datum
pro comuni Parisii vel ipsis nuntiis pro parte
ipsorum. . Item nullus baiulus
recusare debeat aliquam ambaxiatam
vel ambaxiatas sibi impositam sive
impositas a potestate vel capitaneo
vel eorum iudice vel ab aliquo offitiali
comunis Parisii sed eam quilibet baiulus.

bona fide sine fraude facere teneatur
sicut eis vel eis fuerit iniunctum
Item si preceptum fuerit alicui
baylitori qui vadit expensis alicuius
et rei seu ambaxiatam vel requisitionem
facere recusaret et pena viginti s.
den. pro vice qualibet solvere teneatur
Et si aliquis baiulus vocatus fuerit
ab aliquo ut suum adversarium qui
semel vel pluries fuit requisitus
vel citatus requirat seu citet cum
requirere seu citari debeat idem baiu
lus expensis illius adversarii habeant
quoque dicti baiuli pro eorum labore quolibet
mense duos flor. auri a massariis
com. predicte prout continetur in ordi
namentis Camere massariorum com.
predicti. Item habeant a quolibet citationem
mictere volente si citatio erit de
aliqua persona de civitate vel burgis
predictis duodecim den. pro qualibet citatione
et relatione Et pro citatione fienda
in suburgiis predictis habeant decem et octo
den. Item fienda ~~in suburgiis predictis~~
in comitatu et pro relatione ipsius
citationem duorum s. den. pro quolibet
miliario predicto Et nullus baiulus
ipsam requisitionem debeat recusare
facere contrafacienti vero potestas et capi
taneus sive iudex et quilibet alius
offitialis qui eum mictere vellet .xx. s.

denariorum pene nomine pro vice
qualibet tollere teneatur et stetur sacra
mento accusatoris Et quilibet of
fitialis com. predicti valeat baiulum
contrafacientem condepnare et eum cogere
ad solvendum Et cum consilium civi
tatis in palatio com. predicti fuerit con
gregatum nullus baiulus in dicto consilio
possit vel debeat interesse set in pede
scalarum dicti palatii debeat commorari
nec aliquis forensis audire valeat
que in dicto consilio pertractantur. Item
nullus baiulus possit esse procurator
alicuius universitatis neque iconomus
alicuius ecclesie vel collegii contra vero
facientes pro vice qualibet tres lib. den.
solvere teneatur et talis procuratio
sindicatus iconamatus non valeat
nec teneat ullo modo. Per eo
comitatum et districtum predicti nullus
baiulus accipere audeat vel presumat
alicui pro aliquo debito bovem vel vac
cham domitam sappam vomerem
nec aliquid quod ad laborerium
pertineat Contra vero facienti potestas
et capitaneus auferant pro vice qualibet
decem lib. den. pro eorum salario pro
executione istorum confessionatorum et etiam
istorum confessionatorum habentium guarentigiam
pro dicta valeant accipi sine pena. Cum
baylitor vero iverit ad aliquem pignorandum
adlectum alicuius mulieris
accedere non attentet et qui contrafecerit

soluat pen nomine decem libras den. Et
nullus baiulus alicui accipere debeat pannos
lecti vel dorsi nec calciamenta alicuius. Et
qui contrafecerit soluat pene nomine decem libr.
den. Et nichilominus pannos vel calciamenta
per eum accepta cum verecundia restituere
compellatur de facto sicut de facto accepit et
credatur et stetur sacramento eius qui
acceptum fuerit et habeat plenam probationem.
Potestas et capitaneus et alii offitiales
mictere possint eosdem baylitoribus et
ambaxiatas in ea ciuitate prout eis
videbitur et cuilibet eorum. Teneantur etiam
baylitores seruare priuitates et cum
pulsabitur campana pro sure reddenda
statim ad curiam venire debeat contrafaciens
vero duos sol. den. pro vice qualibet
soluere teneatur. Item si alicui bay-
litori fuerit mandatum per potestatem
vel capitaneum vel eorum vel alicuius eorum
offitiales vel offitiales vel per alios
iudices ciuitatis Perusii quod aliquem
hominem custodire debeat et retinere sub
eius custodia teneat ipsum hominem
et debeat custodire et habeat quilibet
baiulus pro custodia pro die et nocte
decem sol. den. et non plus nec
aliquid aliud habere possit nec comes-
stionem habere possit nec debeat ullo
modo. Et qui contrafecerit xx sol. den.
nomine pene soluere teneatur. Item quod
postquam fuerit debitor exbannitus vel
eidem preceptum de stando in palatio creditoris

possit ducere ad capiendum cum tot
baiulis quot placuerit creditori. Insuper
nullus baiulus esse possit de consilio
ciuitatis Perusii deinde ad quinque annos
postquam desierit baylliam operari nec adbre-
uia(?) nec debeat subpena xx sol. den.
quam contrafaciens soluere teneatur et credatur
iuramento accusatoris. Teneantur
etiam baiuli omnibus offitialibus obedire
et si contrafecerit contrafaciens com. Perusii
quinque soldos den. soluere teneatur.
Item duo baiuli de quibuslibet porta ser-
uire debeant quolibet ebdomeda omnie(?)
amane usque ad primum sonum campane
que pulsatur de sero pro custodia ciui-
tatis potestati et Capitaneo et Iudici
Iustitie unus pro qualibet porta. Et
qui inuenti fuerint contrafacere soluat
pena nomine viginti sol. den. Preterea
Baiuli eis omnes illos quos potestas
et Capitaneus vel aliquis de suis iudicibus
militibus vel notariis vel aliquis eorum
dederit custodiendos custodire permittere(?)
teneatur. Et si dicti baiuli vel
aliquis eorum ad faciendum custodiam
predictorum fuerint negligentes vel si
sua negligentia siue culpa illi
qui dati fuerint eis ad custodiendum
aufugerint de eorum custodia et potestas
vel Capitaneus vel alius de eorum vel alicuius
eorum familiis cupidius eos non ad
presentauerint ad sibi terminum assignatum
seu etiam assignandum in xxv. libr. den.
debeant per eorum quolibet condempnari.

Si uero aliquem per dolum uel fraudem vel
perpetuum aufugere seu euadere per-
miserint si ille qui aufugerit seu
euaserit debet penam pecuniariam indicatis
ille den. Et si debet penam personarum pecuniariam
debeat in tantum puniri in quantum debet pu-
niri ille qui aufugerit a custodia
baylitorum. Et si aliquis baiulus in
custodiam aliquem occasione debiti
alicuius et ille debitor de sua custodia
aufugerit seu euaserit vel si baiulus
aliquem alicui recomendauerit vel si
promissionem de se representando in de pecunia
receperit occasione cuius illum qui sibi da-
tum esset in custodia non custodiret
compellatur incontinenti soluere creditori
totam illam quantitatem pecunie quam
deberet soluere debitor qui aufugerit
de custodia baiuli. Et illa promissio sibi
facta ualere non debeat nec tenere
summarie et de facto et possit excipi contra
tale instrumentum.

Cum baiuli non accedant ad camera quam aliquis habet ad pensionem pro debitis domini camere

clxxvi

Statuimus et ordinamus quod si
aliquis mercator vel artifex
habuerit aliquam cameram ad pensionem
ab aliqua persona. Quod baiuli communis
pro debitis illius cuius esset camera
predicta ad cameram predictam quam dictus
mercator vel artifex ab eo ad pensionem
habuerit minime debeant accedere nec
ire nec intrare occasione debitorum illius

uel illorum cuius uel quorum esset dicta camera.
Et hoc intelligatur si ille cuius esset
dicta Camera habuerit plures domos
uel alia bona adeo quod uel quas creditor
possit recuperare prius denarios rehendis
qui autem contra fecerit soluat pene
nomine centum . . . .
in dictam Cameram creditor sibi
facere dari insolutum ex primo et
secundo decreto procedendo suo conductore
in semper salua remanente et firma et
talis mercator vel artifex si noluerit
ipsam tenere ad pensionem reconducere
debeat a dicto creditore habente in solutum
pro illo tempore quo erunt in concordia
post finitam primam conductionem du-
rante vero prima teneatur tali credi-
tori de pensione respondere et non
primo locatori. Et in secundo primo lo-
cationis mandet executioni ad peti-
tionem habentis ex secundo decreto ac si
ipse locasset et instrumentum de sua persona faceret
mentionem et ita possit refutationem
facere et liberetur idem soluens ac si
soluisset primo locatori. Et idem uolumus
locum habere in emptuatoribus et laboratoribus
terrarum que fuerint date creditoribus in solutum
et ex secundo decreto. Qui uero habuerit ex
primo decreto fructus de re vel possessionem
habere non possit nec lucrari quousque
ex secundo decreto in solutum non fuerit
insuper nulla domus in qua habitaret
aliquis sequens curiam domini nostri possit

occasione aliqua distarchari nec aliquo tempore
hostia trahi donec romana curia perusii
permanebit et nullus iudex comunis perusii
mictat baiulum aliquem ad dictas domos
causa distarcandi vel hostia extrahendi
Et nullus baiulus ad tales domos ire
debeat ad distarcandum vel hostia extrahendo
et siquis iudex vel baiulus fecerit contra
predicta vel aliquod predictorum debeat
solvere pro pena qualibet .L. libr. denariorum
et simili pena teneatur qui trahi faceret
ipsa non intelligantur predicta in debitoribus
comunis perusii pro camibio seu pro debitis dicto communi
non obstante predictis aliquo capitulo perusii
vel comunis perusii possit in creditor illius
cuius esset dicta domus in qua aliquis
cortegianus habitaret accipere et habere
ad pensionem domus sui debitoris quam
pensionem capitaneus creditori dari
facere teneatur et ipsam pensionem
in sortem creditor sibi debeat computare
donec sibi ex ipso debito data fuerit
et idem intelligatur in domibus in quibus
habitant scolares seu doctores forenses
Item ordinamus et statuimus quod ab
hodie in antea nulla domus sita in
civitate burgis vel suburgis perusii
vel in comitatu perusii possit vel de
beat pretextu alicuius debiti vel ad pe
titionem alicuius creditoris vel eius
procuratoris destrui vel distarcari vel
in aliqua parte vastari nec hostia ex
trahi et asportari. Possint autem
extrahi predictis pignoribus seu tenuta
que in domo esset non asportari pena

cuilibet offitiali familie seu baiulo comunis
perusii et etiam alteri cuicumque persone
cuiuscumque conditionis existat .L. libr. denariorum
pro quolibet contrafaciente et qualibet vice et
si esset aliqua universitas castri vel
ville vel aliquod collegium privat pena
ducentarum libr. den. In qua pena contrafacientes
ad petitionem cuiuscumque petentis potestas
et capitaneus debeant condempnari de facto
et ex eorum offitio et quilibet possit esse
accusator et denumptiator quod semper
predicta non intelligantur nec locum
habeant in debitoribus comunis perusii.

Olivinus quondam Cecchini Boccacii
Angelus Paulini Bartholomeus
eius filius de porta solis. Anthonius
Viti. Herculanus Luce Nicholaus
Vanni et Paulus Cole de porta sancti
Angeli sint et esse intelligantur et
debeant preccones comunis perusii eo modo et
forma apparet in eorum electione et debeant
facere omnia bannimenta et servitia et
offitium pro tota civitate comitatum
perusii et districtum perusii pena .xxv.
libr. den. Quorum tubatorum electio et
subrogatio pertineat et spectare debeat
ad dominos priores et camerarium artium
Civitatis perusii. Qui precones ac
teneant equos continue eorum expensis et
fortuna. Precones insuper comunis perusii
equos tenentes et tenere debentes non
possint ipsos equos ad vecturam locare
et ipsi equi signati esse debeant ad

cxxxvii

debitoribus comunis perusii et
... offo et salarii ...

adsignum tube. Et ipsos equos habere
et tenere continue debeant in civitate
vel burgis predictis nisi venerint in ipsiusmodi
comunis predicti de mandato priorum. Et de
ipsis equis quolibet mense ad minus
ter mostram et assignam per pilos et
signa facere coram massario comunis predicti
teneantur de quibus mostris apparere debe
ant publice instrumentum et alie dicti massarij
ipsis preconibus dari non debeant sala
rium. Si tamen remanerent et computet
pro qualibet apontatura tres libras denariorum
de salario preconis apontati retinendo
per massarios. Et si dicti massarij aliter
solverint incontinenti libras denariorum pro quolibet
et qualibet vice pro sindicatum debeant
condempnari. Et quod dicti precones nacca
rinus habent et habere debeant pro eorum sa
lario prout declaratum et promissum est in capitulo
mordin Camere massarii. Solvendo eisdem
per dictos massarios de mense in mense et
ut declaratur salarium dicti massarii dent et solvat
eisdem et cuilibet ipsorum pro indumentis
ipsorum fiendis quolibet anno in festo sancti
Herculani de pactis prout in dicto ordine con
tinetur. Item quod dicta indumenta et
caputea ipsi tubatores nacharini con
tinue portare debeant quod si non fecerit
debeat solvere quilibet contrafaciens pro vice
qualibet xx solidos denariorum. Et potestas et capitan
eum pena contrafaciente exigere
teneatur et ultra dictum salarium nichil
plus possint petere vel habere. Et
dicti precones teneantur facere omnia

bapnimenta que debent preconi et bann
menta facere debeant per plateas et
portas in locis consuetis sub pena xxv librarum
denariorum. Et dicti precones teneantur
obedire prioribus et eorum mandatis et
non discedere de civitate sine licentia
ipsorum priorum ad penam decem librarum
denariorum pro quolibet eorum et qualibet vice et
quicumque omnium predictorum preconum contrafecerit
vel bannimenta non fecerit ut dictum
est decem libras denariorum pro vice qualibet solvere
teneatur quam penam capitaneus exigere
teneatur precon et esse valeat quilibet
accusator et habeat medietas esse
debeat accusantis. Teneantur omnes
predicti precones et quilibet eorum facere
omnia et singula bannimenta et omnia
precepta eis imposita et iniuncta a
capitaneo vel alio potestate vel prioribus
et quolibet alio offitiali comunis predicti
vel camerarijs artium et teneantur
facere bapnimenta per portas ita et
taliter quod ab omnibus efficaciter audiatur
Et qui contrafecerit solvat pena nomine
pro vice qualibet quinque soldos denariorum
Et quilibet preco comunis predicti teneatur
et debeat vinculo iuramenti et pena
centum librarum denariorum facere omnia bannimenta
spectantia ad eorum predictis et ad offitium
offitialium dicti comunis ad requisitionem
cuiuslibet offitialis comunis prefati sine aliquo
salario vel mercede. Item predicti
precones equites vel aliquis eorum
non possint nec debeant ipsos equos
vel aliquem eorum portati nec capitaneo
nec alicui alij accomodare in adventitiam
dare modo aliquo sine causa. Et qui

de obediendo prioribus per precones

contrafecerit puniatur pro vice qualibet
in decem lib. den. et qui eis petierit
pena simili puniatur et quilibet possit
accusare et habeat medietatem banni.
Teneantur insuper omnes supradicti precones
recipere pro quolibet exbannimento et
rebannimento decem parvorum et ab inde
infra pro qualibet persona xij den. et
a decem personis supra quotcumque erunt
recipere possint tres soldos den. et non
ultra. Si vero exbanniverint
syndicum vel universitatem vel
syndicum tantum et habent et habere debeant et
percipere possint dumtaxat duos sol.
den. tantum pro suo salario et pro bannimento
quod fecerit pro aliquo testamento
legato vel codicillo seu donatione in
sinuandis possit accipere xij den. et
non ultra et pro bannimento de re vel
rebus que mandato alicuius iudicis
venderent vel subastarent pro qualibet
possit accipere xij den. et non ultra
Et pro quolibet alio bannimento quod
fecerit vel fieri occurret quocumque modo
habeat et possit accipere ab illo qui fieri
fecerit duodecim den. et non ultra
Et pretextu tante quantitatis predicti
non recusent quod si facere recusarent
vel ultra exigerent quam supradictum
sit solvat pro vice qualibet quilibet eorum
contrafaciens com. pis. xl. sol. den. et
potestas et capitaneus et quilibet officialis
eorum audita querela ab aliquo de-
turbatore conquerente auferat ab
eo turbatore dictam penam de facto
precone et restituat quod recepit in
duplum ultra salarium sibi concessum
et de predictis credatur sacramento proponentis.
Ut autem dicti precones melius
audiantur volumus quod omnia bannimenta

que fecerint ipsi precones vel alter
eorum in scalis palatii com. pis. Et
precipue exbannimenta et rebannimenta
pro malleficiis et debitis facere debeant et
teneantur extra platee versus spatium
pisanum et si contrafecerit quilibet eorum
contrafaciens in decem lib. den. pro vice qualibet
puniatur et de predictis possit esse quilibet
accusator. Insuper precones predicti
banniri possint omnes indulgentias
concessas et concedendas ecclesiis locis et
personis religiosis et debeant recipere
pro bannimento cuiuslibet indulgentie quod
facient pro civitatem et burgos pisanos sol.
den. solummodo et non plus pro quotcumque
locis banniverit. Fraternitatem vero
sancte trinitatis sine ullo denario bannire
debeant quotiens aliquis eorum secundum solitum
modum extiterit requisitus. Et
quicumque preconum iverit per comitatum
pro facto com. quacumque causa scilicet ipsi
debentur retinere equos xx sol. den.
habeat pro suo viatico pro die qualibet et
non ultra Et si quis ultra perceperit
xx sol. den. solvere teneatur et credatur
sacramento dantis et pena auferatur
sibi de facto. Preterea volumus statuentes
quod si aliquis preco vel nuntius pisani vel sonatores
campanarum manifestaverit
aliquam credentiam eis vel alicui eorum
impositam in consilio ubi morarent ipsi vel
alter eorum volumus quod ille vel illi qui
manifestaverit solvat com. pis. pro vice
qualibet pro pena nomine centum lib. den. Et
nichilominus ab officio quod haberent debeant
penitus removeri. Et si fuerit
in aliquo alio loco ipsi vel alter eorum
ubi esset aliqua gens congregata vel
pars eius et palam fuerit manifestata
credentiam eis per eosdem dictis
eis vel alicui eorum impositam vel
dixerint aliquid per quod possit esse
discordia inter ~~[illegible]~~ [illegible] puniat

quilibet eorum contrafaciens in xxv libr. den.
et privetur offitio et de predictis quilibet sit
accusator et credatur probatione duorum
testium. Nullus autem precho nec
baiulus aliquis comunis perusii possit
esse procurator vel sindicus alicuius
universitatis castri vel ville seu
alicuius singularis persone Et si quis contra
fecerit decem libr. den. comuni perusii
solvere compellatur salvo et reservato eo quod
dictum est supius non obstante quod dicti
precones procurationes pro eorum fratribus sororibus
filiis uxoribus et nepotibus cum eis in
eadem familia morantibus vel alterius
eorum facere possint et eorum et earum procuratores
esse sine pena. Item
nullus preco possit emere de bonis
exbapnitorum comunis nec tenere cum illis
qui emerent etc. et qui contrafecerit
solvat pena nomine pro vice qualibet
xxv. libr. den. Teneantur etiam
precones omnes bestias que aufferent
vel essent extimarite bannire ad peti
tionem petentis Et quandocumque invenit
aliquam bestiam fugientem vel extima
ritam alicuius dictorum preconum eam de
beat assignare et ille preco cui fuerit
assignata bannire debeat ut dictum est
et habeat pro bannimento duodecim den.
si fecerit in uno locho tantum pro dicto bannimento
Si vero in pluribus locis
pro quolibet locho habere debeat .xij. den.
Et quod dicti precones conservent et teneant
tubas argenteas quas habent a comuni perusii
ita quod boni sint et legales Volumus quod
Capitaneus populi perusii officium cuius finiunt
principium de mense novembris debeat
recipere a dictis preconibus ydoneos fideius
sores pro ipsis tubis tenendis conservandis
et restituendis comuni perusii ad petitionem
Capitanei et priorum dictorum. Et ne
aliquis habeat materiam faciendi sonari
dictas tubas Et quod ipsi sonant eas pro libito

voluntatis Volumus quod ipsas tubas
argenteas non pulsent nec sonare
debeant sine licentia priorum dictorum sub
pena decem libr. den. pro quolibet eorum contra
faciente et vice qualibet. Quam penam
potestas et Capitaneus et quilibet eorum
contrafaciente penitus exigere teneatur
Et nichilominus de predictis quilibet possit
et valeat esse accusator. Insuper volumus
quod in omnibus festis solepnibus in mane
in platea ante palatium dominorum priorum
et ante palatium residentie dominorum potestatis
et Capitanei precones debeant sonare
tubas et facere solepnitates et gaudium
dominis prioribus et offitialibus et aliis hominibus
sub pena pro vice qualibet et pro quolibet
eorum .xx. sold. den. Et etiam teneantur
sonare in dictis solepnitatibus de mane
ante maestatem devolta. Ut autem
ea que in presenti capitulo continentur melius
observentur Ordinamus et volumus quod de
omnibus in eo contentis quilibet sit et esse
possit accusator et habeat medietatem banni
Et nichilominus potestas et Capitaneus
et quilibet eorum et eorum offitiales de omnibus
in supradicto capitulo contentis teneantur
et debeant contra dictos precones inquisitionem
facere publicam et secretam ut eis vel
eorum alteri libuerit et condepnare culpabiles
pro vice qualibet in penis supra denotatis
non obstante aliquo capitulo. Et quicumque
preco non interfuerit omnibus consiliis quibus
dixerit brevia solvat nomine pene pro vice
qualibet et quolibet consilio v. s. den. Quam
penam offitiales potestatis et Capitanei et
defensor accipiat pena xxv. libr. den. dictis
offitialibus si fuerint negligentes. Et tene
antur dicti massarii semper quando solvent eorundem
tubatorum salarium facere legi hoc capitulum
et iurare ipsum servare perfecte. Et
omnia et singula predicta in presenti capitulo
contenta vendicent sibi locum etiam
in quibuscumque preconibus subrogandis
in locum predictorum preconum vel aliorum
per dominos priores dictos de civitate.

De campanaris

De capanariis et eorum offitio, salario et ...

clxxxviii

Statuimus et ordinamus presenti capitulo quod sint pulsatores campanarum et capanarii comunis Pist. qui teneantur et debeant sonare forma capituli iurisdictionis et ideo sunt in quibuscumque sub rogandis vel ponendis in locum predictorum campanariorum vel aliorum qui campanarii esse continue stare debeant prope palatium potestatis et capitanei ita quod semper habeantur et haberi possint quando necessarii fuerint et si contrafecerint contrafaciens solvat comuni Pist. vice qualibet quadraginta solidos denariorum et pulsare debeant campanas pro servitio comunis ad omnia que fuerint opportuna et sicut et quando et quomodo potestas et capitaneus vel alter eorum et priores artium duxerint iniungendum tam de die quam de nocte et debeant pulsare campanam grossam sancti laurentii pro predicationibus que fieri deberent in platea comunis Pist. et et in ecclesia sancti laurentii singulis diebus sub pena .x. libr. denariorum que pena eis defecto per potestatem et capitaneum auferatur ad petitionem predictorum et debeant predicti et alios sicut expediens fuerit ita pulsare et sonare campanas et maxime campanam magnam populi ad omnia que fuerint oportuna ita quod bene et sufficienter sit pulsate et debeant pulsare campanam que deputata fuerit ad pulsandum de sero tribus vicibus retochiis non computatis et in ultima vice separatim tamen pulsationum quolibet sero debeant et teneantur pulsare campanam tantum quod homo possit comode ire ab ecclesia sancti petri usque ad ecclesiam sancti angeli ex portam cum retochiis dumodo manente dicto pulsatu statim faciant ultimos retochos et sint tantum modo temporis spatium inter quemlibet retochum quod homo recta possit dicere paternoster — Et debeant sonare campanam de mane in aurora diei et si dicti campanarii predicta omnia et singula non fecerint et non observaverint et adimpleverint quinque libr. denariorum pro qualibet vice solvere teneantur — Et teneantur pulsare campanas de die et de nocte cito et tarde sicut potestas et capitaneus et priores eis dixerint iniungendum et sicut de ipsorum dominorum processerit voluntate — Et quascumque campanas sonare debeant prout eis iniunctum fuerit per potestatem vel capitaneum et priores artium ad omnia que per eos eis fuerit preceptum et dicti campanarii habeant et habere debeant a comuni pro suo salario et mercede de avere comunis Pist. tantum pro se quam pro illis qui cum eis fuerint secundum quod in eorum electione continetur et non ultra inter omnes pro quolibet anno quod salarium eis eis statui et ordinari possit et debeat per dominos priores artium civitatis Pist. et eis solvatur et solvi debeat per massarios comunis Pist. vel alios offitiales dicti comunis viso mandato dictorum dominorum priorum — Preterea volumus quod dicti pulsatores campanarum teneantur ad petitionem priorum artium si omnes vel septem eorum erunt in concordia sonare quascumque campanas eis iniunctum fuerit ab eis consilium vel adunantiam que eis placuerit — Et volumus quod predicti pulsatores campanarum et preconès non vadant nec ire possint ad brevia in aliquo consilio ullo modo Et qui contrafecerit eundem puniatur contrafaciens in centum sold. denariorum et nichil hominus electio que fiet per aliquem eorum si breve habuerit de aliquo eligendo non valeat ipso iure sed alius eligi debeat loco sui electione predicta non obstante — Et tales campanarii debeant fovere bene et legaliter et offitium exercere ad quod deputati sunt quod si non fecerint priores et camerarii possint eos capsare et removere prout viderint convenire

De custodia et custodibus carceris comunis Pist. ...

Statuimus et ordinamus quod ad custodiam carceris comunis Pist. eligantur et deputentur quinque homines seu custodes de singulis duobus mensibus in duos menses videlicet unus pro qualibet porta per dominos priores artium civitatis Pist. in cent in sachulati in sachulis comunis Pist. et quilibet ipsorum eligendorum vel insachulatorum seu insachulandorum habeat et habere debeat pro suo salario pro quolibet die dicti temporis

duodecim sold. den. quod salarium eis et cuilibet
eorum solvi debeat per massarios comunis perusii sine
aliquo precepto vel mandato alicuius offitialis dicti
comunis. Cum custodes qui erunt deputati ad
carceres custodiendos teneantur et debeant
captivos existentes in carceribus ex parte domini
potestatis vel capitanei vel alterius offitialis comunis perusii
de dictis carceribus ad petitionem talis offitialis
et eius familie extrahere et ducere cum famili-
aribus dictorum dominorum potestatis et capitanei vel alterius
offitialis et ipsum coram offitialibus comunis perusii
ducere et ad postulationem talium offitialium
ipsum de carcere relapsare si placuerit
offitiali qui eum carcerari fecerit nisi ex
parte alterius offitialis ibi esset recomendatus
= Et si potestas et capitaneus vel alius offitialis
fecerit aliquem inmicti in carcere comunis perusii
cum alicuius maleficii inquisitus vel accusatus vel
diffamatus vel alia de causa debeant infra decem dies
postquam eum inmiserit vel inmicti fecerit in-
quirere de fama et de culpa ipsius infra
unum mensem postquam in carcerem comunis perusii
missus erit et si eum invenerit culpa-
bilem contra eum procedant de iure secundum quod pro-
fuerit. Si autem non invenerit eum culpa-
bilem infra dictum unum mensem statim eum po-
stea de carcere extrahere et extrahi facere
teneatur quod si non fecerit de suo salario
ducentas libr. den. perusine nomine pene quilibet eorum
comuni perusii solvere teneatur = Potestas vel
capitaneus vel aliquis pro ipsorum nomine nec aliquis alius
possit extrahere nec extrahi facere de carcere
nec etiam relaxari relapsum aliquem qui esset
condepnatus et exbannitus nec de libris
comunis aliquem facere cancellari qui esset positus
in banno pro furto homicidio robbaria
incendio seu aliquo maleficio nisi prius
fuerit per adunantiam generalem populi perusii =
Possit tamen extrahi sine adunantia illi
qui occasione alicuius maleficii venerint ad manda-
tum dominorum potestatis et capitanei et posuerint se
in carcerem et de ipso maleficio non erunt
reperti culpabiles et essent absoluti et
illo qui solverit condepnationem suam sine

alia reformatione adunantie prout legis
auctoritate et quod sepius recomendantur in car-
ceribus pro maiori quantitate quam postea con-
depnantur quod soluta condepnatione postea sic
possint de ipsis carceribus relapsari non
obstante recomendatione predicta que facta
sit de dicta maiori quantitate = Item
quod si aliquis de dictis carceribus evaxerit
vel aufugerit si erat ibi positus pro
debito pecuniario teneantur ipsi custodes
carcerum ipsi creditori solvere de suo ipsum
debitum pro quo detinebatur in ipso carcere
et instrumentum debiti pro quo positus erat
in carceribus dictus debitor mandetur exe-
cutioni contra dictos custodes et eorum fide-
iussores per potestatem vel capitaneum vel eorum
iudices ac si essent in instrumento debiti
obligati debeant tamen citari secundum quod citati
obligati ex instrumento confessionato et si non
venerit et contumaces extiterit ipsos
capi faciat ad petitionem dicti credi-
toris et in carceribus poni et etiam te-
nuta detur de bonis eorum et suorum fideiu-
ssorum = Et si fuisset detemptus pro
pena corporali si quidem erat pena mortis
electio non valeat ipso iure :-

Capitulum quod partitum super factis
rebus vel negotiis
singularium personarum semel
factum in camerarios
mitti non debeat nisi
per [illegible] inter camerarios
tempore officii ponatur

cc xxxviii.

Capitulum quod mitti
debent [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] ostendere [illegible]
[illegible] dare.

cc xxxviiii.

…onatur hic qdam
…alia ampli i regulats
…ut pz i bastardi

Q valla… potius
…empt… sunt sui
…diu ad defendendum
…unica vice

cxl

Q quicumque aliquem possidet …
aliquid per xx annos ingnorans ali…
…um sine non posset …
eo quod …

cxli

de electione domicellorum
dnorum prelatorum

cxlii

De exemptione c
ctium clericoru

c xlv.

Quod domicellis non liceat
dispendere de palatio

c xliij.

De pena hospitantis
carnes ementium

c xlvij.

Quod curiales Romane
curie pro quibus habentur
quod diu Romanam curiam in
propria residerent.

c xliiij.

244 bis

Cum inter alia offitia Comunis pisani offitium
Conservatorum Monete Comunis pisani nec dum
utile fore censeatur immo ictus necces
sarium. cum conservatio aeris dicti Comunis
statum afferat pacificum et tranquillum. presen
ti capitulo valituro perpetuo duximus statuendum
Quod eligantur et eligi debeant Tres boni pru
dentes et legales Cives pisani. Ita quod distribu
tio electionis ipsorum per portas equaliter observetur.
Qui insacculentur et insacculari debeant in Con
servatores et pro Conservatoribus Monete Comunis
pisani. Quorum offitium duret et durare debeat
tantum sex mensibus. Ad quorum manus perveniat
et pervenire debeant omnes et singuli introitus
redditus et proventus infrascripti et prout
inferius continetur. Qui Conservatores sint
et esse intelligantur Offitiales Comunis pi
sani. Ad exigendum et recipiendum infrascriptos
introitus redditus et proventus. Et de ipsis nomine
Comunis Pisani finiendum et refutandum. Nec
non ad conducendum stipendiarios eque
stres et pedestres. ad stipendium vel provisionem

Communis pisani. Et stipendia vel provisio
nem solvendum et solvere promictendum
secundum formam presentium statutorum inferius
descriptorum. Sint et esse intelligantur Offi
tiales dicti Comunis super exitibus expensis et
pagamentis pro dicto comuni faciendis infrascrip
tis offitialibus doctoribus et aliis quibuscumque
personis vice exigentium infrascriptorum
capitulorum. Super quibus omnibus et singulis
habeant et habere intelligantur arbitrium
autoritatem et bailiam plenariam. Et
pro expeditione eorum offitii et executione
habeant et habere debeant duos bonos fide
les et expertos cancellos super quibuscumque introi
tibus et expensis et exitibus eorundem habeant
insuper duos expertos et sufficientes et fideles
notarios. quorum unus adscribendum introitus
Alter adscribendum exitus et expensas per
dictos Conservatores faciendas nec non alias
varias et diversas scripturas pro expeditione
dicti offitii necessarias. Et super conductione
gentium armigerarum equitum et peditum
et Castellanorum debeant deputari. Qui
cancelli et notarii non sint emptores vel so
tii emptorum aliquarum gabellarum seu Comu
nantiarum Communis Pisani pro quibus
aliquid debeatur Camere ipsorum Conserva
torum tempore ipsorum offitii cancellorum notari
orum. Si aliquis ipsorum esset emptor vel so
tius emptor vel alicuius eorum vel aliquid
deberet dare Camere ipsorum Conservatorum
quod donec est debitor dicte Camere in cancellum
vel notarium non possit eligi vel assumi nec
offitium quomodolibet exercere. Et etiam quod nul
lus cancellus sit vel esse debeat consangui
neus vel affinis usque in tertium gradum ipsorum
Conservatorum vel alicuius eorum per lineam
ascendentium vel descendentium nec vivere cum
aliquo ipsorum Conservatorum ad unum panem et
vinum. Et etiam quod nullus cancellus vel notarius
ipsorum Conservatorum possit eligi vel assumi
qui non vacaverit saltem cancellus in quoli
bet offitio cancellatus tam Conservatorum quam
aliorum offitiorum Civitatis pisane per integros
duos annos. Notarius quod ab offitio notarii
Camere Conservatorum per integros et duos
Annos. Quorum quidem notariorum offitium
insacculetur una cum Conservatoribus. Et
cancellorum electio et nominatio ad Conservato
res ipsos spectet et spectare intelligatur.
Si prius non contra dictam formam aliquis ele
geret electio non teneat et nichilominus
tam eligens quam electus vel offitium exercens
incidat in penam Quingentarum lib
rarum eo ipso et vice qualibet. Et quod impe

premissorum existentium dictorum Cancellorum et nuptii ad dictos Conservatores maxime pro sex mensibus ut supra promictitur eligendos electio pertineat pleno iure. Qui quidem Conservatores cancelli et notarii et nuntius habeant et percipiant salaria inferius deno-tata.

245 bis

Infrascripti sunt Introytus redditus et provectus pervenienti et qui pervenire debeant ad manus dictorum Conservatorum Monete. Et sint et esse intelligantur concessi et deputati Camerariorum Conservatorum. Et de ipsis solutiones et pagamenta fiant et fieri debeant ipsis Conservatoribus et non aliis offitialibus Comunis Perusii. Et si secus fieret non valeat ullo modo.

In primis Comunantia fructuum redditu et provectum aque lacus Clusii perusini et gabelle piscium.

Item gabella salmarum grossarum et pedagii de pede platee.

Item gabella salarie

Item Gabella ortuum.

Item gabella vini que venditur ad minutum in Civitate burgis et suburgis Perusii usque ad confines villarum.

Item gabella vini et bestiarum et mercatorum Comitatus Perusii.

Item introytus et provenctis collectarum et prestantiarum pro presito per Comune Perusii.

Item gabella duorum soldorum pro libra qualibet retinenda per ipsos Conservatores seu ipsis Conservatoribus solvenda de omnibus et singulis solutionibus et pagamentis faciendis per ipsos Conservatores vel in Camera ipsorum Conservatorum quibuscumque personis quocumque et qualitercumque non obstante quod caveatur quod ipse solutiones vel aliqua earum fieri possent vel deberet sine retentione vel solutione alicuius gabelle preter in casibus in presenti volumine statutorum specialiter exceptuatis.

Item omnes et singule punctature faciende stipendiariis Comunis Perusii equestribus et pedestribus secundum formam pactorum Comunis Perusii. Et etiam pene quas ipsi stipendiarii incurrerint pro inobservantia et inobedientia secundum formam pactorum et etiam punctature que fient de Castellanis.

Item omnes punctature que fient de offitialibus forensibus et eorum familiis secundum forma statutorum et ordinamentorum Comunis Perusii.

Item omne residuum quod restabit et superent cuicumque offitiali Comunis Perusii ab executione sui offitii exceptis massariis et offitialibus super grascia Et exceptis offitialibus abundantie et Bladi et etiam Camparii Camerum et offitialibus super massaritiis.

Item omnes utilitas et omne melioramentum percipiendum per ipsos Conservatores et eorum cancellos de avere et pecunia Comunis Perusii ad eorum manus perventa seu pervenienda tempore eorum offitii.

Item omnis quantitas florenorum et pecunie qui et que Comuni Perusii solui deberet per Comunia terrarum subiectarum seu recomendatarum ipsi Comuni seu per alias quascumque singulares personas et pro honore census et seu pacto ipsi Comuni Perusii prestando pro nunc vel in futurum.

Item Comunantia omnium et singularum Camerarum sitarum in palatio populi habitationis domini Capitanei Civitatis Perusii quarum fructus vendi consueverunt. Quod palatium nunc habitat dominus potestas Civitatis Perusii.

Item Comunantia Camerarum sitarum in palatio habitationis domini potestatis Civitatis Perusii et aliis et per locum maiestatis iuxta dictum palatium. Et domorum seu vocatarum Zecche Quarum fructus vendi consueverunt.

Item Comunantia Camerarum sitarum in domibus Camparii bladi quarum fructus vendi consueverunt.

Item Comunantia unius orti qui olim fuit Ecclesie Sancti Florentii.

Item Comunantia Montis Tetii.

Item Comunantia bonorum olim Bertaronis.

Item Comunantia Paldi.

Item Comunantia unius tenimenti terrarum positi in strata vecchia Clusii perusini.

Item Comunantia portus et poteris olim fratris pauli.

Item Communantia pedattarum aque lacus Con
Perusii.

Item Communantia unius tenimenti terrarum
posit. in clusio Perusino iuxta campum Sturidere
et possessiones Rani maioris que vocantur
le marche.

Item Communantia unius tenimenti et domus
et vin. positarum in pertinentiis Laviani.

Item Comunantia bonorum olim Arenguty et
Ugolini posita loco qui dicitur Moncole Val
tierne et Pariano.

Item Comunantia de Casa Castaldi.

Item Comunantia duarum bubulcariarum que
olim fuerunt Raneri Gualterii.

Item Comunantia bonorum olim Agutii domini
Francisci.

Item Comunantia Sancte Cannne.

Item Comunantia Collis.

Item Comunantia duarum bubulcariarum posi
tarum in Colcello.

Item Comunantia molendinorum pontis novi.

Item Comunantia Montis Alerii Cuius
quidem pretium redditus et proventus solum
debent offitialibus massaritiarum comunis
nostri pro ornamine murorum Civitatis bur
gorum et subburgorum Perusii Anno quoli
bet prout capient et firmabunt.

Item Comunantia bubulcarie Castri Alghelis.

Item Comunantia Castri Fossati.

Item Comunantia quattuor bubulcariarum terre
in posit. in clusio inter lacum et Clanes.

Item Comunantia Colcelli

Item Comunantia arboreti olim Yppoliti lictis.

Item omnes et singule alie Comunantie seu ga
belle et introytus ... quarum redditus et
proventus nunc debentur vel in futurum debe
rentur Camere ipsorum Conservatorum
Et omnes Comunan... gabelle et Introitus
quicumque qui ... vel aliis offitia
libus dicti Comunis ... venient
et venire debeant ... Camere ipsorum
Conservatorum ... Conser
vatores pervenia...

Item decernimus stat... execu
tionem factam Camere Conservatorum ... supra
dictis.

De autoritate et arbitrio
Conservatorum monete et
de numero gentis armo
rum conducende per eos. R.

246
bis

¶ Vir a offitium Conservatorum Monete esse
solet de bonis legalibus ac notabilibus
Civibus Perusinis. In quibus omnis
est spes et fiducia reponenda ut utilitatem et
honorem rei publice diligant presenti ca
pitulo ducimus statuendum. Quod Conser
vatores monete Comunis Perusii precedente tamen
deliberatione dominorum Priorum et Camerariorum
Artium Civitatis Perusii qui pro tempore
fuerint. Saltem obtento partito de levando
ad sedendum per duas partes beant et habere intel
ligantur plenissimum arbitrium et potestatem
conducendi ad stipendia Comunis Perusii seu pro
visionem usque in numerum Centum lance
arum gentium equestrium forensium. Et non
Civium seu districtualium Perusinorum pro
eo tempore sicut eis videbitur opportunum. Et
pro eo stipendio seu provisione prout et
quemadmodum pro utilitate Comunis viderit
convenire. Dum tamen non possint nec eis
liceat modo aliquo seu forma directe vel in
directe vel aliquo quesito colore aliquo quo
quo modo lanceam mortuam unam vel plu
res pena .V. librarum denariorum dare vel concedere
quoquo modo. Et si concederetur vel aliter
conduceretur talis conductio non teneat ipso iure
Decernentes quod lancea intelligatur de tribus
equis more solito et ritu Camere Conservatorum
Et etiam quod conductio fieri non possit contra seu preter
formam statutorum in presenti volumine contentorum.
Ac etiam decernentes quod ultra numerum dictarum
Centum lancearum pro arduis casibus quodli
bet emergentibus precedente tamen deliberatione
Dominorum Priorum et Camerariorum qui pro tempore
fuerint et consilii opportuni conduci possit
per ipsos Conservatores ad stipendium seu pro
visionem vel alio quovis modo usque in nu
mero quinquaginta lancearum. Et etiam possint co
ducere Centum famulos forenses dicta forma
servata et ubi exigentiam dicorum. Et quod ultra
numerum predictum excepto tamen Capitaneo Quin
quaginta lancearum peditum seu Centum
balistariorum conducendorum ut inferius
apparebit ad palatium dominorum priorum Artium
Civitatis Perusii. Et exceptis Quinquagin
ta famulis conducendis ut inferius appare
bit pro mense Augusti non possint nec de
beant Conservatores ipsi vel alie quecumque
persone aliquem vel aliquos conducere seu conduci
facere ad stipendium Comunis Perusii stipendium
vel ... directe vel indirecte vel alio
quoquo modo sine expressa deliberatione

Consilii maioris et adunantie generalis artium et artificum Civitatis predicte. et quod secus fieret non valeat ullo modo.

De gentibus conducendis ad custodiam palatii dominorum Priorum. R.

247 Item adhoc ut pro necessitatibus incumbentibus quodolibet in Comuni et pro decore et magnificentia palatii dominorum priorum Artium Civitatis predicte ut occurri possit die noctuque casibus emergentibus quibuscumque. Statuimus quod omne de sex mensibus in sex menses precedente tamen deliberatione Dominorum priorum et Camerariorum Artium qui pro tempore fuerit per Conservatores monete fiat et fieri possit conductio de uno notabili ac strenuo viro cum Centum balistariis Jannuensibus pro quibus conducendis et habendis requiri debeat Comune Janue per litteras Comunis Perusii cum illo stipendio et provisione prout melius fieri poterit. Qui balistarii debeant esse muniti dorsum caput et bracchia et balistis bonis et aliis munitionibus consuetis et stare debeant ad custodiam palatii dominorum Priorum et ipsis dominis prioribus in omnibus et singulis obedire die noctuque et in totum seu in partem se distribuere et pergere ad illa loca. Et omnia et singula facere que per dominos Priores imposita fuerit vel mandata sub pena stipendii et pactorum. Et in casu quo dicti balistarii haberi non possent quod precedente deliberatione predicta ipsi Conservatores possint et debeant conducere ad stipendium comunis Perusii pro tempore semestrali unum notabilem ac strenuum virum fidelem et amatorem comunis et populi perusini in Capitaneum cum quinquaginta lanceis peditum forensium armigerorum et strenuorum intelligendo lanceam modo infrascripto videlicet de uno caporale bene munito armis dorsi capitis et bracchiorum manuum et crurium et de uno balistario esse pro armato caput et dorsum et bono balisto et aliis armis consuetis et de uno paggio Et dare possint et solvere pro stipendio cuilibet lancee usque in quantitatem .... florenorum auri. cui quidem Capitaneo quinquaginta lancearum adhoc ut seriosius cauta procedant et utilius pro comuni conductio non teneat nisi primitus confirmata fuerit per dominos priores et Camerarios qui pro tempore fuerint et quod comune perusii nisi talis confirmatio sequatur occasione talis conducte alicui non intelligatur in aliquo teneri vel obligari. Qui quidem Capitaneus ut supra conducendus cum dictis quinquaginta lanceis parere debeant dictis dominis prioribus et omnia et singula facere prout tenentur et debent balistarii supradicti sub pena stipendii et pactorum. Et quod pro celeriori expeditione pro opportunitate presentis temporis Conservatores proxime futuri in principium eorum offitii possint teneantur et debeant conducere dictum notabilem virum cum dictis balistariis requisito Comuni Janue ut supra promictitur. et in casu quo haberi non possent dictum notabilem virum capitaneum cum dictis quinquaginta lanceis cuius conducta vel quorum incipere debeat in kalendis Settembris proxime venturis. Et quando virtus et fidelis operatio premeretur merito munerari. Determinimus statuentes quod quilibet dictorum notabilium virorum presidentium balistariis vel dictis quinquaginta lanceis cum eorum sotiis et gentibus quibuscumque in totum seu in partem conduci seu refirmari possint per dominos priores et Camerarios usque ad tempus sex mensium prout et sicut domini priores et Camerarii qui pro tempore fuerit duxerint ordinandum et cum illo stipendio seu provisione.

De nulla conductione fieri possit a viginti lanceis supra et a quinque infra de aliquo. R.

248 Item adhoc ut comunis utilitas subsequatur et comune perusii de suis gentibus possit comodius dispensare. Determinimus quod nulla conducta seu reconducta exceptis supradictis Notabilibus viris et balistariis et quinquaginta lanceis ut supra promictitur conducendis possit vel debeat fieri directe vel indirecte de aliquo equestre Capitaneo seu Caporale vel alio presidente cum maiori numero viginti lancearum et cum minori numero quinque lancearum. Ita quod a viginti lanceis supra de aliquo non possit fieri conductio seu reconductio seu a quinque lanceis infra nisi aliter deliberaretur per consilium opportunum dum tamen per opportunum consilium deliberari non possit de maiori numero gentium conducendarum nisi usque in numerum superius declaratum.

Quod nulla conducta equestrium fiat pro maiori tempore sex mensium. R.

249 Item quod nulla conductio seu reconductio gentium equestrium fiat seu fieri possit vel debeat pro maiori tempore nisi usque in sex menses et non aliter quocumque modo.

Quod quelibet conducta equestris distet ab alia saltem per unum mensem. R.

250 Item adhoc ut uno et eodem tempore conducte armigerarum gentium equitum non recidant vel conductam finiant quod sepenumero comuni perusii et suis subditis maxime

intulit detrimenta. Duximus statuendum quod quelibet conducta que fiet de Capitaneo vel caporale vel alio quocumque presidente equestre fiat et fieri debeat. Ita quod quelibet conducta cuiuslibet capitanei seu caporalis vel alterius presidentis distet vel distare debeat saltem per unum mensem ab alia quacumque conducta, et aliter vel alio modo conducta seu reconducta predictorum vel alicuius eorum fieri non possit, nec debeat quoquo modo. Et si fieret non teneat ullo modo. Nisi aliter deliberaretur per dominos priores et Camerarios de tali conducta seu reconducta quoad tempus distantiam obtento tamen partito inter dictos dominos Priores et Camerarios ad bussolam et fabas albas et nigras saltem per duas partes quotiens necessitas in posterium eminneret quo casu precedente ut dicitur deliberatione dominorum Priorum et Camerariorum possit fieri conductio seu reconductio absque tali distantia prout et sicut per dictos dominos priores et Camerarios extiterit deliberatum.

De conductis pedestribus et numero et tempore. R.

251 Item quod nullus Conestabilis seu Caporalis vel alius quicumque pedester possit vel debeat conduci seu reconduci cum maiori numero viginti paggarium peditum sed abinde infra vel usque in dictum numerum inclusive prout discretioni Conservatorum videbitur convenire, excepto casu de balistariis et Capitaneo quinquaginta lancearum peditum ut supra promictitur conducendarum ad custodiam palatii. Et excepto si deliberaretur aliter per Consilium oportunum dummodo deliberatio fieri non possit de maiori numero nisi usque in numerum Centum famulorum prout est superius declaratum.

252 Item quod nullus pedester possit vel debeat eligi deputari seu conduci ad soldum et stipendium Communis Perusii provisionem vel paggam vel alio quocumque modo nisi dumtaxat pro uno mense et si necessitas immineret possit fieri reconductio per Conservatores prout viderint oportunum de mense in mensem. Possint tamen si imminens necessitas requireret et Conservatoribus utile videatur fieri conductio seu reconductio peditum pro maiori tempore usque in duos menses et deinde reconductio de mense in mensem.

Nullus offitialis Communis Perusii cuiuscumque status et conditionis existat audeat vel presumat conducere seu reconduci facere ad stipendium seu provisionem Communis Perusii equestres seu pedestres quocumque modo iure causa seu forma nec huiusmodi gentium stipendium seu provisionem solvere vel solvi facere de pecunia vel avere Communis Perusii pena mille librarum denariorum perusinorum pro quolibet contrafaciente et vice qualibet de facto auferendarum per quemcumque offitialem Communis Perusii. Et nichilominus dicta conductio non valeat ullo iure. Et conductio et reconductio gentis armigere equestris et pedestris solummodo pertineat et spectet ad Conservatores monete et ad eorum offitium iuxta predictorum Capitulorum exigentiam et tenorem et non ad alios ullo modo. Salvo quod predicta non vendicent sibi locum in reconductione seu refirma Capitanei Quinquaginta lancearum peditum seu balistariorum famulorum ad custodiam dominorum Priorum ut supra promictitur conducendorum que tamen fieri possit, reconductio seu refirma per dominos Priores et Camerarios iuxta exigentiam precedentium Capitulorum. 253

Bonum sicut oderunt peccare boni virtutis amore sic mali penarum formidine deterrentur. Presenti Capitulo duximus statuendum Quod omnes et singuli Capitanei vel Caporales stipendiarii equites conducti seu conducendi ad soldum stipendium seu provisionem dicti Communis vel alio quovis modo teneantur et debeant de eis et de eorum lanceis sotiis equitatoribus paggis equis ronzinis monstram pro eis et pro dictis et quolibet eorum facere, et fieri facere et assignatam, armatam et inermem ad omnem requisitionem et mandatum Conservatorum monete et aliorum offitialium depputatorum seu deputandorum. et etiam aliorum quibus Conservatores ipsi duxerit committendum et mostram ipsam et assignatam facere et fieri facere ubicumque et quandocumque a Revisoribus fuerit 254

requisita. Et si mostra alicubi fieret et sti
pendiarij hẽrent stipendiũ a Comuni ad
rationem decemotto flor nectorz proqua
libet lancea et nõ eẽt reptus equus Ca
poralis q perdat idem Caporalis stipendiũ
pro dc̃o equo nõ repto perdat sex flor et p
equo ul' rongeno paggi perdat quattuor
florenos. Et si nõ eẽt reptus caporalis
lancee pdat otto flor et pro plattanario
nõ repto duos florenos. Et si tales stipẽdia
rij ul' prouisionati hẽrent maius ul' minus
stipendium dc̃a quantitate decemotto florenorz
pro lancea. silicet abinde sup̃ ul' abinde ĩfra
et de p̃dc̃is ul' aliquo eorz fierent mostre et
nõ reprientur q puctature fieri debeant de
ipsis ⁊ quolibet eorz nõ reptis et perdant qñti
tates pro qualibet puctatura ad dc̃as rati
ones singlã singulis referendo sicut pl'
pro rata ul' minus capient consideratione
hita ad maius ul' minus stipendiũ quod
dicetur. Et q in casu quo puctati nõ re
mitterentur infra tminũ sex diez q et
pdant stipendiũ pro quolibet puctato pro
rata tpr̃is ut capiet quousq; remissio facta
nõ fuit. Saluo si puctati legitimã excusa
tionem hẽrent ⁊ amictendam que fieri de
beat coram dño capitaneo ppli ⁊ maiori si
dico Ciuitatis pisij infra tres dies a die
puctature si puctatio fc̃a eẽt in Ciuitate ul'
coitatu pis. Et si fc̃a eẽt in loco distanti
a Ciuitate pisij p quadraginta miliaria
infra otto dies a die puctature. Et si fc̃a
eẽt in aliquo loco distanti a quadraginta
miliaribus supra a dc̃a Ciuitate pis ĩfra
quindecim dies a die puctature. Et siquis
caporalis plattanarius ul' paggius mori
retur. Qz alius ydoneus loco eius remicti
debeat infra sex dies a die mortis cõputã
dos et si infra dcm̃ tminũ aliũ ydoneum
nõ remiserit soldum seu stipẽdiũ p illo
perdat et habere nõ debeat ullo modo
Et ẽt donec aliũ remiserit. Ita tam̃ q
infra tminũ p̃dcm̃ sex diez a die mortis
notificasse debeat Capitaneo ppli ⁊ Cons
uatoribus monete de talis morte. Et si
aliquis dc̃oz caporalis plattanarij aut pag
gi infirmaretur et nõ euaderet ul' libera
retur infra viginti dies a die infirmita
tis cõputandos teneatur aliũ ydoneum
remictere loco sui post lapsum dc̃oz uigi
ti diez infra tres. Dũmodo notificasse de
beat de infirmitate talis Capitaneo ppli
et dc̃is Conseruatoribus infra sex dies a die
infirmitatis computandos. Et si nõ remi
serit infra dc̃os tres dies q soldũ ul' stipẽdiũ

seu prouisionem pro tali nullatenus cõsequatur
Et q̃diu aliũ nõ remiserit loco sui. Et si aliquis
dc̃orum caporalis plattanarij ul' paggi recederet
a comitiua Capitanei ul' caporalis ⁊ sotiorum ali
ydoneus remicti debeat loco sui infra tres dies
a die recessus dummtam notificasse debeat infra
dcm̃ tminũ dc̃is Capitaneo ppli et Conseruatoribus
de talis recessu. Et si infra dcm̃ tminũ triũ diez
aliũ ydoneum nõ remiserit nõ soldũ seu stipẽdiũ
pro illo nõ hẽat ullo modo. Et q̃diu aliũ ydoneũ
nõ remiserit pro eodem. Et q remictendus scribi
ẽt ⁊ remicti debeat Conseruatoribus ⁊ notificari of
fitiali capitanei sup mostris an q̃ mostre fiant
Ad hoc ut remictendus a puctaturis huiusmodi nõ
ualeat excusari. Et si aliquis equus ul' ronginus
occideretur ul' moriretur seu inutilis efficeretũ
q alium sufficientem debeat remictere et assi
gnare infra sex dies a die mortis ul' inutilis
effectionis coram Conseruatoribus ul' offitiale
sup mostris. Et si nõ remiserit infra dcm̃ tmi
nũ q soldum seu stipendiũ pdat ad dc̃as rationes
vz. pro equo caporalis otto florenos pro equo
plattanarij sex florenos et pro equo ul' rõgino pag
gi quattuor flor. Et q nichilominus stipẽdiũ
nõ hẽat pro eodem, ⁊ q̃diu aliũ sufficietem nõ
remiserit loco sui. Et si aliquis equus ul' rõgi
nus uenderet seu cambiretur q aliũ sufficietez
infra tres dies a die uẽditionis seu cambij remic
tere teneatur. Et si nõ remiserit ul' p̃mum
nõ assignabit q stipendiũ pro tali equo seu rõgi
no uendito seu in cambiũ dato, stipendiũ pdat
ad dc̃as rationes prout capiet et stimabit. Et q
nulli caporali plattanario ul' alteri cuiusq; sit
licitum ul' pmissum equum seu rõginũ cõduc
tũ ad stipendiũ coĩs pisij et descriptũ sine
licentia Consuatorz monete expssa uendere
cambire ul' pignorare sub pena stipendij
unius mẽsis pro quolibet equo seu rongino
uendito pignorato ul' in cambiũ dato. Et q
stipendium dcm̃ pdat nichilominus ad dc̃as
rationes prout supius declaratur. Et si aliqs
equus ul' ronginus alicuius p̃dictorz quodolibet
ĩfirmaretur q dñus eiusdem teneatur ipm̃
curari facere suis expensis. Et si liberaretur
bñ quidem alias teneatur aliũ remictere ĩfra
dc̃os viginti dies sufficietem a die ĩfirmitatis
p̃dc̃e computandos. Et si p marescalcũ senten
tiabitur ipm̃ equũ ul' rõginũ fore inutilem
q alius remicti debeat sufficiens loco sui ĩfra
quattuor dies a die talis sententie cõputãdos. Et
interim pro illo equo ul' rongino stipendium
nõ hẽat ullo mõ. Et q equi ul' ronginj qui remic
tentur nõ sint descripti in aliqua aliqua brigata
seu comitiua existente ad stipendiũ seu ad soldũ
dc̃i coĩs durante tpr̃e alicuius firme. Et sil

~~q nullus caporalis plattenarius vel ragazinus qui~~
descriptus esset in comitiva vel brigata alicuius
remicti possit loco alterius donec descriptus esset
in tali brigata seu comitiva. Conestabilis
seu caporalis peditum teneantur et debeant
de eis et quolibet eorum et de suis sotiis et armis
mostram et assignam facere quotiens fuerit
requisitus ad petitionem dominorum priorum et dominorum
Conservatorum monete et offitialis super mo
stris vel alicuius eorum ubicumque et quandocumque ipsi
vel aliquis eorum fuerit requisiti. Et si mostra
fieret in aliquo loco et non esset repertus Caporalis
seu Conestabilis quod perdat eius stipendium et pro
visionem et similiter si non reperiretur sotius pa
gesius vel ragazinus quod similiter soldum pro non
reperto integrum perdere debeat. Salvo si legitti
et admictendam excusationem haberet quam
probare debeant coram Capitaneo populi perusini
infra terminos locorum distantiis comprehensis et prout
ut supra de equitibus est expressum. Et quod si ali
quis sotius vel ragazinus moreretur quod alius
sufficiens remicti debeat infra tres dies a die
mortis computandos. Et si infra dictum terminum
non remiserit sufficientem soldum pro illo non
habeat ullo modo. Et donec alium non remiserit
quoquo modo. Et quod notificare debeat de tali
morte Capitaneo populi et Conservatoribus
infra terminum antedictum. Et si aliquis dictorum
Caporalis sotii seu ragazini infirmaretur
et non liberaretur infra decem dies a die infir
mitatis computandos quod alius remicti debeat
infra tres dies ydoneus et sufficiens loco sui.
Et quod notificasse debeat de infirmitate talis
Capitaneo populi et Conservatoribus monete
infra sex dies a die infirmitatis computandos.
Et si infra dictum terminum trium dierum alius
remissus non fuit quod soldum seu stipendium
pro tali nullatenus consequatur. Et si aliquis
Caporalis sotius vel ragazinus recederet a
comitiva alicuius caporalis Conestabilis
quod alius ydoneus remicti debeat loco sui infra
tres dies a die recessus. Et si infra dictum termi
num trium dierum alium sufficientem non remiserit
quod pro eo soldum stipendium seu provisio nulla
tenus debeatur. Et quod notificare debeat infra
dictum terminum trium dierum dictis Capitaneo et
Conservatoribus talis recessus. Et quod remic
tendus et describendus coram Conservatoribus
remictatur. Et debeat notificari offitiali super
mostris. Ad hoc ut remictendus apuntaturis
se nequeat excusare. Et quod nullus alterius
loco amicti debeat seu aliter scribi possit qui
descriptus esset in aliqua alia brigata seu co
mitiva que esset ad stipendium dicti Comunis

quidem descriptus quomodolibet apparebit.
Et decernentes ad hoc ut stipendiarii tam
equites quam pedites serviant Communi Perusii
sicut decet. Quod Conservatores monete possint
teneantur et debeant in dictis casibus et quolibet
eorumdem in presenti capitulo declaratis dictas
quantitates de talibus punctaturis ut est tractatus
retinere de stipendiis et provisionibus stipendia
riorum equitum et peditum. Et quod si stipendiarii
non suppeterent exigere et exigi facere de fa
ctaliter et personaliter cogi facere ad solvendum
huiusmodi punctaturas in quantitatibus et prout
supra declaratur denotatur. Et ideo eorum
introytus mictere et micti facere per eorum
notarios et fancellos prout fuerit opportu
num. Et de eis partem solvere contingentem
offitialibus super monstris prout inferius
apparebit in presenti volumine statutorum
pena ipsis conservatoribus et cuilibet eorum
Quingentarum librarum si in premissis vel ali
quo ipsorum negligentes fuerint quomodolibet vel
remissi. Super quibus possint et debeant
spetialiter et distincte et diligentissime
sindicari.

Quod liceat Conservatoribus cassare stipendiarios non observantes contentum vel ea ad que quomodolibet tenerentur. R.

b Stipendiarii equestres et pedestres 255
conducti et etiam conducendi ad stipe
dia seu provisiones Comunis Perusii
vel alias quoquo modo efficacius excitentur
ad observantiam premissorum. Statuimus
providentes quod in quantum aliquis conestabi
lis caporalis vel aliquis alius stipendiarius
Comunis perusii seu provisionatus conductus
seu conducendus ad stipendium seu pro
visionem dicti comunis ea adque teneretur
secundum exigentiam premissorum vel contentorum
in presenti volumine statutorum quod sit licitum
et permissum Conservatoribus mone
te omni casu talem Conestabilem Capo
ralem et alium quemcumque non observantem
ea adque quomodolibet teneretur ad eorum
beneplacitum cassare. Et quod exinde prout
extunc pro casso haberi debeat et censeri et
quod omnis contractus qui in posterum fiet
et quecumque conducta facienda cum aliqui
bus gentibus equestribus seu pedestri
bus ad stipendium seu provisionem dicti
Comunis vel alias quoquo modo intelligatur
esse factus et facta sub predicta conditione

et pacto. et si pactum non esset appositum
quacumque modo vel conventum. Qualiter fiat.

Qualiter fiat contractus cum conductis armorum Comunis Perusii. R.

256 [I]n forma pactorum mendorum inter Commune Perusii et Capitaneos Conestabiles et caporales et quoscumque alios stipendiarios tam equites quam pedites ad stipendia seu provisiones dicti Comunis vel alias quodolibet conducendas et omnibus interesse. Statuimus declarantes quod inter dictos Conservatores et quemcumque Capitaneum Conestabilem et caporalem vel alium quemcumque equitem seu peditem ut supra premictitur quodolibet conducendum ad dicti Comunis stipendium seu provisionem vel alias quoquo modo contractus mittur fiant et celebrari debeant sub et cum pactis modis et conditionibus prout inferius et infrascriptis formulis seriosius denotatur et quam nusquam eorum et cuiusque eorum exigentiam et tenorem cum omnia et singula et contentis ipsorum ultro citroque in omnibus et singulis et quo ad omnia et singula fieri exequi debeant et observari plenarie aliquo capitulo statutorum Comunis Perusii quod loqueretur in contrarium quodolibet non obstante.

Forma contractus cum gentibus equestribus R.

257 [I]n Capitaneus Conestabilis seu Caporalis lancearum equestrium stipendiariorum Comunis Perusii et persona in dicto numero computata et intelligitur lancea, de uno bono caporale armigere bene armis munito uno paggio et uno plattanerio bene munitis duobus equis armigeris et uno rongino pro se et suos heredes obligando se et omnia eius bona mobilia et stabilia presentia et futura promisit et convenit Magnificis viris ... Conservatoribus Monete Comunis Perusii et pro ipso Comuni recipientibus bene sollicite et legaliter servire cum eius persona et dictis lanceis equis et sotiis armigeris bonis et actis ad bellandum. et servitium prebere et obsequi, et parere Comuni et populo Perusino dominis prioribus artium domino Capitaneo guerre qui pro tempore fuerint et Conservatoribus Monete. et aliis offitialibus Comunis Perusii quibus commissum fuit, et quibuslibet eorundem per tempus sex mensium incipiendorum .. die mensis .. et ut sequitur finiendorum ad beneplacitum ipsorum dominorum et cuiuslibet offitii eorundem. Volentes et convenientes ex pacto solemni stipulatione vallato dicti domini Conservatores ex parte una et dictus Capitaneus Conestabilis seu Caporalis ex altera quod equi et rongeni ipsius et suorum equitum et lancearum scripti et assignati stent et stare debeant omni periculo casu rischio et fortuna tam ab homine quam a deo moderato seu inmoderato et qui posset excogitari quodolibet non excogitari ipsius Capitanei Conestabilis seu Caporalis et suorum equitum et sotiorum. Et de se et suis lanceis et sotiis et equis et ronginis in dicto numero promisit dictis Conservatoribus Monete ut supra recipientibus monstram et assignam armatam facere et inhermem vicibus et quotiens fuerit requisitus ad mandatum seu beneplacitum ipsorum Conservatorum vel illius seu illorum cui vel quibus commiserit quoquo modo. et etiam ad beneplacitum offitialis super monstris deputati vel quodolibet deputandi, et equos et ronginos predictos bullari facere ad mandatum ipsorum Conservatorum et revisoribus monstrarum eandem monstram facere prout supra continetur. Et si monstra alicubi fieret. et stipendiarii haberent stipendium a Comuni ad rationem decedotto florenorum nectorum pro qualibet lancea et non esset repertus equus caporalis quod perdat idem Caporalis stipendium pro dicto equo non reperto in otto flor., et pro equo plactanarii non reperto perdat sex flor., et pro equo vel ronsino paggii perdat quattuor flor. Et si non esset repertus caporalis lancee perdat otto florenos, et pro plattanario non reperto perdat tres flor. et pro paggio non reperto perdat duos florenos. Et si tales stipendiarii vel provisionati haberent maius vel minus stipendium dicta quantitate decedotto florenorum pro lancea scilicet abinde supra vel abinde infra. Et de predictis vel aliquo eorum fieret monstre, et non reperiretur quod predicta ture fieri debeant, de ipsis et quolibet eorum non reperto. Et perdant quantitates pro qualibet perdictatura ad dictas rationes singula singulis referendo. fiat plus pro rata vel minus capient considerationem habita ad maius vel minus stipendium quod daretur. Et quod casu

quo punctati non remicteretur infra terminum
sex dierum a die punctature quod et perdant stipendium
pro quolibet punctato pro rata temporis ut capiet
quousque remissio facta non fuit. Salvo si puncta
ti legitimam excusationem haberent et ante
tendam que fieri debeat coram domino Capi
taneo populi et maiori Syndico Civitatis Perusii
infra tres dies a die punctature si punctatio
facta esset in Civitate vel comitatu Perusii. Et si
facta esset in loco distanti a Civitate Perusii per
quadraginta miliaria infra otto dies a die
punctature. Et si facta esset in aliquo loco dis
tanti a quadraginta miliaribus supra a dicta
Civitate Perusii infra quindecim dies a die
punctature. Et si quis Caporalis placta
narius vel paggius moriretur quod alius ydone
us loco eius remicti debeat infra sex dies a
die mortis computandos. Et si infra dictum
terminum alium ydoneum non remisit soldum seu
stipendium perdat et habere non debeat ullo modo
et donec alium remiserit. Ita tamen quod infra
dictum terminum sex dierum a die mortis notifica
sse debeat Capitaneo populi et Conservatori
bus monete de talis morte. Et si aliquis
dictorum Caporalis plattanarii aut paggi infir
maretur et non evaderet vel liberaretur
infra viginti dies a die infirmitatis com
putandos teneatur alium ydoneum remictere
loco sui post lapsum dictorum viginti dierum infra
tres dies, dummodo notificasse debeat de infir
mitate talis Capitaneo populi et dominis Conser
vatoribus infra sex dies a die infirmitatis
computandos. Et si non remiserit infra dictos
sex dies quod soldum stipendium seu provisio
nem pro tali nullatenus consequatur et quousque
dum alium non remisit loco sui. Et si aliquis
dictorum Caporalis plattanarii vel paggi recede
ret a comitiva Capitanei vel Caporalis vel
sotiorum alius remicti debeat loco sui infra
tres dies a die recessus, dummodo tamen notificasse
debeat infra dictum terminum dictis Capitaneo
populi et dominis Conservatoribus de talis recessu
et si infra dictum terminum trium dierum alium
ydoneum non remiserit quod soldum seu stipe
ndium pro illo non habeat ullo modo. Et
quousque dum alium ydoneum non remiserit pro eodem
Et quod remictendus scribi et et remicti de
beat coram Conservatoribus, et notificari
offitiali Capitanei super mostris antequam mostre

fiant adhoc ut remictendus a punctaturis
huiusmodi non valeat excusari. Et si
aliquis equus vel ronzinus occideretur
vel inutilis efficeretur quod alium sufficientem
debeat remictere et assignare infra sex
dies a die mortis vel inutilis effectionis
coram Conservatoribus vel offitiali super
mostris. Et si non remiserit infra dictum
terminum quod soldum seu stipendium perdat ad
dictas rationes. Videlicet pro equo Caporalis otto
florenos pro equo plattanarii sex florenos
et pro equo vel ronzino paggi quattuor
florenos. Et quod nichilominus stipendium
non habeat pro eodem et quousque dum sufficientem
non remiserit loco sui. Et si aliquis equus
vel ronzinus venderetur seu cambiretur
quod alium sufficientem infra tres dies a die ven
ditionis seu cambii remictere teneatur. Et
si non remiserit vel primum non assignabit
quod stipendium pro tali equo seu ronzino
vendito seu in cambium dato stipendium
perdat ad dictas rationes prout capiet et
summabit. Et quod nulli Caporali plattana
rio vel alteri cuicumque sit licitum vel permissum
equum seu ronzinum conductum ad stipendium
Comunis Perusii et descriptum sine expressa licen
tia Conservatorum monete Comunis Perusii
vendere cambire et pignorare sub pena
stipendii unius mensis pro quolibet equo
seu ronzino vendito pignorato vel in cam
bium dato. Et quod stipendium dictum nichilo
minus perdat ad dictas rationes prout super
ius declaratur. Et si aliquis equus vel
ronzinus alicuius predictorum quodolibet infirma
retur quod dominus eiusdem teneatur ipsum cum
ei facere suis expensis. Et si liberaretur
infra viginti dies bene quidem, alias te
neatur eum remictere infra dictos viginti
dies sufficientem a die infirmitatis predicte
computandos. Et si per marescalcum senten
tiabitur ipsum equum vel ronzinum fore in
utilem quod alius remicti debeat sufficiens
loco sui infra quattuor dies a die talis sen
tentie computandos. Et interim pro il
lo equo vel ronzino stipendium non habeat ullo
modo. Et equi vel ronzini qui remictentur
non sint nec esse debeant descripti in aliqua
alia brigata seu comitiva existente ad stipe
ndium seu soldum dicti Comunis durante tempore altius
firme. Et similiter quod nullus Caporalis platta
narius vel paggius qui descriptus esset

in comitiua vel brigata aliquis remicti possit
loco alterius donec descriptus erit in tali bri
gata vel comitiua. Et si supradictus Capita
neus Conestabilis vel caporalis seu aliquis
de sua brigata dictarum lancearum in aliquo casu
rebellationis seu conflictus vel quovis alio mo
do caperet aliquem de rebellibus et proditori
bus comunis perusii presentibus vel futuris seu
aliquem condemnatum vel condenandum dicti
comunis occasione status ad ultimum supplitium
vel aliquem exititium qui exititius esset
pro exititio comunis perusii declaratus per dominos
Priores et Camerarios et in Cancellaria
comunis perusii descriptus infra quartam
diem a die captionis computandam gratis et
sine aliqua receptione vel provisione alicuius
quantitatis pecunie dominis Prioribus Artium
Civitatis perusii ipsum vel ipsos captum seu
captos assignare dare et tradere teneatur
et debeat sub pena ducentorum florenorum de auro
pro quolibet capto et non assignato ut supra
et sub maiori pena que declararetur per
dominos Priores et Camerarios qui pro tempore
fuerint. Quam penam ducentorum florenorum
pro quolibet et vice qualibet et etiam
maiorem si per dominos Priores et Camera
rios declararetur. Conservatores monete
sub dicta pena teneantur et debeant reti
nere de stipendio et provisione talis Capi
tanei Conestabilis seu caporalis et suarum
lancearum et ubi stipendium non sufficeret
executionem realem et personalem de facto
fieri facere opportune. Item supradictus
Capitaneus Conestabilis seu caporalis
dictarum lancearum promisit ut supra quod ipse
vel aliquis de sua comitiua non equitabit
in servitium vel deservitium alicuius persone quod
nisi esset contra inimicos comunis perusii sine licen
tia dictorum dominorum Priorum Artium Civitatis pe
rusii vel saltem septem eorum in concordia. Seu
Conservatorum monete Comunis perusii qui pro
tempore fuerint. Et si in alicuius servitium equi
tabit sub pena stipendii unius mensis.
Et si in deservitium vel offensam equitabit
sub pena bonorum et persone. Et si aliquis
rumor quod absit insurgeret in Civitate
perusii vel alibi in aliqua Civitate vel
loco subiecto vel recommendato Comuni perusii
promisit non trahere cum eius brigata ad ali
quem locum nisi ad dominos Priores Artium
Civitatis perusii qui pro tempore fuerint.
Et si Priores non essent in aliqua ex dictis terris
trahit trahere debeat ipse et sua brigata
ad Recthorem seu offitialem Comunis perusii
in tali loco existentem et ubi recthor non
esset ad Commune ipsius terre. Item

supradictus Capitaneus Conestabilis seu caporalis
dictarum lancearum promisit ut supra quod ipse vel aliquis
de sua comitiua non equitabit in servitium. Et
promisit non tenere ad dictum stipendium equum vel
ronçinum alicuius perusini Civis vel districtualis
clerici seu laici publice vel occulte modo aliquo
seu forma sub pena Quingentarum librarum denariorum
pro qualibet vice et quolibet equo. Et etiam
promisit nomine suo et suorum sotiorum lancearum
predictarum se non dedisse nec promisisse alicui aliquid
occasione presentis firme seu conducte. Et quod
quando ipse Capitaneus Conestabilis seu caporalis
vel aliquis de sua brigata vocabitur in mostris
bene et legaliter et proprio suo nomine respondebit
unusquisque et sibi nomen non mutabit nec alio
nomine respondebit nec equum vel ronçinum alii scrip
tum aliquis pro se et suo nomine assignabit sub
pena stipendii unius mensis pro quolibet contrafa
ciente et qualibet vice auferenda dumtaxat pro
Comuni perusii. Et quod durante tempore eorum firme
non facient aliquam confederationem ligam vel
conventionem inter se ad invicem nec aliquid facere non
lenti consentient quod esset vel esse posset in dampnum
preiuditium et gravamen comunis perusii vel contentorum
in presenti contractu. Et quod non participabunt ipse et sui
sodales cum aliquo inimico comunis perusii nec ei fa
vorem prestabunt. nec etiam cum aliquo seu aliquibus
soldato inimicorum dicti comunis et ipsos inimicos comunis
perusii et eorum stipendiarios et sequaces pro veris
inimicis habere et tractare sub infrascripta pena.
Et etiam promisit et pacto convenit et voluit et se
summisit dicto nomine quod in quantum ipse vel aliquis de sua
comitiua non observaret contenta in presenti contractu
vel aliquod ipsorum quod quolibet casu ultra dictam et in
frascriptam penam liceat Conservatoribus mo
nete cassare a stipendio dicti comunis perusii eundem et
quemlibet non observantem ad beneplacitum
eorundem. Et etiam promisit nomine pre
dicto pro se et dictis lanceis finito dicto tempore sue fir
me ipsam firmam renovare cum comuni perusii pro
sequentibus sex mensibus ad simile soldum et
cum similibus pactis si placebit dicto comuni perusii.
Et quod durante dicto tempore dicte conducte nullus
de dicta comitiua ibit ad comedendum in Civita
te vel districtu perusii cum aliquo perusino. Et
quod nullus eorum aliquem perusinum invitabit in
dicta Civitate vel districtu sub pena stipendii
unius mensis pro quolibet contrafaciente et
vice qualibet super quibus stetur dicto unius
vel duorum testium fide dignorum. Que omnia
et singula supra et infrascripta promisit
supradictus Capitaneus Conestabilis seu capo
ralis dictarum lancearum nomine et aliorum de dicta Co
mitiua dictarum lancearum pro eo quia versa

vice dicti Conservatores monete Comunis Perusii pro
miserunt et convenerunt dicto Capitaneo Consesta
bili seu Caporali dictarum lancearum stipulanti pro
se et suis heredibus et cui Jus suum cesserit dare
et solvere stipendium et provisionem infrascriptam
videlicet adrationem . . . florenos pro qualibet lancea
et quolibet mense firme predicte solvendorum
de mense inmensem. Et ultra in antea adomnem
petitionem ipsius Capitanei Conestabilis seu
Caporalis que solutio et satisfactio stipendii et
provisionis predicte fiat fieri possit et debeat per
ipsos Conservatores integraliter et insolidum
semel et pluries prefato Capitaneo Conestabili
seu Caporali pro dictis lanceis pro tota quantitate
vel divisim seu pro rata prout dictis Conserva
toribus videbitur. de quibus stipendio et provisi
one fiat et fieri possit refutatio per supradictum
Capitaneum Conestabilem seu Caporalem
semel et pluries prout ipsis Conservatoribus
visum fuerit expedire. — Et si accideret quod dictus
Capitaneus Conestabilis seu Caporalis cum dicta
eius comitiva mandato dominorum priorum artium
vel Conservatorum monete equitaret extra
districtum Comunis Perusii per quadraginta miliaria
quod tunc solvatur sibi pro eius et lancearum
suarum stipendio pro illo tempore et loci et temporis
et more qualitate pensata prout videbitur
discretioni dominorum priorum artium et Conservatorum
monete. Salvo et reservato quod paga ultimi
mensis non solvatur nisi ydonee satisdederit
Idem Capitaneus Conestabilis seu Caporalis
pro se et dicta eius comitiva de bene sollicite
et legaliter serviendo pertotum dictum tempus
dicte conducte. Et deputtaturis solvendo
et de satisffaciendo creditoribus eorum. Et si non
satisdederit Quod tunc fiat solutio pro medieta -
te dicti ultimi mensis tantum et alia medietas
remaneat persolvenda usque adfinem dicti mensis.
Et in casu quo dicta paga non solveretur in dicto
termino liceat dictis Conservatoribus solvere
et satisfacere aliquis et pro aliquibus dictarum
lancearum pro rata illis videlicet quibus ipsis Con
servatoribus visum fuerit qui pagam ipsam
recipere possint et teneantur et de ipsa refuta
re. Et Capitaneus Conestabilis seu capora
lis et alii quicumque qui talem pagam reciperet
teneantur et debeant equitare et servire non
obstante quod omnibus de comitiva non esset ad
integrum satisfactum. Et nichilominus
supradictus Capitaneus Conestabilis seu Caporalis

cum sua comitiva inquolibet casu mostram
facere teneatur ut supra est expressum etiam
si eidem integre vel aliter pro se et sua co
mitiva non extiterit satisfactum. — Et si acci
deret quod aliquis de dicta Comitiva esset inu
tilis vel inobediens supradicto Capitaneo
Conestabili seu Caporali inserviendo Comuni
Perusii sive forensi presentis instrumenti liceat ipsi
Capitaneo Conestabili seu Caporali talem
insufficientem et inobedientem seu inutilem
cassare et alium sufficientem et obedientem
infra tertiam diem remictere Coram con
servatoribus et Offitiale mostre. Item
expacto convenerunt dicte partes quod si supra
dictus Capitaneus Conestabilis seu Caporalis
seu sui sotiales de comitiva dictarum lancearum
suarum facerent conflictum generalem de inimi
cis capitalibus Comunis Perusii et lucrarentur
banderias inimicorum sive acciperent vel cape
rent aliquam Civitatem inimicorum per bat
taliam eo casu a Comuni Perusii pro illis
de sua comitiva qui tantum adessent dicto
conflictui seu captioni dumtaxat pagam
duplam habere debeat proximo mense completo.
Et teneatur et debeat dare et assignare
Comuni Perusii. scilicet dominis Prioribus
Artium dicte Civitatis infra quattuor
dies a die captionis omnes et singulos cap
tivos. videlicet rebelles seu exbannitos pro statu
seu exititios Comunis Perusii vel Civitatum
terrarum vel locorum recomendatorum vel recomen
dandorum dicto Comuni Perusii. Et etiam omnes alios
Cives seu districtuales perusinos et omnes
Cives terrigenas seu districtuales Civita -
tum terrarum seu Locorum dicto Comuni reco -
mendatorum seu recomendandorum in posterum
quos cepissent in dictis casibus seu quolibet
eorum gratis et sine aliquo premio vel mer
cede. sicut supra de rebellibus est expressum.
Item expacto adinvicem convenerunt dicte
partes et utraque ipsarum nominibus quibus supra
omni via Jure modo et forma quibus effica
cius potuerunt quod de aut super maleficiis com
mictendis tantummodo inter quoscumque de comi -
tiva predictarum lancearum et de aliis contro -
versiis seu causis que inter eos tunc quomodoli -
bet verterentur dictus Capitaneus Conesta -
bilis seu Caporalis cognoscat et non alius
offitialis comunis Perusii quoquomodo. — Et
quod supradictus Capitaneus Conestabilis seu -
Caporalis et eius plactanarii et pagii de
Comitiva dictarum lancearum qui debent

inscriptis durante tpre dcte firme habeantur
et tractentur pro Civibus pusinis in Civi
libus et Criminalibus. Renuntiantes
inter se adinvicem dicte partes exceptioni
no factaz promissionu obligationu et pactoz
rei sic no geste no et bnfitio novaz costitu
tionu de fideiussoribs et de pluribs reis debendi
et Eple divi Adriani et omni alij legum et
Juris auxil consuetudini et statuto q no oppo
net nec opponi facient pse vl alium. Que oia
et singla supra et infrascripta promiserunt
dicte partes inter se adinvicem facere tenere
attendere et observare et in nullo ctrafacere
vl venire pse vl alium seu alios sub pa
ghe stipendij et totius dicte conducte pena
et sub ypoteca et obligatione omium suoz bo
noz noibus quibus supra. Qua pena pars
no observans pdicta parti observanti dare
et solvere solepni stipulatione promisit.
in quolibet casuum pdcoz. Et pena soluta
vl non ctractus iste sit firmus. Et promi
serunt inter se adinvicem dicte partes dana
et expensas et interesse reficere que et quas
una pars occasione alterius partis fecerit
vl substinuerit in Curia et extra pro pdictis
omibs exigendis. Et promiserunt sibi in
vicem dicte partes de predictis omibus facere
confessionem Coram quocuq Judice tam
Cois pusij qm florentie pisaz Lucre Are
tij Cortonij Asisij Spoleti et Fulginei et
cuiuslibet alterius terre loci et fori ad peti
tione partis petentis. Et insup supradictus
Capitaneus Conestabilis seu Caporalis
Juravit ad sca dei evangelia corporaliter
manu tactis scripturis cum dicta ei commitiva
bn legaliter et solicite servire Comuni pus
et suis offitialibus autoritate hntibus. Et
pdcta omia attendere et observare ut supra
continetur Et pro hiis oibus observandis
Capitaneus Conestabilis seu caporalis psta
re debeat ydoneam cautione sub pena et
obligatione predictis.

forma ctractus cu genti
bus pedestribus. P2.

258 Capitaneus Conestabilis seu Caporalis
.. pagarum peditum stipendiarioz
Cois pusij psona sua et suu ragaçini in
dicto nuo computata pse et suos hredes obli
gando se et omia sua bona pntia et futura
promisit et convenit magnificis viris ...
Dnis Conservatoribus monete Cois pusij
pro ipso Comi recipientibus servire psonalit
cum dcis suis sotijs seu pagiis eius psona et suu ra
gaçini ac ragaçinoz suoz caporaliu admictendoz
sm discretionem dcoz Consvatoz in dco numero
computatis bn munitis et armatis omibs et singlis
armis scriptis p notariu conservatoz ptpus unius
mensis proxime venturi Comuni et pplo pusi
no bene solicite et legalr more probi boni et legalis
viri armigeri et admandatum dnoz priorum
Artium vl dcoz Conservatoz aut illoz vl illius
cui vl quibus comiserint ipi dni priores vel
Conservatores ire stare et redire quo ubi qn et
quomodo et quotiens ipis dnis prioribs vel
Conservatoribus vl cui vl quibus comiserint
placuit. Et de se et suis sotijs et armis mostra
et assigna facere totiens quotiens et ubicuq
requisitus fuit ad petitionem dnoz priorum
et dcoz Conservatoz monete et offitialis super
mostris vl illius seu illoz cui vl quibus p dcos
Dnos priores seu Conservatores fuit comis
sum. Et si mostra fieret alicubi. et no eet reptus
Capitaneus Conestabilis seu Caporalis q pdat
totum eius stipendiu et provisionem et simile
si no repiretur sotius pagius vl ragaçinus q
soldum Integrum pro no repto pdere debeat.
Salvo q si legiptima et amictendam excusatione
hret q eam probare debeat cora Capitaneo
ppli et maiori Syndico Civitatis pusij infra
tres dies a die puctature si puctatio facta eet
in Civitate vl comitatu pusij. Et si fra eet in
loco distanti a Civitate pusij p quadraginta
miliaria infra otto dies a die puctature. Et
si fra eet in aliquo loco distanti a Civitate pus
a quadraginta miliaribus supra infra quindecim
dies a die puctature Et siquis sotius vl ragaçinus
moreretur q alius sufficiens remicti debeat infra
tres dies a die mortis computandos. Et si infra
dcm terminu sufficientem no remiserit soldu
pro illo no heat ullo modo et donec aliu no remi
serit quoquo modo. Et q notificare debeat de
talis morte Capitaneo ppli et Conservatori
bs monete infra triunm andictum. Et si ali
quis dcoz Capitanei Conestabilis seu Capora
lis sotius seu ragaçinus infirmaretur et no
liberaretur infra decem dies a die infirmita
tis computandos q alius remicti debeat infra
tres ydoneus loco sui Et q notificasse debeat
de infirmitate talis Capitaneo ppli et maiori
syndico et Conservatoribus monete infra sex
dies a die infirmitatis computandos. Et infra
dcm terminum alius remissus fuit q soldum
seu stipendum pro tali nullatenus cosequat
Et si aliquis Capitaneus Conestabilis seu

Caporalis sotius vel ragazzinus recedere a comitiva
alicuius Conestabilis quod alius sufficiens remicti
debeat infra tres dies. Et si infra dictum terminum
alium ydoneum non remiserit quod pro eo soldum
stipendium seu provisio nullatenus debeatur
et quod notificari debeat infra dictum terminum trium
dierum dictis Capitaneo et Conservatoribus ta
lis recessus Et quod remictendus et restribendus
coram Conservatoribus remictatur Et debeat
notificari offitiali super mostris ad hoc ut remic
tendus a punctaturis se nequeat excusare.
Et quod nullus alterius loco ammicti debeat seu
aliter scribi possit qui descriptus esset in aliqua
alia brigata seu comitiva que esset ad stipendium
dicti Communis quamdiu descriptus quodolibet appa
reret. Et si accideret quod fieret bellum seu
prelium generale mandato comunis Perusii vel ha
bentis arbitrium a Comuni Perusii in quo daretur
conflictus et debellarentur inimici comunis Perusii
vel quod acquireretur seu recuperaretur aliqua Civi
tas vel Castrum pro Comuni Perusii occasione
prelii vel belli generalis faciendi et dandi mandato
dictorum Dominorum Priorum Artium vel alterius
offitialis comunis Perusii auctoritatem habentis a
Comuni Perusii contra dictam Civitatem vel castrum
quod dictus Capitaneus Conestabilis seu Caporalis
pro se et omnibus de sua comitiva qui aderunt
tali conflictui seu captioni habeat pagam du
plam pro mense completo in quolibet casuum
predictorum. Item promisit nomine quo supra
quod si ipse vel aliquis de sua brigata in aliquo
casu debellationis seu conflictus vel alio quo
vis modo caperet aliquem de rebellibus et
proditoribus comunis Perusii presentibus seu fu
turis seu aliquem condenatum vel condenandum
dicti Comunis occasione status ad ultimum suppli
tium vel aliquem exititium dicti comunis qui esset
pro exititio declaratus per Dominos Priores et Ca
merarios et in Cancellaria Comunis Perusii de
scriptus vel aliquem rebellem seu exbannitum aut
exititium Civitatum terrarum vel locorum dicto
Comuni Perusii recomendatorum infra quatuor
diem a die captionis computandos gratis et
sine aliqua receptione vel promissione alicuius
quantitatis pecunie dictis Prioribus Artium
Civitatis ipsum vel ipsos captos seu captum
assignare dare et tradere. Et similiter si in aliquo
casu debellationis seu conflictus caperet aliquem
Civem seu districtualem Perusinum qui cum inimi
cis dicti comunis residentiam fecisset seu Cives ter
rigenas vel districtuales Civitatum terrarum

vel locorum dicto Comuni recomissorum ut supra ducere
et assignare promisit gratis et sine aliqua
receptione pecunie infra dictum terminum
Dominis Prioribus antedictis sub pena ducen
torum Florenorum de auro pro quolibet cap
to et non assignato ut supra et sub illa ma
iori pena que declararetur per Dominos Priores
et Camerarios qui pro tempore fuerint
Quam penam ducentorum florenorum pro quolibet
et vice qualibet et etiam maiorem si per
Dominos Priores et Camerarios declararetur
Conservatores monete sub dicta pena te
neantur et debeant retinere de stipendio
et provisione talis Capitanei Conestabilis
seu Caporalis et suorum sotiorum et ubi stipen
dium non sufficeret executionem realem et
personalem fieri facere opportune. Item
promisit nomine quo supra quod ipse vel aliquis
de sua comitiva non ibit in servitium vel
deservitium alicuius specialis persone nisi esset
contra inimicos comunis Perusii sine licentia
dictorum Dominorum Priorum Artium Civitatis
Perusii vel saltem septem ex eis in concordia
qui pro tempore fuerint si in alicuius offitium
ibit sub pena stipendii dicti mensis. Et si in
deservitium vel offensam ibit sub pena havers
et persone. Et si aliquis rumor quod absit
insurgeret in Civitate Perusii vel alibi in ali
qua Civitate vel loco subiecto vel recomenda
to Comuni Perusii promisit non trahere cum
eius brigata ad aliquem locum nisi ad Dominos
Priores Artium Civitatis Perusii qui pro
tempore fuerit. Et si priores non essent
in aliqua ex dictis terris trahat et trahere
debeat ipse et sua brigata ad Rectorem seu
offitialem Comunis Perusii in tali loco existentem
tem Et ubi rector non esset ad comune
ipsius terre. Et etiam promisit dicto
nomine pro se et suis sotiis se non dedisse nec
promisisse aliquid alicui occasione presentis
firme seu conducte. Et quod quando ipse vel
aliquis de sua brigata notabitur in mo
stris bene legaliter et pro vero suo nomine
respondebit unusquisque. Et sibi nomen
non mutabit nec alio nomine respondebit
sub pena stipendii totius mensis pro quo
libet contrafaciente et qualibet vice auferenda
pro comuni Perusii per Conservatores mo
nete. Et quod durante tempore eorum firme
non facient aliquam confederationem vel
contractum vel aliquid aliud facient quod esset
seu redundare posset in dampnum seu pre
iudicium Comunis Perusii vel contentorum
in presenti contractu. Et quod non participabit

ipe et sui sotij cum aliquo inimico comunis
perusij nec ei fauorem prestabunt nec etiam
alicui seu cum aliquo stipendiario inimi
corum comunis perusij. Et ipos inimicos
comunis Perusij et eorum stipendiarios et
sequaces pro ueris inimicis habere et tractare
sub infrascripta pena. Et et promisit
et pacto conuenit et uoluit et se summit
dicto nomine quod in quantum ipe uel alius de
eius comitiua non obseruaret contenta in
presenti contractu uel aliquod ipsorum pro quolibet
casu ultra dictam et infrascriptam penam
liceat Conseruatoribus monete cassare a
stipendio dicti comunis eundem et quelibet
non obseruantem ad beneplacitum eorundem.
Et et promisit nomine predicto pro se et suis
sotijs finito dicto tempore sue firme ipam firmam
renouare cum comuni perusij. Et Conseruato
ribus monete pro sequenti mense ad simile
soldum et cum similibus pactis si place
bit dicto comuni et Conseruatoribus monete.
Et predicta omnia et singula et infrascrip
ta et quodlibet eorum ideo fecit et pro
misit idem Capitaneus Conestabilis seu
Caporalis quia uersa uice et nomine Comunis
perusij promiserunt et conuenerunt dicto capi
taneo Conestabili seu Caporali stipulanti
pro se et suis heredibus aut cui ius suum
concesserit dare et soluere sine aliquo pre
cepto uel mandato stipendium infrascriptum
soluta prius gabella secundum formam statutorum
comunis perusij. videlicet pro qualibet paga dictarum
pagarum adrationem ... florenorum auri pro
quolibet mense. Item pacto firmauerunt
inter se quod de malefitijs que quodolibet
committerentur tantummodo inter quoscumque de
eius comitiua et de quibuscumque controuersijs
seu causis inter eos dictus Capitaneus Conesta
bilis seu Caporalis tantum cognoscat preter
de exitibus e expulsum et non alius offi
tialis. Renuntiantes inter se adinui
cem dicte partes exceptioni non facturum
dictarum promissionum obligationum et pac
torum rei sic non geste et benefitio noua
rum constitutionum de fideiussoribus
et de pluribus reis debendi et epistole diui
adriani et omni alij legum et iuris auxilio
consuetudini et statuto quod non opponet nec
opponi facient per se uel alium. que omnia
et singula supra et infrascripta promi
serunt dicte partes inter se adinuicem facere
attendere et obseruare et in nullo contra
facere uel uenire per se uel alium seu alios
seu alios sub pena paghe et stipendij totius dicte
conducte et sub ypoteca et obligatione omnium suorum
bonorum nominibus quibus supra. Quam penam pars
non obseruans predicta parti obseruanti dare et sol
uere solemni stipulatione promisit in quolibet casuum
predictorum. Et pena soluta uel non contractus iste sit
firmus. Et promiserunt inter se adinuicem dampna
expensas et interesse que et quas una pars occa
sione alterius partis fecerit uel substinuit in
curia et extra pro predictis omnibus exigendis. Et
promiserunt sibi adinuicem dicte partes de predictis
omnibus facere confessionem coram iudice tam
Comunis perusij quam florentie pisarum lucce aretij
Cortonij Assisij Spoleti et fulginei et cuiuslibet
alterius terre loci et fori ad petitionem partis
petentis. Et insuper supradictus Capitaneus
Conestabilis seu Caporalis Iurauit ad sancta dei
euangelia corporaliter manu tactis scripturis
cum dicta eius comitiua bene legaliter et soli
cite seruire comuni perusij et suis offitialibus au
toritatem habentibus a dicto Comuni perusij Et predicta
omnia attendere et obseruare ut supra continetur.
Et pro his omnibus obseruandis predictus
Capitaneus Conestabilis seu Caporalis prestare
re debeat ydoneam cautionem.

De offitio offitialium super mostris tam gentium armatarum quam potatium Capitaneorum et Castellanorum et aliorum quorumcumque. 259

V

Vt stipendiarij tam equites quam pedites
seruiant Comuni perusij debite sicut de
cet cum eorum personis et etiam cum equis
Statuimus et ordinamus Quod de cetero Ciuis
et notarius publicandus de sacculis comprehensus
sint et esse intelligantur offitiales super mostris
gentium armigerarum equitum et peditum quo
rumcumque. Et etiam omnium et singulorum Castellanorum
et aliorum quorumlibet habentium custodiam alicuius
cassari fortilitij uel bastie comitatus perusij seu
Ciuitatum terrarum Castrorum et locorum quorumcumque
recomendatorum uel quolibet summissorum Comuni
Perusij Et etiam omnium et singulorum famulorum
eorum et cuiusque eorum. Et etiam omnium et singularum
munitionum quas huiusmodi Castellani
habere et tenere debent secundum formam statutorum
maxime dispositionum adque tenentur Castel-
lani sub capitulo cccxxiiij° primi libri statu
torum Comunis perusij. Et generaliter de omnibus et
singulis quomodolibet pertinentibus ad offitium

offitialium super mostris tam gentium armatarum quam talium Castellanorum secundum formam statutorum dicti Comunis Perusii de tali materia disponentium. Et etiam omnium et singulorum potestatum Capitaneorum et vicariorum terrarum et Castrorum Comitatus Perusii et eorum offitialium et famulorum. Et etiam omnium et singulorum potestatum et Capitaneorum Civitatum terrarum et locorum comuni Perusii recomissorum seu quibuslibet recomendandorum et eorum et cuiusque eorum offitialium et famulorum iuxta et secundum exigentiam statutorum in presenti volumine contentorum. Et cum offitio potestate et arbitrio muneribus et oneribus prout et sicut infra seriosius denotatur.

mostre revidende dictos offitiales et servatores mo... seu deputandos ... conservatoribus dicto offitiali de ...ntibus armigeris

260 Statuimus quod mostre gentium armigerarum tam equitum quam peditum quorumlibet militantium ad stipendium seu provisionem Comunis Perusii possint et debeant bene diligenter et solicite sepe sepius revideri tam in Civitate Perusii quam alibi ubicumque fuerint tales gentes quolibet deputate ad minus una vice mense quolibet per Conservatores monete seu alium Civem deputandum per ipsos Conservatores seu sit marescalcus vel non et per offitiales dictis facultis publicandos. Et quod prefatus offitialis Domini Capitanei una cum dictis Conservatoribus seu deputando ab eis teneantur et debeant dictas mostras diligentissime revidere et consignationes quaslibet bene et legaliter facere omni fraude omissione et negligentia post positis, et punctare et punctari facere personas equos et arma que et quos et quas in mostra et consignatione non reperierit et ipsas punctaturas in forma publica reducere et Conservatoribus monete et Capitaneo populi perusini consignare si fuerint fuerint extra Civitatem Perusii infra ... diem postquam Perusium redierint. Et si in Civitate Perusii dicta die facte fuerint. Et quod siquis punctatus esset et excusationem haberet legitimam et amictendam quod ipsam probasse debeat coram Capitaneo populi perusini infra terminum appositum supra in capitulo de punctaturis solvendis et exigendis a gentibus armorum. Salvo quod prefatus Capitaneus non possit nec debeat aliquam excusationem amictere pro equis Conservatoribus comprestitis vel aliis Civibus quoquo modo vel alicui alteri persone nisi in casibus premissis per formam presentium statutorum. Declarantes quod Conservatores monete super excusationibus quas quibuslibet facere possent in aliquo casu secundum ordinamenta Camere nullatenus amictantur nisi prestito per eosdem debito sacramento et aliter vel alio modo non. Ac etiam statuentes quod predicti Conservatores et eorum notarii et fancelli infra tertiam diem post lapsum terminum ad excusationes faciendum iuxta exigentiam dicti Capituli de punctaturis solvendis etc. possint teneantur et debeant huiusmodi punctaturas prout capient et summabunt secundum formam dicti capituli et etiam contractus firmati cum gentibus armigeris equitibus seu peditibus iuxta formam traditam supra retinere de eorum et cuiusque eorum stipendiis et provisionibus. Et mictere et micti facere ad eorum introitum prout fuit opportunum et cedulam quantitatis seu quantitatum retatarum occasione talium punctaturarum et ad introitum ipsorum misisse dicto Domino Capitaneo infra dictum terminum trium dierum. Pena dicto offitiali super mostris et etiam Conservatoribus seu deputando ab eis Quinquagentarum librarum pro quolibet et vice qualibet si in revisione mostrarum et punctaturis vel earum reasignatione, et etiam dictis Conservatoribus et eorum notariis et fancellis si in missione ad introitus vel cedule pagamenti missione fraudem vel negligentiam comiserint quoquo modo. Et ad hoc ut sub obtentu comodi tales mostre diligentissime revideantur et fiat quod de omni eo et toto quod venerit in comunem occasione talium punctaturarum prefati offitiales et alius deputandus per dictos Conservatores quem semper teneantur et debeant deputare et si mostra Perusii fieret habeant et habere debeant quartam a Conservatoribus monete dicti Comunis videlicet dicti offitiales publicandi dimidiam dicte quarte partis et aliam dimidiam offitiales per dictos Conservatores deputandos prout capient et summabunt ex dictis punctaturis.

De mostris rcudendis p offitiales Comis de siculis publicandis De Castellanis et aliis habitibus custodiam cassarorum seu bastiarum capitulum lxxxii.

261

Ad hoc ut p salutem custodiam cassarorum fortilitiorum et bastiarum sitorum et situm in comitatu pisis Et Civitatibus terris et locis comi pisis recommendatis vel subiectis omnis cesset incomoditas et iurisdictiones Comis pisis et dnia conserventur et pacis tranquillitatis subiectis perveniat et custodia vigilanti et ut nostrarum Castellanorum auditas seu aliarum custodiam habentium negligentiam retinere famulos et munitiones necessarias ad defensam quin et offensam sicut exigunt reprimatur presenti capitulo ducimus statuendum. Quod offitiales publicandi de siculis possint teneantur et debeant diligentissime saltem quolibet mense semel ad minus mittere videre et examinasse mostras fideliter atque caute de omnibus et singulis Castellanis seu habentibus custodiam alicuius cassari bastie vel fortilitii comitatus pisis vel quod p comune pisis custoditur seu ad quod custodiendum tam in comitatu quam Civitatibus terris seu locis cois pisis vel recomendatis seu submissis Castellani seu Capitanei vel custodes quodolibet diriguntur vel p Commune pisis seu p Comunia vel dnos talium Civitatum terrarum vel locorum vigore federum vel consuetudinis quodolibet eliguntur. Et etiam de omnibus et singulis eorum famulis quos quomodolibet tenere debent ad talem custodiam. Et de quibuscumque munitionibus et victualibus et aliis que habere et tenere debent Castellani cassarorum secundum formam capituli statutorum in primo volumine contentorum sub rubricis de electione et offitio vennsorum offitialium cassarorum et tarçanarum. Et etiam ad que tenentur Castellani cassarorum Comis pisis sub capitulis iii et xviii et sequente Et quod possint teneantur et debeant prefati offitiales huiusmodi mostras et consignationes et qualibet earum de personis et victualibus et armis bene et legaliter revidere et facere et punctare personas munitiones et victualia et defectus quoslibet iuxta exigentiam statutorum predictorum et ipsas punctaturas et consignationes in publicam formam redigere et consignare infra sanctum diem postquam pisis redierit Conservatoribus Comis pisis

Et copiam penes se habere et infra mensem a die punctature teneantur et debeant Capitaneus ipsi vel alius offitialis exegisse et exigi fecisse huiusmodi punctaturas a talibus punctatis et contra ipsos prout et sicut capient et sumabunt et etiam contra eorum et cuiusque fideiussores in solidum et de facto omni cavillatione recursu seu apellatione sepositis. Et quod quilibet fideiussor qui quodolibet daretur p huiusmodi castellanos ad solutionem punctaturarum et defectuum sit et esse intelligatur pro huiusmodi castellano in solidum obligatus et quod contra eum fieri possit et debeat executio ac si fieret contra ipsum castellanum et quantitates solvi debeant Conservatoribus seu p ipsos retineri ab illis quibus p eos deberet fieri solutio quoque modo pro eorum stipendio vel salario. Decernentes quod si punctature fierent de aliquibus Castellanis seu habentibus custodiam aliquorum cassarorum bastiarum seu locorum in presenti capitulo comprehensorum vel alicuius eorum quibus in totum seu pro parte p Conservatores monete fieret solutio de stipendio seu salario quoquo modo quod infra tertiam diem a die assignationis talis punctature possint teneantur et debeant ipsi Conservatores prout tales punctature capient et sumabunt de tali stipendio seu salario retinere. Et ad eorum introitus mictere et micti facere sub pena et prout in precedenti capitulo degentibus armigeris est expressum Et similiter misisse Capitaneo cedulam pagamenti. Et si non fierent punctature de aliquibus castellanis quibus p massarios Comis pisis deberet solvi pro eis et eorum famulis quod huiusmodi punctature assignari debeant p ipsos offitiales ipsis massariis prout supra de Conservatoribus est expressum et solutiones earum fieri dictis massariis et p ipsos et eorum notarios et fancellos retineri et ad introitus micti et cedulam pagamenti Capitaneo ipsi micti prout supra de Conservatoribus est expressum in Comune habeat et habere debeat in singulis casibus a Conservatoribus seu a massariis quartam partem prout tales punctature capient et sumabunt. Et quod si quis barattariam seu negligentiam commiserit quod ipso facto incidat in penam quingentarum librarum pro quolibet et vice qualibet. Et super his possit et debeant spetialiter sindicari.

262

Statuimus et ordinamus quod decetero omnes et singuli Castellani et alii quovis nomine nuncupentur qui quodolibet habunt ad custodiam

- seu Capitaneantiam.

seu Capitaneantiam alicuius Castri bastie vel forti
litij Comitatus pisij aut Ciuitatum Terrarum
vel locorum Communis pisij recommissorum seu recom̄
dandorum in posterum qui eligerentur a Communitatib
vel dominis aliquibus aut de familijs Communis
pisij publicarentur vel loco electorum quodolibet
subrogarentur seu deputarentur possint tene
antur et debeant. Coram dominis prioribus
dictum Ciuitatis pisij antequam accedat dare bonos
ydoneos et sufficientes fideiussores usque in numero
decem vel abinde supra locorum qualitate et oppor
tunitate pensata / et non minus quinque / se obliga
turos in solidum pro quantitate et usque in summam
decem milium florenorum et non minus quinque milibus sup
custodia manutentione et restitutione Castrorum
fortilitij seu bastie. Et etiam sup solutione punicta
turarum et defectuum quorumcumque cum promissioni
bus obligationibus et renuntiationibus opportu
nis. Et quod etiam teneantur dare in scriptis
eorum nomina pronomina cognomina et patriam et
parochiam Et etiam omnium et singulorum famulorum
et cuiusque eorum famulorum eos quod describi faciendo per
pila et signa scilicet dictos famulos ne fraus ali
qua committatur sub pena ducentarum librarum pro
quolibet et vice qualibet. Et quod talibus nisi
primitus fideiussores dederint et eorum et famulorum
nomina prout supra continetur littera dari non
possit Castellanatie vel consignationis possessi
onis modo aliquo seu forma sub dicta pena dati
et scribenti et sigillanti et vice qualibet auferen
da a quolibet contrafaciente.

Di mostra rendenda de potestatibus et
Capitaneis et alijs offi
tialibus Communis pisij
missis ad terras &c
... R. ...

113

. Et potestates Capitanei et alij quicumque
Rectores qui quocumque per Commune pisij di
riguntur seu per Comitates vel dominos vigore
federum vigentium inter ipsos et Commune pisij quo
dolibet eliguntur ad gubernationem seu regi
mina comitatus pisij seu Ciuitatum terrarum castro
rum vel locorum Communis pisij recommissorum vel ipsos
terum recommictendorum cum eorum offitialibus
et familijs debita servant continue sicut de
ret. Statuimus quod quilibet ipsorum antequam va
dat ad regimen ad quod electus fuit vel alt
deputatus per quattuor dies teneatur et debeat
in scriptis dare in Cancellaria Communis pisij
eius et offitialium et famulorum nomina cognomina
et pronomina locum unde sunt et pila et signa
Et Coram dominis prioribus dictum dare duos
bonos fideiussores Ciues qui in solidum una
secum obligare debeant quod residentiam fa
ent et offitiales familiam et equos continue
retinebunt in offitio prout debet. Et de pun
taturis soluendis si contingeret punctari
casu quolibet cum effectu. Et quod offitia
les pisium publicandi possint teneantur
et debeant omni mense ad minus semel
mostram et assignam de eis et quolibet
eorum et eorum offitialibus et famulis facere
diligentem. Et non receptor punctare et
appunctaturas in forma publica consigna
re prout supra de Castellanis exprimitur
Et executio fieri possit et debeat infra
mensem per Capitaneum populi vel alium
offitialem et seruari modus supra tradi
tus de Castellanis in omnibus et quoad omnia
cum effectu. Et sub illa pena. Et
quod punctaturas soluere teneantur et de
beant prout inferius denotatur si punc
tati fuerint quocumque modo. videlicet pro quolibet
principali rectore non reperto et vice qualibet
viginti quinque libras denariorum pro quolibet iu
dice non reperto decem libras denariorum. pro quolibet
socio. Quinque libre pro quolibet notario
tres libras pro quolibet domicello vel famu
lo quadraginta soldos denariorum. Et pro quolibet
equo unum florenum in pecunia numerata eis et
cuilibet eorum auferendas de facto et vice qua
libet. Et quod quilibet talium offitialium
ad requisitionem dictorum offitialium vel alterius
eorum possit teneatur et debeat mostram
et assignam facere diligenter sub pena
Centum librarum denariorum pro quolibet et vice qua
libet qua fuerit contrafactum. Et nichilomi
nus pro punctato habeatur debeat cum omnibus suis offi
tialibus et famulis et equis. Que quidem
punctature solui debeant Massarijs Communis pisij
Saluo quod si de Camera Conservatorum alicui
ex talibus offitialibus aliquid deberet solui
pro suo vel famulorum salario seu stipendio
quocumque modo / tunc tales punctature ibidem
soluantur et retineantur sicut de Castella
nis fieri debet secundum formam precedentium capitu
lorum. De quibus quidem punctaturis. scilicet de
omni eo quod uenerit in Commune seu remanserit
prefatus offitialis habeat et habere debeat quartam
partem tam a Conservatoribus quam a Massarijs
dicti Communis prout Capient et summabunt.

62

De pena recusantium dare noia eorum de quibus monstre reuideri debent offitialibus super monstris. R.a

264 Conseruatores monete et notarius super conductis in eorum Cam. et Massarii Comunis Perusii et eorum notarii et generales eorum sub pena Quingentarum librarum denariorum pro quolibet negligente et uice qualibet de facto auferendarum possint teneantur et debeant ad requisitionem offitialium super monstris dare et assignare noia et cog. personaliter et signare et assignare noia et cog. personalium et signa quarumcumque gentium armatarum peditum et equitum prout scripta sunt in conductis eorum. Et similiter omnium Castellanorum et famulorum quolibet conductorum per ipsos uel aliquem eorum et omnium qui loco cassorum quolibet remicterentur ad hoc ut monstre possint efficaciter reuideri. Et illud idem fiat de potestatibus Capitaneis Castellanis et aliis qui irent ad regimina uel custodiam Ciuitatum terrarum uel locorum comunis Perusii recomissorum super positorum in Cancellaria quodolibet assignandis iuxta exigentiam precedentium capitulorum.

Quod nullus Castellanus habens alicuius cassari fortilitii uel bastie comitatus Perusii custodiam uel terrarum subiectarum possit inde recedere. R.

265 Nullus Castellanus uel alius quicumque habens principaliter seu exercens custodiam alicuius cassari seu fortilitii comitatus Perusii seu cassarorum uel bastiarum Ciuitatum terrarum uel locorum seu fortilitiorum Comunis Perusii subiectorum uel recomissorum possit audeat uel presumat a tali Castellanantia seu custodia durante tempore quo ibidem stare deberet recedere uel se absentare sine expressa licentia Dominorum Priorum et Camerariorum Artium Ciuitatis Perusii obtento super tali licentia partito ad bussolas et fabas ad minus per duas partes pena ducentarum librarum pro quolibet et uice qualibet qua fuerit contrafactum. Et quod domini Priores artium uel alii magistratus Ciuitatis Perusii sub dicta pena non possint nec debeant dare talem licentiam contra dictam formam. Et si data fuerit non ualeat ullo modo.

De monstris offitialium forensium Ciuitatis et Comitatus Perusii reuidendis et pacatis librariis et punctaturis soluendis. R.a

266 Cum pro utilitate publica sit necessarium monstras offitialium forensium Ciuitatis Perusii. Et qui in Comitatu Perusii quomodolibet deputarentur sepe sepius sepe sepius reuideri ut offitiales familias et equos teneant ordinatos duximus statuendum. Quod offitiales et notarius super monstras signoriarum et offitialium forensium quorumcumque Ciuitatis Perusii uel Comitatus qui de sacculis Comunis Perusii publicantur uel publicatorum loco deputantur possint teneantur et debeant mense quolibet adminus quattuor uicibus et totiens quotiens uiderit oportunum monstram et assignationem facere diligentem de dominis potestate Capitaneo populi Maiori Syndico Judice iustitie Conseruatore Comitatus Perusii Capitaneo Custodie et aliis notariis ad palatium Dominorum Priorum Custodiam deputatis. Et eorum et cuiuscumque eorum offitialibus famuliis et equis. Et de omnibus aliis offitialibus forensibus in Ciuitate uel Comitatu Perusii quodolibet deputandis et famuliis eorundem et equis. Et in casu quo monstra fieret de predictis uel aliquo predictorum et non reperiretur collacteralis quod uice qualibet soluat uiginti libras denariorum et pro quolibet alio Judice decem libras. Et pro quolibet sotio quinque libras. Et pro quolibet notario tres libras. Et pro quolibet famulo seu beruario uel ragazino duas libras denariorum Et pro quolibet equo uel roncino unum florenum et quicumque non remiserit ultra dictas punctaturas soldum pro illo tempore nullatenus consequantur Et quod dicte punctature et quantitates et qualibet ipsarum de salario offitialis de quo monstra reuisa fuerit debeant retineri prout capient et simabit si et in quantum infra diem non remiserint punctatum qui quodolibet recessisset a die recessus Dum tamen inmediate post recessum notificauerit diem recessus talis. Offitiali super monstris uel Cancellario Comunis Perusii seu abreuiatori reformationum dicti Comunis cum in dicta Cancellaria offitiales et famuli describi debeant et remicti. Et si non notificauerit quod tales punctature quolibet cum debeant solui et retineri. Et si non aliquis moriretur ex offitialibus seu famuliis quod infra tres dies a die mortis alius ydoneus et sufficiens remicti debeat. Et die mortis notificasse debeat prout de recessu superius continetur. Et si non remiserint et punctatus fuerit ad solutionem huiusmodi teneantur. Et illud idem de equis intelligatur si modo aliquis moriretur quod infra dictum terminum alii boni et sufficientes remictantur Et si de aliquo facta esset punctatura qui ratione offitii esset in Ciuitate uel comitatu quod illo die si in Ciuitate fuerit debeat Coram offitiale uel Cancellario punctari. Et si in Comitatu fuerit infra tres dies talis punctatus punctari debeat ut supra alias pro punctato eo ipso habeatur. Et quod nullus possit describi uel assignari in

mostra vel alterius seu familia vel offitio qui in
aliqua alia assignia seu sub alicuius offitio, descriptus
esset. Et quod offitiales et familie et maxime famu
li et domicelli ipsorum et cuiusque eorum et patres et ma
tres et locorum nomina et cognomina et pila et signa
describi et remicti debeant omni mense in Cancellaria
Comunis Perusii. Et quod offitialis et notarius super
mostris talium nomina de libris Cancellarie debeat
extrahere ad hoc ut fraus aliqua non comictatur
Et quod sub pena vigintiquinque librarum pro quolibet
et vice qualibet loco punctaturarum accipiendarum
nullus residens in Civitate vel comitatu qui
continue non moretur in palatio vel alibi cum
offitialibus possit describi in mostra vel respon
dere. Super quo offitialis mostrarum diligenter
debeat perquirere. et quemlibet contrafacientem
vice qualibet in dicta quantitate punctature et ut
infra dicitur consignare. Declarantes et statuen
tes quod supradictas punctaturas et qualibet earum
infra duos dies post lassum terminum dierum infra
quos debet remissio fieri supradicti offitiales
et notarius super mostris possint teneantur et
debeant in formam publicam consignare in
Cancellaria Comunis Perusii Cancellario dicti comunis
vel abreviatori reformationum et sigillatas
Et aliam copiam pro ipsis retinere. Et super ta
li assignatione fraudem aliquam omissionem
seu negligentiam et etiam in revisione mo
strarum non committere quoquo modo sub pena
Centum librarum denariorum pro quolibet et vice qualibet
defectu in casu quolibet a negligente vel contrafa
ciente auferendarum. Quarum quidem punc
taturarum copiam in fine offitii cuiuslibet offitia
lis Cancellarius et abreviator predicti possint
teneantur et debeant sub pena Centum librarum
mictere Syndicatoribus talis offitialis contra
quem punctature alique facte forent seu contra
Offitiales vel familiam ipsius vel equos et aliam
copiam Conservatoribus Monete. Qui quidem
Syndicatores possint teneantur et debeant
sub pena Quingentarum librarum denariorum prout de
punctature capient et sumabunt defalcare et
detrahere de salario talis offitialis et in sen
tentia declarare prout fuerit opportunum.
defalcando et detrahendo prout et sicut supra
continetur ad dictas rationes et in casibus superius
anotatis. Et quod Conservatores Monete
sub dicta pena possint teneantur et debeant
dictas punctaturas et qualibet earum ad dictas rati
ones et in casibus superius declaratis, sicut a
scendent etiam si in sententia non fieret decla
ratio de talis offitialis salario retinere et

et defalcare. et ad eorum introytus mictere
et micti facere per eos notarios et cancellos
prout fuerit opportunum infra duos dies post
finem Syndicatus cuiuslibet offitialis.
De quibus punctaturis offitialis et notarius
super mostris habeant et habere debeant quartam
partem omnium penarum seu punctaturarum
que remanserint seu venerint quodolibet
in comune. Quam quidem quartam partem
prout capiet et sumabit Conservatores
ipsi sub dicta pena possint teneantur et de
beant infra decem dies post finem offitii
cuiuslibet offitialis dare et solvere de qua
cumque pecunia dicti comunis absque alio precepto
vel mandato visa solum tali copia per cancel
larium seu abreviatorem ut supra premic
titur dirigenda cuius quidem quarte partis
puntaturarum offitialis super mostris habere
debeat dimidiam, et aliam dimidiam
notarius ipsius. Et si offitialis super mos
tris seu Conservatores Cancellarius vel
abreviator fuerint quodolibet negligentes
quod ipso facto condempnari debeant in dictis penis
Et super hiis debeant expresse et specialiter sin
dicari.

De electione duorum ma
rescalcorum qui declarent
signa et pilos equorum et r...

267

Conservatores monete teneantur et
debeant eligere et deputare duos bo
nos fideles sufficientes et expertos ma
rescalcos Cives et de arte fabrorum qui decla
rent ipsis Conservatoribus pilos et signa
equorum et roncinorum tempore quo fit assignia seu
mostra per aliquem Capitaneum Conestabilem
equestrem Comunis Perusii. Et etiam dicant in
eorum conscientia extimationes equorum et ronci
norum. Quas quidem extimationes Conser
vatores sequi non teneantur. sed in eorum
discretione remaneat prout voluerint
convenire. Et quicumque fuerit marescal
cus in dicta Camera per se vel alium ad idem
offitium seu ministerium esset non possit nec
debeat inde ad duos annos a die depositionis
offitii seu ministerii. Et quod nullus possit
eligi vel assumi ad dictum offitium vel exercitium
directe vel indirecte qui non sit matricula
tus in matricula artis fabrorum Civitatis
Perusii. Et si contra dictam formam electio vel
deputatio fieret non teneat ullo iure et
eligens et electus seu offitium quomodolibet
exercens ipso facto pro quolibet et vice qualibet
incidat in penam Centum librarum.

De mostra faciendis per dominos priores dictis capitaneo custodie et suis offitialibus famulis et de notariis et famulis. Rub.

268 b [I]n negotia Comunis Perusii sicut contingit peragendorum executionem. circa offitium dominorum Priorum Artium Civitatis Perusii sicut contingit excipiatur presenti Capitulo duximus statuendum. Quod quilibet prior dominorum priorum artium Civitatis Perusii ultra mostras quas facere debent offitiales super mostris Signorie Civitatis Perusii possit teneatur et debeat qualibet ebdomada semel ad minus vidisse diligentem mostram et assignam. Capitanei Custodie palatii ipsorum et famulie eiusdem et etiam aliorum notariorum quorumlibet deputatorum seu deputandorum ad custodiam dicti palatii vel consilia congreganda et famulorum eorum et cuiusque eorum. Et si mostra facta fuerit et aliquis presentatus observetur et observari debeat forma tradita in proximo precedenti capitulo sero et dari copia talium presentaturarum publica et manu notarii dominorum priorum et sigillata sigillo parvulo Comunis Perusii et dari in cancellaria infra terminum et prout supra in precedenti capitulo denotatur. Et similiter per Conservatores et sindicatores in omnibus et singulis et quoad omnia et singula prout supra continetur. Et si quis in premissis vel aliquo premissorum negligens fuerit quodolibet vel remissus ipso facto et vice qualibet incidat in penam ducentarum librarum denariorum. et possit et debeat specialiter syndicari per maiore Syndicum incessanter.

De equis non prestandis per stipendiarios et de eis non vendendis per Conservatores vel aliis offitialibus forensibus stipendiariis. Rub.

269 n [N]ullus stipendiarius Comunis Perusii comprestet seu accomodet aliquem equum vel ronzinum scriptum vel bullatum alicui quoquo modo pena viginti quinque librarum denariorum Perusinorum pro quolibet et vice qualibet. et eandem penam incidat equum accipiens vel ronzinum ad cuius pene executionem potestas et Capitaneus Et maior sindicus et uterque eorum possint teneantur et debeant ad denuntiationem cuiuscumque. et propterea Conservatores super conductis teneantur et debeant sub dicta pena ipsos stipendiarios iurari facere quod contra non facient quoquo modo.

Conservatores non predicti et eorum notarii et famuli nec possint audeant vel presumant modo aliquo seu forma directe vel per obliquum vel quovis colore quesito vendere alicui offitiali forensi Comunis Perusii vel stipendiario vel alii cuicumque pro eis seu aliquo eorum aliquem equum vel ronzinum vel permutare seu bladum vinum vel aliquid aliud ad penam Quingentarum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et vice qualibet de facto auferendarum per Dominum Potestatem et Capitaneum populi et alium quemcumque offitialem Comunis ad instantiam cuiuscumque petentis. Et de hoc possint et debeant specialiter Syndicari. Predicta non que de equis non prestandis dicta sunt locum sibi non vendicent in equis comprestandis dominis prioribus artium pro eis. nec etiam in equis comprestandis aliis Civibus seu forensibus de mandato dominorum priorum vel septem ex eis in concordia quotiens pro factis Comunis Perusii ad partes aliquas aliquis dirigatur quo casu stipendiarii seu equitum vel ronzinum recipientes penam aliquam non incurrant.

Quod quilibet Conservator ab offitio conservatoratus vacasse debeat per tres annos notarii et famuli per duos. Rub.

270 q [Q]uicumque fuerit Conservator Monete Comunis Perusii non possit ad idem offitium eligi vocari vel assumi inde ad tres annos a die depositionis offitii sui computandos. pena Quingentarum librarum denariorum tam eligentibus quam electis de facto et vice qualibet auferendarum si fuerit in aliquo contrafactum. Notarii quoque vacasse debeant per integros duos annos a tali offitio famulus a dicto et quocumque alio offitio famulatus sibi per duos annos. Et si contra dictam formam aliquis eligeretur vel offitium exerceret incidat eligens et electus seu offitium exercens incidat in dictam penam. Et de hoc debeant specialiter sindicari.

Quod sufficiat duo ex Conservatoribus monete ad offitium exercendum. Rub.

271 q [Q]uia dictorum trium Conservatorum Monete non potest continue haberi presentia pro exercitio offitii ipsorum. Statuimus quod ad eorum offitium exercendum et ad omnia et singula quodolibet spectantia seu pertinentia ad eorum offitium quocumque modo esse debeant saltem duo ex dictis Conservatoribus presentes et in concordia. et quod factum erit per ipsos duos valeat et teneat et plenum sortiatur effectum ac si per omnes tres concorditer factum esset. Salvo quod in casu quo necesse foret dictum offitium in aliqua sui parte extra Civitatem Perusii eo casu unus ex dictis Conservatoribus habita licentia ab aliis suis collegis vel alter eorum possit extra Civitatem Perusii ipsum offitium exercere et que fecerint valeant et

teneant et plena habeant roboris firmitatem proinde ac si ponis tres concederet factum eeti aliquo non obstante.

Comunantie gabelle Comunis perusii et poste Clusii vendantur omni periculo ... [illegible]

272 Ad obviandum damnis et preiuditiis Comunis Perusij que ex dessolatione seu exgrandatione fructuum et proventuum comunantiarum et gabellarum Comunis Perusij venditarum retrolapsis temporibus multifariam emerserunt ne talis querela et dannosa consuetudo invalescat in posterum hoc salutari capitulo et duraturo perpetuo duximus statuendum. Quod deinceps omnes et singule comunantie et gabelle Comunis perusij nec non poste Clusij perusini et fructus redditus et proventus earum et cuiuslibet earum per Conservatores monete massarios officiales abundantie et quoscumque alios officiales Comunis Perusij nomine dicti Comunis ad tempus vendende vel aliter concedende qualitercumque et quodocumque vendantur et concedantur quibuscumque emptoribus et eis emere volentibus ad omne ipsorum emptorum riscum periculum et fortunam tam occasione guerrarum cavalcatarum et aliarum quarumcumque novitatum novitatum que fierent vel moverentur contra Comune Perusij vel eius subditos seu recomissos dicti Comunis per quacumque societatem gentium armigerarum vel per inimicos Comunis perusij seu subiectorum vel recomendatorum dicti Comunis vel per aliam quamcumque personam Corpus Collegium seu universitatem quocumque seu qualitercumque et etiam occasione seu causa cuiuscumque transitus vel residentie qui vel que fieret per territorium seu comitatum vel districtum perusij per aliquas gentes armigeras vel alios quoscumque etiam sub securitate seu salvo conducto dicti comunis amicabiliter vel alio quoquo modo et etiam occasione seu causa grandinis seu sterilitatis cuiuslibet. et alterius cuiuscumque casus soliti vel insoliti moderati seu inmoderati tam divini Juditii quam humani et alterius cuiuslibet casus qui quocumque aut qualitercumque excogitari posset seu non posset. Ita quod ob causas propter quos vel aliquem earum seu earum seu alicuius earum occasione vel causa seu dependentium vel conexorum vel et prorsus extraneorum ab eis emptores ipsi quomodocumque aut qualitercumque impediri possent vel quodolibet damnificari in perceptione fructuum seu proventuum gabellarum Cumunantiarum vel postarum predictarum vel alicuius earum pro expresse specificatis et declaratis in presenti statuto penitus habeantur et haberi debeant et censeri. ita quod omne comodum et incomodum periculum ac dannum ac casus quicumque ut supra exprimitur ad ipsos emptores debeant plenarie pertinere. Et quod nullum gravamen dannum seu preiuditium propterea vel obid quocumque aut qualitercumque provenire valeat ad Comune vel contra ipsum seu Jura eius quodolibet resultare quominus Comune ipsum ad exigendum et recipiendum integrum pretium pro quo venditio seu stabilimentum factum fuit de predictis vel aliqua earum gabellarum Comunantiarum seu postarum. Et ad percipiendum fructus et redditus ipsarum Jus habeat contra tales emptores integrum et illesum. Et quod presens capitulum in omni venditione seu concessione que imposterum fiet de gabellis comunantiis seu postis predictis, et qualibet earum in omnibus et per omnia exprimi debeat et apponi, Et exnunc pro apposito et expresso penitus haberi debeat eo ipso etiam si de eo facta non fuit mentio spetialis. Que quidem mentio si facta non fuerit. propterea Jus aliquod dictis emptoribus non queratur. Decernentes nichilominus quod Conservatores et alii supradicti venditores dictas comunantias gabellas seu postas teneantur et debeant sub pena Quingentarum librarum denariorum a negligente quolibet et vice qualibet de facto auferendarum per maiorem sindicum in principio capitulorum cuiuslibet venditionis seu concessionis prefatum capitulum et eius continentiam de verbo ad verbum apponere et declarare aliquo non obstante.

Quale gabelle et Comunantie vendantur et infra quantum tempus. 272

273 Statuimus quod Conservatores monete per se ipsos et non per alios teneantur et debeant ad penam Centum librarum denariorum pro quolibet eorum contrafaciente de anno in annum duobus mensibus ante quam gabelle seu Comunantie veniant seu revertantur ad Comune perusij bannire et sbanniri facere per publicum preconem comunis perusij gabellarum fructus et Comunantiarum dicti Comunis qui debentur et deputati sunt Camere dictorum Conservatorum et inter concedere plus promictentibus et offerentibus in ipsis vel aliqua earum. Et ipsas inter licantibus solvere seu solvi facere et ipsos fructus stabilire plus promictentibus et offerentibus et de ipsis venditionem facere spatius poterunt et pro Comune perusij promissiones recipere prout crediderint convenire. Servatis tamen

cautionibus et solepnitatibus in presenti capitulo denotatis et inferius denotandis excepta gabella seu comunantia aque lacus quam bannire incipiant et banniri faciant per annum antequam finiat tempus ultime venditionis eiusdem. Excepta gabella contini que nec vendi nec stabiliri possit nec ad subastari antequam finiat tempus emptoris gabelle predicte. Alias vero comunantias et gabellas subastari banniri et stabiliri faciant tempore antedicto et competenti prout inferius denotatur. Et quod nullus alius offitialis possit eligi deputari vel assumi ad faciendum banniri vel vendi tales comunantias seu gabellas vel aliquam earum modo aliquo seu forma per dominos Priores et Camerarios Artium Civitatis vel alios magistratus pena tam eligenti quam electo ducentarum librarum. Et nichil ominus talis electio non valeat ipso iure. Et quod Conservatores ipsi sub dicta pena eorum comunantias et gabellas banniri teneantur et subastari facere inter predictorum et infrascriptorum formam temporibus declaratis et unum ex eorum notariis adscribendum bannimenta stabilimenta promissiones et venditiones quaslibet et non alium deputare. Et si Conservatores ipsi negligentes comiserint in vendendis Comunantiis seu gabellis Camere ipsorum quod ipso facto incidant in penam Quingentarum librarum pro quolibet et vice qualibet.

De pacto apponendo in qualibet venditione Communantie seu gabelle vendende et poste quod liceat expensis emptorum non solventium in termino pecuniam accattare sub provisione. R.

274

Ut Communi Perusii de pretiis Communantiarum gabellarum et postarum Clusii temporibus debitis satisfiat, sicut in venditionibus secundum cedularum exigentiam fuit declaratum, presenti capitulo duximus statuendum: Quod in omni quaque venditione seu concessione que fiet de aliqua Communantia seu gabella Communis Perusii vel posta Clusii hoc pactum expressum apponi debeat et exnunc pro expresso et declarata haberi debeat et censeri. et sub dicti pacti observantia quelibet venditio seu concessio facta esse intelligatur et si mentio non fieret quoquomodo.

Quod siquis emptor alicuius Communantie vel gabelle dicti Communis seu poste Clusii vendende in posterum seu quodolibet concedende non solverit pretium debitum et conventum infra terminum appositum et declaratum in contractu seu cedula venditionis talis comunantie gabelle vel poste. Quod Communi Perusii seu conservatoribus monete. Massariis Communis Perusii vel offitialibus abundantie quibus talia pretia deberentur et soluta non essent tempore debito prout supra sit licitum et permissum tale pretium seu pretii quantitatem quod seu que convento tempore solutum seu soluta non esset acquirere seu acquiri facere sub quacumque provisione vel cambio seu fenore prout comodius fieri poterit sumptibus et expensis emptorum non solventium. Et quamdiu distulerint solutionem pretii seu quantitatis ut supra non soluti vel non solute tale cambium provisionem seu fenus idem emptor solvere et satisfacere teneatur et debeat et ad solvendum cogi et compelli possit et debeat de facto sicut ad solvendum debitum principale prout capiet et sumabit et quod super tali cambio provisione seu fenore stetur et credatur et credi debeat dicto et assertioni Conservatorum monete et prosonete pro plena probatione. Et idem intelligatur de Massariis et offitialibus abundantie et utroque offitio ipsorum. Decernentes nichilominus quod contra non solventes temporibus debitis fiat et fieri possit et debeat realis et personalis executio de facto immediate post lapsum terminum appositum et conventum in huiusmodi venditionibus seu concessionibus quoquomodo. Siquis autem venditor talium Comunantiarum gabellarum vel postarum omiserit tale pactum et conditionem apponere in venditione seu concessione quam faceret. que conditio tamen et quod pactum pro apposito et declarato exnunc, et eo ipso haberi debeat ipso facto et vice qualibet incidat in penam Quingentarum librarum denariorum per maiorem Syndicum et alium Offitialem Communis Perusii de facto auferendarum.

Quod nulla ex infrascriptis comunantiis seu gabellis possit vendi nisi pro uno anno nec ultra et de pacto apponendo in venditionibus earum. R.

275

F

Pro evidenti utilitate publica et quia temporum non semper eadem solet esse equalitas decernimus statuentes quod nulla ex infrascriptis gabellis possit vel debeat quoquomodo per Conservatores vel alios vendi seu concedi nisi

dum taxat pro tpre unius ani nec etiam carii ul alicuius eaz uenditio seu ccessio fieri a con tante sine expressa deliberatione dnoz Prioz et Cameraioz Artium et Consilij opportuni et si qua uenditio uel concessio fieret quoq° modo di recte ul indirecte pro maiori tpre unius ani talis uenditio seu ccessio no teneat ullo Iure Et Ius aliqd ementi seu aliter recipienti nullate nus acquiratur seu acquiri possit in aliquo quo quo modo. Et nichilominus emens ul alr recipiens z uendens pro quolibet et uice qualibz incidat in pena Quingentaz libz dn de facto p maiorem auferendaz. Ita q in qualibet uenditione ipaz uendentes teneantur et debeat pactu apponere et pro apposito ee intelligatur q sit q gabella soluatur et solui debeat tantu pro uno q uenderetur et ad illam rationem ad qua unum uenditum foret z no pro alio quouis modo. pena ctrafacienti Quingentaz libz

Gabelle quoqz sunt he. vz.

Gabella bini in Ciuitate burgis et in subbur gis Perusij.

Gabella bini et bestiarum Comitatus perusij.

Alias quoqz gabellas a predcis exceptas et Comu nantias possint uendere et uendi facere pro tpib consuetis et sm formam et exigentiam cedulaz earum exceptis gabellis infrascriptis in infrascrip to capitulo declaratis.

Q gabella salarie et gabella pedagij no possint uendi sine deliberatione cosilij dnoz prioz et Camerarioz ut xxxv. fa bis. R.

276 Ad remouendum incomoda subditorum et ad conseruantiam comoditatis publice intendentes duximus statuendum q Con seruatores monete ul alius quicuqz no possint nec debeant uendere seu uendi facere modo aliq° seu forma quocuqz z qualitercuqz gabellam salarie Coius pusij nec gabellam pedagij et gabelle grosse ad pedem platee ul aliquam earum sine expssa deliberatione Consilij dnoz Prioz z Camerarioz Artiu dce Ciuitatis ad trigintaquiqz fabas albas p Camerarios mictendas Et si uenditio fieret no ualeat nec teneat ullo Iure. Et Ius aliqd ppterea queri no possit nec debeat ullo modo ementi seu recipienti Et nichilominus tam uendens q emens incidat in penam ipo fco Quingentaz libz den a contrafaciente quolibz de fco auferendaz p maiorem Syndicu Coius pusij ad instan tiam cuiuscuqz.

Q gabella bini et be stiaz Ciuitatis pusij p una quaqz porta insimul uendi debeat de porta in portam. R.

277 Intendentes p subditoz salutarem Conseruantiam statum z comodu rei publice augeri. Et ad hoc ut Communi Perusij efficacius satisfiat. Sta tuimus z ordinamus Q in posterum gabel la uini et bestiaz Ciuitatis pusij uendatur et uendi debeat ad portas. Ita q omes gabe lle uinis porte seu intra limites et confi nia uinis porte constitute ul ordinate insimul uendantur pro una porta Ita q una tantum uenditio de his omnibus pro una porta fieri debeat sic de porta in portam fieri z obseruari de tpe in tempus et alr uenditio fieri no possit ul debeat quoquo modo et si fieret no ualeat ullo Iure Et emptori seu emptoribus Ius aliqd no queratur. Et nichilominus uendens et emens ipo fco uice qualibet incidat in penam Quingentarum libz den ipo fco a ctrafa ciente quolibet et uice qualibet de facto auferendaz p maiorem Syndicum Coius Perusij ad instantiam cuiuscuqz. Et si con seruatoribus uidebitur utilius pro Coiu possint p portas ul singulariter de loco in locum uendere prout eis uidebitur z placebit. Decernentes predca ippe tuu obseruari cum multitudo emptorum et effrenata cupiditas eozdem exceuerint et excorient subditos. Et etiam ppter mul torum emptoz paupertatem sicut euiden tia ex preteritis manifestat Coiu non fuit de ptijs ab emptoribus satisfactum.

De fideiussoribus recipien dis ab emptoribus gabellaz seu comunantiaz Cois pusij. R.

278 Cum receptio insufficientiu fideiusso rum sup uenditionibus Communa tiaz et gabellaz Coius pusij maxa attulerit detrimenta Coiu pusij ut in po sterum talia incomoda no ctingant. Statuimus q conseruatores monete et alij quicuqz uendentes Communantias et gabellas Coius pusij possint teneat

et debeant recipere bonos et sufficientes fideiussores Cives perusinos ab emptorib earum seu ab illis quibus fuerint stabilite infra sam diem a die stabilimenti iuxta et sm modum qualitatem et numerum infrascriptum .v3.

Pro Gabella Comunantie aque lacus usq in viginti fideiussores.

Pro Gabella vini in Civitate perusij burgis et subburgis in decem fideiussores.

Pro Gabella salarie si venditio deliberaret p consilium dnorum priorum et Camerariorum ut supra continetur usq in decem fideiussores.

Pro gabella pedagij et gabella grossa si deliberaretur si deliberaretur venditio p consiliu dnorum priorum et Camerariorum ut supra continetur usq in decem fideiussores.

Pro alijs quocumq comunantijs seu comunantijs gabellis usq in quinq fideiussores pro qualibet.

Declarantes et statuentes q illi quibus tales comunantie seu gabelle fuerint stabilite seu earum aliqua teneantur et debeant infra secundam diem a die stabilimenti cuilibet comunantie seu gabelle dedisse dictis Conservatoribus et alijs vendentibus pro una quaq usq in numerum supius designatum bonos et sufficientes fideiussores quorum extimum seu catastrum secundum extimatione catastri coīs perusij ad grossam sit valoris et extimationis adminus in duplo pretij pro quo talis comunantia seu gabella venderetur. Vz quantum capiet pretium unius anni Ita q duplum extimationis referatur ad pretium dumtaxat pro uno anno non obstante q talis comunantia seu gabella pro maiori tempore venderetur. — Decernentes q fideiussores dandi teneantur et debeant in una quaq venditione una cum principalibus emptoribus se in solidum et principalr obligare ad solutionem pretij et ad omnia ad que tenentur sm formam contractus cuilibet ut e opus cum mentibus et solemnitatibus oportunis.

Ut Conservatores et alij vendentes gabellas vel comunantias pro emptoribus teneantur Coi perusij si fideiussores bonos non acceperint prout supius continetur.

D Et que utilitatem rei publice concernunt inviolabiliter observentur. Statuimus declarantes. Q inquantum Conservatores Monete et alij quicumq vendentes aliquas comunantias seu gabellas Coīs perusij non receperint bonos et sufficientes fideiussores sm qualitatem et exigentiam in proximo precedenti capitulo denotatas q ipso Iure sint et ee intelligantur obnoxij et specialiter obligati et expresse coīi perusij pro talibus emptoribus et quolibet eorum a quo seu a quibus fideiussores sufficientes sm qualitatem et exigentiam supius denotatas non susceperint in omnibus et singulis ad que dicto Coīi tales emptores virtute contractus seu cedule venditionis comunantiarum seu gabellarum tam pro satisfactione pretij q alia quacumq de causa propterea quodolibet tenerentur. Et ita possint et debeant exigi gravari et molestari realiter et personaliter sicut possent emptores ipsi quocumq modo. Ea io decernentes ut venditores talium gabellarum seu comunantiarum vigilantiores et cautiores reddantur et exactius debeant sub eorum substantiarum periculo ad rei publice substantiam diligentius conservandam.

Ut inquantum fideiussores non dentur infra sam diem a die stabilimenti q denovo comunantie seu gabelle vendi debeant et refundi siqd deesset in ma promissione p illum cui primo fuerint stabilite dictis.

A In hoc ut nullus p elusionem vel alio modo audeat vel psumat promissionem facere in subhastationibus Comunantiarum seu gabellarum Coīs perusij sub obtentu iniqui lucrandarum vel alio quovis modo. et forte non intentione gabellarum seu comunantiam retinendi seu conducendi ydonee sicut decet presenti capitulo decernimus statuentes. Q inquantum promissores quibus aliqua comunantia seu gabella dicti coīs p Conservatores monete vel alios vendentes fuerit stabilita fideiussores sufficientes sm qualitatem et exigentiam predictorum in precedentibus capitulis contentorum infra sam diem a die stabilimenti non dederint Conservatores seu alijs vendentibus pro dicto Comuni aliquam comunantiam seu gabellam q liceat ipsis conservatoribus et alijs ad vendendum deputatis talem comunantiam seu gabellam teneantur et debeant denovo subastari facere et stabilire et vendere cuilibet plus promictenti

iuxta et secundum exigentiam premissorum et incer[tos] cum
dere lucratibus ut supra est expressum in venditioni
bus faciendis et quod iniustum minus pretium fuit ob
latum seu pro minori pretio stabilita seu vendi
ta quam promissores primi obtulerunt qui ut supra
permictitur fideiussores non dederint quod tunc et eo
casu primi promissores predicti qui satisdationem
ipsam ad effectum nunc predictorum exigentiam non per
duxissent ad solvendum omne pretium quod defue
rit in secundo stabilimento seu venditione a primo stabilimento seu venditione teneantur et
astricti esse ad reficiendum et solvendum intelli
gantur proinde ac si plenarie adimplevissent
dationem fideiussorum iuxta exigentiam supradictam.
Et quod Conservatores et alii sedentes teneantur
et debeant contra predictos executionem realem
et personalem de facto facere et fieri facere sub pena
Quingentarum librarum denariorum ad solvendum reficiendum
et satisfaciendum dicto Comuni omnem quantitatem florenorum
seu pecunie que quodocumque deficeret a pretio primi
stabilimenti in pretio secundi stabilimenti et vendi
tionis que fieret prout supra continetur. Et
quod dominus Potestas Capitaneus populi Maior Syndi
cus, et quilibet alius officialis Comunis Perusii ad
requisitionem dictorum Conservatorum seu alicuius
vendentium vel alicuius eorum possint teneantur et
debeant sub dicta pena, et ut supra permictitur a
quolibet negligente et inde qualibet auferenda et
retinenda de suo salario cuius tempore sindicatus contra
predictos et quemlibet eorum executionem realem et per
sonalem facere et fieri facere quocumque tempore etiam
feriato ad honorem dei et quocumque loco et pro
te, et occasione solutionis talis quantitatis seu pretii
quod seu que in secundo stabilimento seu venditi
one a primo stabilimento ut supra permictitur
quolibet defuisset. Et quod tales officiales occasio
ne sui cum eorum que fecerint vel fieri fecerint
in premissis non possint nec debeant modo ali
quo sindicari vel molestari. Sed sint et esse intel
ligantur ab his omnibus exnunc liberi et penitus
absoluti.

De libris faciendis pro Comunantiis et gabellis. R.

281

Ne fraus aliqua committi non possit et ut
sciatur que sunt comunantie et gabelle
Comunis Perusii et ubi site sunt. Statuimus
quod in Camera Conservatorum predictorum sint esse de
beant et fieri de novo in cartis membranis et
inter tabulas ligati duo libri in quorum uno
scribantur omnes comunantie Comunis Perusii per
extensum et ubi site sunt in quo libro scribi
debeant sub breviloquio que homines et persone quibus
tales comunantie vendite sunt et pro quo
pretio et eorum fideiussores et promissio pretiorum
ubi et scribantur solutiones pagamentorum
pretiorum ipsarum comunantiarum cum millesimo mense
et die. et predicta fieri debeant per notarium
suis registris dicte Camere debitatum et
in posterum deputandum: Ita quod clare et
aperte solventes et non solventes. In alio
vero libro scribantur omnes gabelle Comunis
Perusii per extensum et que venduntur
pro parte Comunis et cui, et nomina fideiussorum
cum quantitatibus millesimo mense et die ut supra
dictum est de comunantiis que similiter
scribi debeant per notarium supradictum.

De libris faciendis in Camera Conservatorum pro introitibus et exitibus. R.

282

Statuimus quod per notarium Conserva
torum qui fuerit super introitibus
deputatus, fiant et fieri debeant
duo libri. Et in quolibet ipsorum scribantur omnes
et singuli introitus Conservatorum quorum est
notarius. quorum librorum unus sit in bombi
cinis et remanere debeat in camera dictorum
Conservatorum. Alter vero in pergamenis, et coram
maiori Sindico in fine officii sui ut consuetu
dinem debeat presentari, et simili modo
fiat per notarium Conservatorum qui fuerit
ad scribendum exitus deputatus duo li
bri. et in utroque eorum scribatur omnes et sin
guli exitus et expense faciendi per ipsos
Conservatores, quorum unus in dicta Camera
debeat remanere. Alter vero coram maiori
Syndico producatur. et antequam dicti libri pro
ducantur calculentur et assumetur intro
itus et exitus, et expense et ascultentur
per notarium conservatorum coram conservatori
bus et fancellis prout extitit hactenus ob
servatum. Ita quod error vel fraus aliqua co
mitti non valeat quoquo modo pena Quingenta
rum librarum pro quolibet contrafaciente et quolibet
auferenda.

De executionibus contra debitores comunis Perusii faciendis. R.

283

Verum contra negligentes solutione
facere de his ad que Comuni Perusii
teneantur non sufficeret aliquid statuisse-

nisi alia satisfactibilia remedia preberentur duximus statuendum. Quod Conservatores Monete, Masarius communis Perusii, offitiales abundantie et quicumque alii offitiales seu exactores quarumcumque gabellarum seu comunantiarum dicti Communis possint, teneantur et debeant sub pena Quingentarum librarum denariorum pro quolibet negligente et vice qualibet de facto auferenda per maiorem Syndicum vel alium offitialem dicti communis reduci facere in uno registro de per se in eorum et cuiusque eorum camera omnes et singulos debitores camerarum predictarum vel alicuius earum seu comunantiarum seu gabellarum predictarum. Et tam preteritos debitores quam futuros stantes de tempore in tempus describi facere iuxta exigentiam presentium capitulorum et extractum seu extractos fieri facere de talibus debitoribus in substantia cum quantitatibus quas deberet solvere declaratis et dimidiam talium debitorum qui non solvissent infra tempus prout solvere tenerentur Communi Perusii assignare et assignari facere domino potestati Civitatis Perusii qui pro tempore fuerit et aliam dimidiam domino Capitaneo et maiori Syndico Civitatis Perusii. Qui Potestas, Capitaneus et maior Syndicus et quilibet eorum teneantur et debeant contra debitores tales assignatos et eorum fideiussores res et bona executionem realem et personalem fieri facere de facto in quocumque loco et quocumque tempore et prohibitis seu non permissis per formam statutorum et ordinamentorum communis Perusii, ut que communi Perusii sunt debita seu deberentur imposterum efficaciter persolvantur. Exceptis diebus feriatis declaratis in tertio libro sub Rubrica de feriis. Et salvo quod non possint capi cives vel comitatenses pro debitis communis diebus prohibitis fieri contra eos executionem per formam statutorum et ordinamentorum Communis Perusii.

Quod liceat Conservatoribus prorogare terminum solutionis pecuniam ante tempus. R.

284

[Q]uia iustum est quod solvens pecuniam Communi Perusii debitam ante tempus facte solutionis comoditatem restaurationis in tempore consequatur duximus statuendum. Quod Conservatores monete possint et eis liceat Cuilibet Communi Corpori seu universitati vel singulari persone quod vel que eis solverit aliquam quantitatem pecunie ante debitum et prefixum tempus terminum solutionis ipsius quantitatis tali solventi prorogare terminum ad solvendum quod deberet solvere eisdem Conservatoribus de tantundem temporis et quantitatis pecunie ante terminum soluta per eum. Et de predictis Conservatores non possint nec debeant modo aliquo sindicari.

De quantitate accipienda per offitiales pro executionibus a debitoribus communis Perusii. R.

285

[E]t sub obtentu comodi offitiales communis Perusii ad executiones faciendas contra debitores communis Perusii efficacius excitentur. Statuimus declarantes quod quilibet offitialis communis Perusii executionem faciens aliquam contra debitores Communis Perusii vel nomine debitorum de omni et toto eo quod venire fecerit in Comuni occasione talis executionis habeat et habere possit et debeat et exigere a tali debitore contra quem executio facta fuit et eius expensis si solutio facta fuit supra de viginti florenis vel abinde infra quod habeat et habere possit unum bolognenum pro quolibet floreno exacto et soluto et si exactio et solutio facta fuit a viginti florenis supra in quocumque numero facta fuit habeat et habere possit et debeat et exigere expensis debitoris pro quolibet floreno ad rationem .xij. denarios perusinorum. Et quod ultra dictam quantitatem occasione seu causa alicuius executionis seu exactionis nullus offitialis seu executorum et alius quicumque possit et debeat a debitoribus dicti communis seu a communi Perusii aliquid petere accipere vel habere per se vel alium vel alios quoquo modo nisi prout supra est taxatum. Et quod de soluto debito et pecunia vel satisfacto non possit executio solvi, et similiter soluta semel ulterius solvi non debeat quoquomodo. Et siquis in aliquo contrafecerit ipso facto incidat in penam Quingentarum librarum de facto auferendarum per quemcumque offitialem communis Perusii. Et si offitialis fuerit negligens de suo salario retinendarum eius tempore sindicatus aliquo non obstante.

Quod non liceat Conservatoribus accipere pecuniam mutuo seu provisione vel fenore sine deliberatione dominorum priorum et Camerariorum

286

[E]t imposterum Commune Perusii de facili in cambiis, provisionibus seu fenore obacquisitiones pecuniarum que fieri in preteritum sepe numero consueverunt duximus statuendum. Quod Conservatores Monete Communis

Perusij vel alij pro eis non possint nec debeant quoquo modo acquirere seu acquiri facere sub aliqua provisione costo fenore vel cambio aliquam quantitatem florenorum seu pecunie pro comuni Perusij sine deliberatione dominorum priorum et Camerariorum artium Civitatis Perusij qui pro tempore fuerint obtento saltem partito de levando ad sedendum ad minus per duas partes. Et in quantum acquirerent seu acquiri facerent aliquam quantitatem aliquo dictorum modorum vel alio ad costum sine deliberatione predicta quod tale fenus cambium costum seu provisionem de eorum proprio solvere teneantur et intelligantur, et non de pecunia vel avere Comunis Perusij quoquo modo. Cum deliberatione predicta possint solvere cambium provisionem costum seu fenus prout fuit opportunum quotiens Comunis utilitas seu necessitas evidens id exposceret. et quantitatem [illegible] acquisitam.

…85

infra quantum tempus fieri possint exactiones [illegible] gabellarum post finitum tempus emptionis. [illegible]

287 n Nullus emptor vel sotius alicuius Comunantie vel gabelle Comunis Perusij possit vel debeat ullo modo petere accipere vel exigere aliquam quantitatem florenorum pecunie vel alterius rei quam diceret sibi deberi quocumque aut qualitercumque ab aliqua persona Comuni collegio corpore vel universitate occasione gabelle vel comunantie cuius esset vel fuisset emptor seu sotius nisi dumtaxat durante tempore quo est emptor ipsius comunantie seu gabelle Et per unum annum inmediate sequentem post finitum tempus emptionis ipsius comunantie vel gabelle in quantum pretium Comuni solverint temporibus debitis ut tenetur. Exceptis emptoribus. Et siquis emptor vel sotius alicuius comunantie vel gabelle per se vel alium executionem aliquam peteret seu faceret vel fieri faceret ultra dictum terminum et contra seu preter dictam formam quod ipso facto et vice qualibet incidat in penam centum librarum denariorum pro quolibet et vice qualibet de facto auferendarum per quemlibet offitialem comunis Perusij ad instantiam cuiuscumque petentis. Et simili pena puniatur et puniri debeat offitialis quilibet executionem faciens vel fieri faciens modo aliquo seu forma directe vel indirecte vel quovis colore quesito contra aliquem seu aliquos contra seu preter dictam formam et ultra tempora supradicta vel aliquod ipsorum que quidem pena de facto et vice qualibet de salario offitialis contrafacientis debeat auferri et retineri eius tempore syndicatus ad instantiam cuiuscumque. Et nichilominus quod secus fieret non teneat ipso iure. Decernentes etiam quod talis emptor seu sotius post lapsum dicti temporis per aliquem offitialem comunis Perusij in petitione exactione seu executione aliqua directe vel indirecte occasione talis comunantie seu gabelle nullatenus audiatur seu audiri debeat modo aliquo seu forma quocumque aut qualitercumque. Sed sit et esse intelligatur exnunc omnibus offitialibus dicti comunis presentibus et futuris adempta quo ad predicta omnis iurisdictio cognitio autoritas et potestas quelibet per dictum tempus. Et de cetero in quibuscumque venditionibus faciendis de aliquibus comunantijs seu gabellis nullum tempus vel aliquis alius terminus ultra dictum statutum tempus unius anni concedi possit. Et si concederetur vel modo aliquo apponeretur vel appositum hactenus apparet quod eo ipso et exnunc sit et esse intelligatur sublatum et remotum et nullius efficacie vel momenti. Et ut omnis cesset fraus decernimus quod nullus offitialis quovis fungatur offitio possit audeat vel presumat familiam concedere vel aliquam exactionem seu executionem facere vel fieri facere per se vel alium directe vel per obliquum modo aliquo seu forma super premissis vel aliquo eorum vel circa ea seu occasione dependentium ab eisdem aut eorum aliquo ad instantiam talium emptorum seu sotiorum vel alterius cuiuscumque persone nisi primitus viderint instrumentum emptionis si tempus unius anni post finem cuiuscumque comunantie seu gabelle vendite est elapsum Et siquam executionem fecerit dicta fide non habita prius quod vice qualibet incidat in dictam penam ut supra premictitur auferendam ad instantiam cuiuscumque. Predicta tamen que de executionibus et exactionibus dicta sunt post lapsum terminum emptionum gabellarum seu comunantiarum prout supius continetur vendicent sibi locum in illis et quantum ad illos extendantur et extendi intelligantur qui solvissent pretium ad quod Comuni quomodolibet tenebuntur occasione emptionis talium gabellarum seu comunantiarum Ita quod quamdiu non solverint post lapsum terminum emptionis infra terminum supius preparatum exactionem seu executionem aliquam non possint nec debeat facere seu fieri facere quoquo modo

[illegible] Comunis [illegible] vel [illegible] deliberatione et Camerariorum

…86

nisi finitus integrum pretium persolverint iuxta exigentiam actuum et cedularum. Dum tamen quod ultra prefixum terminum unius anni post finem emptionis huiusmodi in omnibus comunantijs nulla possit modo aliquo fieri executio vel exactio, sub pena et prout et sicut supra denotatur. – Et quoniam Comunantie aque lacus pp piscium et aliorum exactiorum exactia et comertia ad huiusmodi temporum metas non esset quodalibet astringenda in executionibus faciendis. Statuimus quod liceat emptoribus et sotijs presentibus et futuris dicte Comunantie aque lacus et gabelle piscium qualibet executionem et exactionem facere et fieri facere contra quoscumque qui tenerentur in aliquo seu quodolibet in posterum tenebunt quocumque iure modo causa seu forma emptoribus seu sotijs dicte comunantie seu gabelle non obstante prefixione dictorum terminorum ut supra premictitur statutorum in alijs comunantijs et gabellis. – Declarantes et statuentes talem exactionem seu executionem fieri posse et debere occasione dicte comunantie seu gabelle sic et inquantum emptores dicte Comunantie aque lacus persolverint integrum pretium comuni perusij temporibus et prout tenent et in posterum tenebunt secundum formam actus et cedule celebrati hactenus et qui celebrabitur in futurum in venditionibus peragendis. Et aliter vel alio modo non. Et si secus fieret non valeat ipso iure. Et nichilominus quilibet contrafaciens et vice qualibet incidat in dictam penam et ut supra premictitur auferendam ad instantiam cuiuscumque. – Volentes et decernentes quod in omnibus et singulis cedulis quarumcumque gabellarum et comunantiarum dicti comunis effectus presentis capituli ad cautelam debeat annotari, et nichilominus pro annotato et apposito haberi debeat et censeri. Ita quod proinde habeatur ac si esset appositus, et declaratus. et sic in omnibus et singulis et quo ad omnia et singula possit et debeat efficaciter observari aliquo non obstante.

Quod nulli offitiali comunis perusii post finem sui offitij liceat exactionem facere de debitis comunis perusii, et quod exigendi facultas nullatenus concedi queat nisi per unum mensem. R.

288

Ut queque temporibus debitis exequatur presenti capitulo duximus statuendum

De Conservatoribus Monete Massarijs offitialibus abundantie offitialibus camprionis si venditio non fieret in futurum aut alijs offitialibus comunis perusij vel alicui eorum nulla ratione vel modo sit licitum vel permissum quovis iure causa seu forma quocumque aut qualitercumque per se vel alium seu alios directe vel indirecte post finem eorum offitij exigere seu exigi facere ab aliquo comuni universitate vel singulari persona aliquam quantitatem florenorum pecunie granum Bladi vel alterius rei vel aliquid aliud que vel quod deberetur Comuni perusij quocumque iure causa seu forma. Sed talem exactionem facere possint dumtaxat infra tempus offitij ipsorum et post finem primum mensem tantum et non ultra. Et si contrafecerit aliquis quod ipso facto et vice qualibet incidat in penam quingentarum librarum denariorum perusinorum de facto per Maiorem Syndicum auferendarum. Et nichilominus soluens aliquid contra seu preter dictam formam liberationem aliquam nullatenus consequatur occasione talis solutionis in aliquo quominus per successores fieri possit contra eum executio perinde ac si talis solutio non esset facta. – Et ut pretestu prorogationis vel concessionis alicuius terminum statuendi post finem offitij ad exigendum quod in preteritum fieri sepe numero consuevit in futurum nichil valeat provideri vel fieri, Decernimus statuentes. Quod per dominos Priores et Camerarios vel alios quoscumque magistratus Civitatis perusij quovis arbitrio fungerentur nec per aliquem eorum possit vel debeat quoquomodo iure vel causa seu forma directe vel indirecte quodocumque aut qualitercumque statui concedi vel prorogari durante offitio vel post depositum offitium alicui predictorum aliquis terminus ad exigendum vel exigi faciendum aliquid ab aliquo debitore Comunis contra seu preter dictam formam sub dicta pena a quolibet contrafaciente et vice qualibet per Maiorem Syndicum auferenda. Et nichilominus quod fiunt contra vel secus dictam formam non teneat ipso iure.

Infra quantum tempus Conservatores Monete et alij offitiales cives teneantur restituere reliqua successoribus et libros ... R.

289

Statuimus quod Conservatores Monete et Massarij Offitiales Abundantie, et alij quicumque offitiales Cives perusini quovis offitio fungerentur teneantur et debeant infra

unum mensem post finem eorum et cuiusque eorum offitii immediate sequentem dare, consignare et effectualiter restituere eorum et cuiusque eorum successoribus omnem quantitatem florenorum pecunie, granum, bladi et alterius cuiuscumque rei que quomodolibet superfuisset eis a supradictis expensis et pagamentis factis tempore eorum vel alicuius eorum, sub pena Quingentarum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et restitutionis dupli quantitatis que quomodolibet superfuisset. Super quibus debeat spetialiter Syndicari, et per Syndicum in dicta pena et restitutione dupli efficaciter condenari, pena simul dicto Syndico de suo retinenda salario si negligens fuerit vel remissus. — Libros autem introituum et exituum et gestorum tempore offitii ipsorum in forma publica Conservatores Massarii offitiales abundantie et offitiales camporum carnium si venditio de eo non fieret in futurum. Et eorum et cuiusque eorum notarii teneantur et debeant restituisse et assignasse infra mensem post finem eorum et cuiusque eorum offitii. — Et similiter alii offitiales et notarii a predictis huiusmodi libros restituisse debeant in forma publica a die finiti offitii ipsorum et cuiusque eorum infra unum mensem sub dicta pena a quolibet negligente et vice qualibet de facto auferenda. Et quod restitutiones talium librorum et cuiusque eorum per predictos et quemlibet eorum fieri debeat in Cancellaria Communis Perusii, Cancellario dicti Communis pena simul eidem auferenda vice qualibet dictos libros admictenti infra terminum fore susceptos si infra dictum terminum unius mensis eos non susceperit quocumque modo iuxta exigentiam premissorum.

offitiales forenses sindicentur infra ... et de ultima paga solvenda. R.

290 Nullus offitialis forensis Communis Perusii aliquo modo iure causa seu forma vigore alicuius statuti vel ordinamenti Communis Perusii possit vel debeat sindicari vel quomodolibet absolvi seu eidem syndicatus remicti infra tempus sui offitii vel eius durante offitio quocumque modo vel aliquid provideri seu fieri possit quominus iuxta formam statutorum Communis Perusii et exigentiam electionis stare debeat ad sindicatum. Et si contra dictam formam sindicatus remicteretur, syndicaretur vel absolveretur vel aliquid fieret, quod factum fuit non teneat ipso iure. Et quod Conservatores monete vel alii offitiales Communis Perusii tali contra dictam formam syndicato vel absoluto non possint nec debeant ullo modo iure causa seu forma solvere ultimam pagam sui salarii. Et si solverit de eorum proprio solvisse intelligantur, et non de pecunia dicti communis. Et nichilominus ipsi Conservatores vel alii offitiales contrafacientes priventur et privati esse intelligantur eorum offitio. Ad quod in perpetuum eligi vel assumi non possint, et si eligeretur electio non valeat nec teneat iure ipso. Et nichilominus tam eligens quam electus incidat in penam Quingentarum librarum.

Quod offitialibus forensibus non possit augeri salarium vel offitiales seu familia. R.

291 Statuimus quod de cetero nullus offitialis Communis Perusii quovis fungantur offitio vel arbitrio possit, audeat vel presumat modo aliquo seu forma directe vel indirecte vel quovis colore quesito augere offitialibus forensibus Communis Perusii vel alicui eorum aliquod salarium vel aliquam quantitatem florenorum seu pecunie quoquo modo nec numerum offitialium seu famulorum vel equorum seu aliquid aliud ultra salarium offitiales et familiam et munera contenta in presenti volumine statutorum loquentium de electione eorum, pena Quingentarum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et vice qualibet. Et nichilominus quod secus factum fuit non teneat ullo modo. — Conservatores autem Massarii vel alii offitiales Communis Perusii vel aliquis eorum non possint nec debeant per se vel alium quoquo modo directe vel per obliquum tale augmentum provisionem vel adiunctam vel aliud dare vel solvere de pecunia seu avere Communis sub dicta pena. Et si solverint de eorum proprio solvisse intelligantur. Et nichilominus ad restitutionem dupli quantitatis que solveretur contra dictam formam debeant condenari. — Super quibus omnibus Maior Syndicus Communis Perusii inquirere teneatur et debeat contra omnes et singulos delinquentes in predictis vel negligentes ipsa observare, et repertos culpabiles punire et condenare in dictis penis, pena simul ab eo negligente et vice qualibet auferenda, et de suo salario retinenda eius tempore sindicatus

per suos sindicatores et Comuni perusij app
licanda.

Qd Conservatores et massarij possint hre consiliu supe[r] c[asi]b[us] et alijs opportunis et notarius sup[er] registris. et a quibus. R.

b Tamta sub libra precedant Justitie
292 presenti capitulo duximus statuendu.
Qd Conservatores monete possint
et eis liceat sup[er] casibus opportunis qui quo
dolibz emergerent seu dubitatione afferrent
in vl sup[er] casibus provisis p[er] formam sta
tutor[um] Camere ipor[um] quocumq[ue] aut qualiter
cumq[ue] eligere unu consultorem Civem fide
lem et expertum et doctum in Jure qui ni
luerint qui possit et debeat quotiens fuerit
requisitus vbo vl in scriptis consulere ipis
Conservatoribus sup[er] p[re]missis fideliter. Et
sil[ite]r consulere debeat Massarijs Com[mun]is perusij
sup[er] casibus quibuscumq[ue] quodolibet emergen
tibus sup[er] provisis vl statutis in Camera
ipor[um] vl circa ea vl aliciu[s] eor[um] occasione vel
causa vl circa providenda sup[er] statutis vl
provisis seu quodolibz ordinada eor[um] offitiu
tangentia quoq[ue] modo. Nichilominus tam
Consultor Massarior[um] publicandus de sacca
lis possit et debeat consulere ipis massa
rijs omni casu et debeat una cu eis de pedis
sacculis publicari. Qui quidem Consultor
Conservator[um] heat et hre possit et debeat pro
quolibet semestrali quinq[ue] flor de auro a
Conservatoribus. Et Consultor Massarior[um]
quinq[ue] a Massarijs Com[mun]is perusij. Et q[uod] modo
aliquo ultra dcm salariu a Conservatoribus
seu Massarijs nichil aliud possint percipere
vl hre. Et q[uod] ab aliqua singulari p[er]sona de
aut sup[er] negotijs Co[mun]e perusij tangentibus
nichil possint p[er]cipe petere vl habere. Et
si in consulendo negligentes fuerint vel
remissi vl in aliquo p[re]missor[um] contrafecerit
q[uod] ipo f[a]c[t]o et vice qualibz incidant in penam
Centu libr[arum]. Et si salariati fuerint a Co[mun]i
in studio vl al[ite]r q[uod] Conservatores et Massa
rij ipam penam debeant vice qualibet
de suo salario eisdem retinere sub eadem
pena ipis auferenda. Sup[er] alijs quoq[ue]
casibus quodolibz emergentibus in Camera
Conservatorum et Massarior[um] sup[er] quibus
de novo aliquid provideretur vl preter provisa
p[er] forma statutor[um] Camere eorundem aliqd emerget
Conservatores ipi et Massarij possint teneantur
et debeant hre Consiliu a Collacteralibus domini
potestatis et dni Capitan p[o]p[u]li perusini vl a duobus
ex eis. Qui ad requisitionem ipor[um] Conserva
tor[um] et Massarior[um] possint teneantur et debeant
omni vice fideliter eor[um] exibere consiliu vbote
nus vl in scriptis prout fuerint ab ipis Conser
vatoribus vl Massarijs requisiti sine aliquo sala
rio vl mercede. Et q[uod] ad hoc ut Co[mun]e perusij
nullatenus ledi queat q[uod] debeat sup[er] Juribus
Communis semp[er] et sup[er] uno q[uo]q[ue] casu ultra apposi
ta eis informationem suscipere a cancellaria
Co[mun]is perusij. Decernentes q[uod] Conservatores
monete et Massarij sine p[re]dictor[um] Consilio nichil
possint expendere vl facere quoq[ue] modo. Sed
secundum eor[um] consiliu procedere in omnibus
et quoad omnia debeant et teneantur. Super
casibus vero quodolibet emergentibus in regi
stri vl circa ea modo aliquo seu forma notarius
sup[er] registris teneatur et debeat p[re]fatos collat
terales consulere. qui ut sup[ra] p[er]mictitur, tenea
tur et debeant consulere et informationem
suscipere. et in scriptis exibere consiliu Can
cellario Co[mun]is n[ost]ri restituendu p[er] ip[su]m dcto noto
sup[er] registris. Qui notarius possit libere lici
te et impune absq[ue] eius p[re]iuditio et debeat
sequi et ad executionem p[ro]ducere consiliu p[re]dictor[um]
Collacteraliu vl duor[um] ex eis iux[ta] eius exigentia
et tenorem. Et siquis in aliquo premissor[um]
fuerit negligens vl remissus incidat in pena
Quingentar[um] libr[arum] den. Et vice qualibz Co[mun]i
perusij applicandar[um]. Si aut p[re]fati collactera
les malum consiliu dederint sup[er] aliquo casu
pro quolibz et vice qualibet incidant in pena
predictam de salarijs potestatis et Capitanei et
eor[um] utriusq[ue] auferendam et retinenda, eoru
et utriusq[ue] eor[um] tpre syndicatus ad instantia
cuiuscumq[ue]. Et nichilominus condenari debeat
in restitutione dupli q[uan]titatis vl extimationis
rei sup[er] qua co[n]siliu fuisset exibitu no bonum
contra forma Juris seu statutor[um] Co[mun]is n[ost]ri. Et
sup[er] his debeant sp[eci]al[ite]r syndicari.

Qd notarius sup[er] registris no possit aliquid registrare q[uod] ad introytus no sit missum. R.

a D conservandam utilitatem publicam.
Statuimus q[uod] notarius sup[er] registris in 293

in Camera Conseruatorum nō possit uel debeat quoquo modo iure causa seu forma in registris Camere registrare aliquam quantitatem florenorum seu pecunie uigore alicuius ordinamenti prouisionis uel legis uel statuti quod in posterum fieret quodolibet uigore alicuius arbitrii et emanantis ab adunatia generali uel alie qua uis forma nisi primitus per Conseruatores et eorum notarios et fancellos talis quantitas fuerit missa ad eorum introytus opportune. Sub pena mille florenorum pro uice qualibet qua fiunt quodolibet contrafactum Et nichilominus talis registratio nō teneat ullo modo. Et quod sub dicta pena Conseruatores notarii et fancelli talem quantitatem ad introytus mictere et micti facere illico teneantur.

Predicta tamen.

Ser Nicolaus Egidii sit notarius registris pro tempore eius electione monete. R. v

294 Utilitati rei publice intendentes et ad fidem diligentiam uirtutis ut peragant ipse quedum duximus statuendum. Quod uir fidelis et diligens et experientia callens. Ser Nicolaus Egidii ad presens notarius super registris in Camera Conseruatorum et massariorum intelligatur esse et sit ex nunc electus et firmus ad offitium et in offitio in quo est et ad alia incumbentia circa eius offitium per formam presentium statutorum pro tempore et termino et cum salario muneribus et oneribus contentis in eius electione. Et eumdem de nouo deputauerunt ad offitium et in offitio antedicto cum omnibus suis membris et pertinentibus quodolibet ad offitium antedictum vacatione aliqua ab offitio uel alio in contrarium quodolibet disponente nō obstante.

compositionibus ineundis cum gentibus sotialium ... fieri debeant

295 v Ut negotia Comunis Perusii tam utiliter quam fideliter uigiliter peragantur. Statuimus et ordinamus quod quotienscumque contingeret cum aliqua sotietate gentium armatarum pro publicis euitandis incomodis et subditorum aliquam compositionem pecuniariam quodolibet pertractari quod deus aduertat. Quod semper micti debeat unus ex Conseruatoribus Monete eligendus per dominos Priores et Camerarios Artium Ciuitatis Perusii cum uno alio Ciue similiter eligendo ad talem compositionem et federa pertractanda ita quod solum per ipsos eligendos talis debeat compositio et nō

Sup... offitie ... trare ... R.

per alios pro parte Comunis Perusii pertractari pena mille librarum cuilibet electo accedere recusanti et uice qualibet de facto auferendarum per Maiorem Syndicum et quemlibet alium offitialem Comunis Perusii. Et quod unus ex notariis Conseruatorum quem Conseruatores ire debentes elegerint cum eodem accedere debeat sub dicta pena et rogari de omnibus que quodolibet concludentur et refutationibus quibuscumque. Que omnia in forma publica infra quintum diem postquam Perusium redierit consignasse debeat Cancellarie Comunis Perusii sub dicta pena. Et si conseruatores uel alii offitiales Comunis dicta forma non seruata aliquid soluerit quod de eorum proprio soluisse intelligantur et nō de pecunia seu auere comunis.

Quod Conseruatores Monete teneantur mictere ad eorum introitus omne melioramentum monete. R.

296 c Conseruatores Monete teneantur et debeant et eorum fancellus diligenter mictere et micti facere ad eorum introytus et in libris introytum ipsorum ordinariis introytuum Camere per eorum notarium et fancellum describi et poni facere opportune omne lucrum seu melioramentum quod quodolibet fieri uel prouenire contigerit tempore eorum offitii de florenis uel pecunia dicti Comunis prouenturas quodolibet ad eorum manus durante offitio eorumdem sub pena Quingentarum librarum pro quolibet contrafaciente et uice qualibet de facto auferendarum. Et super hoc debeant specialiter Syndicari.

Quod omnis quantitas que solui debet comuni Perusii ad aurum uel in moneta sic ad introitus micti debeat. R.

297 v Ut omnis cesset fraus in solutionibus in Camera Conseruatorum quodolibet faciendis. Statuimus quod Conseruatores Monete et eorum fancellus teneantur et debeant omnem quantitatem que in auro solui deberet in Camera quoquo modo et solueretur ad eorum et dicti comunis introytus ad aurum et in auro micti et poni facere diligenter. Et similiter si solutio fieri deberet in pecunia et facta esset micti et poni debeat seriosissime pena Quingentarum librarum auferendarum uice qualibet et de facto a quolibet contrafaciente. Et sic per eorum notarium

in libris ordinariis describi faciant opportune
Et sup hoc debeant spalr sindicari.

Q omnia pagamenta que fieret ad aurum seu monetam sit aderitus pom debeanti et describi etc.

298 n

[S]i aliqua Comuni vel singularibus
psonis incomoditas gnetur in solu
tionibus faciendis pnti capitulo duxi
mus statuendum. Q Conservatores mone
te et eor fancellus teneantur et debeant
omnem qtitatem quam in auro solverint
seu pro auro ad rationem bolognenos
cum dimidio pro quolibet floreno vel aliter
in moneta quodocumque et qualitercumque sic pro
ut solverit vel solui fecerit ad eor et dci Comis
exitus mictere et micti facere diligenter. Et
p eor notarium in libris ordinariis poni et
poni facere opportune. Sub pena Quingentar
librar den pro quolibet contrafaciente et nicc qua
libet de facto auferendarum ad instantiam cui
cumque. Et q sup his debeant spalr sindicari.

Q omnis solutio pecunie q quolibet solueretur p Coni Conservatoribus vel fancello micti debeat ad introitum infra tres dies et registrari etc.

299 v

[E]t ratio introitum diligens semper
videri queat, et ne sub pretextu depo
siti vel aliter introitus descriptio
retardetur. Duximus statuendum Q
omnis qtitas flor seu pecunie que quo
dolibet deberetur Camere Conservatorum
et de qua in totum vel pro parte numeratio
vel solutio aliqua facta fuit Conservatori
bus vel fancello in dca Camera vel alibi vel
alicui psone pro eis modo aliquo seu for
ma quodocumque aut qualitercumque possit
et debeat infra tres dies postquam soluta fuit
vel quodolibet numerata p notarium et
fancellum poni et micti ad introitum dci
Comunis et Camere antedicte, et in libris
describi ordinariis ut est opus. Et q infra
dcm terminum idem fancellus teneatur
et debeat assignare notario sup registris
talis soluentis nomen et qtitatem etiam
declarare solutam et causam. Qui
notarius sup registris infra tertiam diem
a die declarationis predce teneatur et

debeat quantitatem ipam registrasse ad rationem
talis solutionis prout fuerit opportunum. Si
quis autem in predcis vel aliquo eor negligens
fuit vel remissus ipo facto et vice qualibet inci
dat in penam Quingentar librar. Et debeat
spalr sindicari.

Q nulla solutio fieri possit sine solutione gabelle

300 a

[A]d hoc ut Comune pusij circa eius in
troitum maiori suscipiat augmenta. Sta
tuimus Q de cetero nulla solutio ali
cuius qtitatis flor seu pecunie fieri possit
vel debeat p Conservatores monete seu fancellum
vel aliquem eor modo aliquo seu forma vel p aliam
psonam pro eis alicui psone Corpori collegio seu
vniuersitati quodocumque aut qualitercumque sine so
lutione vel retentione gabelle ad rationem duor
soldor den pro qualibet libra quantitatis que sol
ueretur. Et si solutio aliqua fieret non
retenta gabella seu soluta ut supra. Q Con
servatores et fancellus soluisse intelligatur
de eor proprio et non de pecunia seu auere cois
pusij. Et nichilominus quilibet contrafaciens
incidat in penam Quingentar librar den.
Decernentes q de cetero non possit seu debeat
p aliquos magistratus Ciuitatis pusij presentes
seu futuros fieri aliqua lex ordinamentum
seu preceptum aliquod cuius vigore aliqua solutio
fieri possit vel debeat sine solutione vel retentio
ne gabelle. Et si fieret non valeat ipo iure
Et nichilominus quilibet contrafaciens incidat
in dictam penam. Predca tamen non vendicent
sibi locum in solutionibus faciendis p Conser
vatores seu fancellum. Dnis Prioribus dictum
vel aliis offitialibus dci Cois Ciuibus seu for
ensibus vel aliis quibuscumque psonis et quibuscum
cumque de causis, scdm formam statutor, et ordina
mentor in pnti volumine contentor vel electio
num seu actuum celebrator quorum vigore seu ali
cuius eor solutio aliqua fieri deberet sine solu
tione vel retentione gabelle. Ita q p contenta
in pnti capitulo non possit preiuditium fieri ali
cui quoquo modo nec in aliquo derogari.

Q de prouentibus Camere Conservatorum nulla solutio fieri possit p alios nisi p Conservatores seu fancellum

301

Cum mala

Cum mala consuetudine sit inductum in preiudicium substantie et averis rei publice Perusine quod pagamenta fiant per emptores seu exactores Comunantiarum seu gabellarum seu per debitores dicti comunis vel alios extra Cameram Conservatorum. Et non per Conservatores vel fancellum sic quod utilitas publica non modicum fraudatur ne talia fieri possint in posterum presenti capitulo ducimus statuendum. Quod de cetero nullus emptor seu exactor alicuius Comunantie seu gabelle dicti comunis seu debitor vel alius quicumque possit vel debeat quoquomodo de introytibus et pecuniis debitis vel debendis Camere Conservatorum monete aliquam solutionem facere vigore alicuius ordinamenti vel statuti vel provisionis quod seu que in posterum fieret quoquo modo etiam per habentes arbitrium ab adunantia generali alicui persone corpori collegio vel universitati nisi conservatoribus monete vel eorum fancello. Et qui contra dictam formam aliquid solverit de suo proprio et non de pecunia vel avere comunis solvisse intelligatur. et proinde habeatur ac si solutio facta non esset. Salvo quod predicta.

302 Conservatores monete seu massarii comunis Perusii non possint nec debeant quoquo modo aliquam florenorum seu pecunie quantitatem solvere seu solvi facere alicui persone que vacationem aliquam habet secundum formam statutorum noviter editorum de vacationibus offitialium disponentium et contentorum in volumine dictorum statutorum. Salvis tamen spetialiter reservatis seu exceptuatis seu spetialem provisionem habentibus quoquo modo vigore alicuius arbitrii emanatis ab adunantia generali. Et si solutionem aliquam facerent preter dictam formam quod de eorum proprio solvisse intelligantur et non de avere seu pecunia dicti comunis. Et nichilominus vice qualibet incidat in penam Quinquagintarum librarum denariorum Et debeant in his spetialiter syndicari.

303 Conservatores monete possint teneantur et debeant vigore eorum offitii de quacumque pecunia dicti comunis que pervenit seu pervenerit ad eorum manus solvere et solvi facere florenorum et pecunie quantitates quibuscumque personis et illis de causis et eo modo et forma prout et sicut inferius apparebit et iuxta et secundum formam et exigentiam capitulorum supra et infra et in presenti volumine contentorum absque aliquo alio precepto vel mandato.

De solutione facienda super censu debito Romane ecclesie et emendatione dannorum. R. 304

In primis quod Conservatores monete qui pro tempore fuerit possint teneantur et debeant solvere et solvi facere sanctissimo in Christo patri et Domino Domino Bonifatio digna dei providentia pape nono vel eius successori canonice intranti vel cui prefatus summus pontifex vel eius successor mandabit quantitatem debitam et debendam dicto Domino summo pontifici et Romane Ecclesie pro censu secundum formam capitulorum pacis editorum inter dominum summum pontificem et dictam Romanam Ecclesiam ex parte una et dictum Comune Perusii ex parte altera. Et huiusmodi solutionem facere et fieri facere Dum tamen precedat semper deliberatio super una quaque solutione facienda dictorum dominorum priorum vel alicuius eorum per dominos priores et Camerarios Artium Dicte Civitatis qui pro tempore fuerit obtento partito super una quaque deliberatione et solutione facienda inter dictos dominos priores Et Camerarios ad bussolam et fabas albas et nigras saltem per duas partes consilii Et aliter vel alio modo solutionem facere non possint nec debeant quoquo modo.

De solutione facienda gentibus armigeris. R. 305

Item possint ipsi Conservatores et debeant secundum pacta et conventiones firmata et firmandas seu firmandos cum quibuscumque gentibus armigeris equitibus seu peditibus quocumque modo vel forma conductis seu in posterum conducendis vive et secundum formam et ordinem statutorum predentium in presenti volumine contentorum solvere et solvi facere de quacumque pecunia dicti Communis que ad eorum manus

pervenit seu pervenient quoquo modo et occasione eorum offitii quecumque stipendia et provisiones cum solutione gabelle vel sine prout cum talibus gentibus firmatum fuit seu convenctum vel firmabitur quomodolibet in futurum. — Et similiter possit solvere Capitaneo eligendo cum quinquaginta lanceis peditibus seu cum balistariis ad custodiam dominorum priorum.

De salario solvendo dominis prioribus artium etc.

306 ¶ Item dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant dominis Prioribus Artium Civitatis Perusii qui pro tempore fuerint. videlicet pro quolibet offitio Prioratus dominorum includendum in totum pro eis et eorum notario pro salario eorum et provisione florenos Quingentos settuaginta duos de auro libras tres et soldos sedecim perusinorum sine aliqua solutione vel retentione gabelle. solvendo dimidiam dicte quantitatis in principio eorum offitii et aliam dimidiam in principio sequentis mensis cuiuslibet temporis bimestralis. Et quod Conservatores Massarii et debitores Communis possit cogi ut patet in statuto de offitio dominorum Priorum. Capitulo. xxxvii.

De salario Camerario cum Artium etc.

307 ¶ Item dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant dominis Camerariis Artium vel eorum procuratori pro toto tempore semestrali ducentos florenos de auro sine aliqua solutione gabelle solvendos pro rata de duobus mensibus in duos menses cuilibet sive congregaverint se sive non. Et quod quicumque non venerit ad consilium post sonum campane solvat nomine pene decem soldos pro vice qualibet applicandos ad dominos Priores qui pro tempore fuerint. de quibus ipsi domini Priores teneantur fieri facere executiones sicut in presenti statuti volumine latius continetur. sub pena quali et quomodo tenentur Camerarii etc.

308 ¶ Item dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant. Domino potestati Civitatis Perusii pro suo offitialium et famulorum salario pro tempore semestrali temporibus et prout in eius electione continetur duo milia florenorum de auro cum solutione gabelle.

De salario solvendo domino Capitaneo et maiori etc.

309 ¶ Item dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant. Domino Capitaneo Populi maiori Syndico Iudici Iustitie pro suo offitialium et famulorum salario pro tempore semestrali florenos millequadringentos de auro temporibus et prout in eius electione continebitur cum debita tamen solutione gabelle.

De salario solvendo Cancellario Communis Perusii etc.

310 ¶ Item dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant Cancellario Communis Perusii pro eius salario pro anno quolibet florenos ducentos vinghitiotto sine solutione gabelle solvendos temporibus in eius electione declaratis.

De salario solvendo abreviatori reformationum Communis Perusii etc.

311 ¶ Item dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant. Abreviatori reformationum Communis Perusii pro eius salario Anno quolibet florenos Centumsettuaginta de auro sine sine aliqua solutione vel retentione gabelle solvendos temporibus in eius electione declaratis.

De salario solvendo Capitaneo custodie palatii dominorum priorum etc.

312 ¶ Item dare et solvere teneantur et debeant Capitaneo custodie palatii dominorum Priorum pro tempore semestrali florenos Trecentos quinquaginta de auro cum debita solutione gabelle solvendos temporibus et prout in eius electione exprimitur.

313 ¶ Item dent et solvant et solvere teneantur et debeant. Ser Antonio Allentii de Pero

et Bz xpoforo bagnutii de Gualde deputatis ad servitium dnoz prioz pro eoz et famuloz salario mense quolibet quantitatem otentam in eoz conducta et famuloz seu refirma tam facta qz facienda sicut apparebit p formam ordinamentoz factz ppea seu faciendoz p dnos Priores et Camerarios dcte Civitatis qui pro tpre fuerint. qui eoz refirma et famuloz omni mce facere possint prout et sicut de eoz processerit voluntate narratione aliqua non obstante. Et similiter solvere debeant usque in dcam summam cuilibet alteri offitiali post depositum offitium seu refirmam dcoru

De salario solvendo electionariis offitialiu forensiu. R.

314 Item dent et solvant Electionariis v3 Dni Potatis Dni Capitanei ppli et Maioris Syndici ad mandatum faciendum p dnos Priores Artium dcte Civitatis pro triginta diebus salarium consuetu. v3 in totum inter electionarios notarium et Syndicum florenos Centum viginti de auro proquolibet offitio electionariorum Potatis et Capitanei cu debita retentione gabelle.

315 Item dent et solvat electionario notario et Syndico ad eligendum Capitan custodie palatij dnoz priorum pro quindeam diebus inter oms Triginta sette florenos cum dimidio de auro cu debita solutione gabelle.

De salario solvendo consultoribus Syndicatoz offitialiu forensiu. R.

316 Item dent et solvant et dare et solvere teneantur cuilibet consultori forensi eligendo ad consulendum Syndicatoribus Potatis vel Capitanei Maioris Syndici Civitatis perusij visa solum lra eius electionis usque in quantitatem Quadraginta floz pro quolibet cum debita retentione gabelle prout in lra dirigenda p Coe Perusij pro tali electione fuit declaratu sine alio mandato.

De salario solvendo consultori Cam Conservatoz. R.

317 Item dent et solvant uni consultori Cui quem Conservatores elegerint pro suo salario pro tpre semestri Qui sit consultor dce Camere in casibus sm formam Statutoz dce Camere premissis in totum florenos quinque de auro sine alio ordinameto vel mandato.

De salario solvendo Conservatoribus venete et eoz notariis et famulo et nuntio et marzarius. R.

318 Item q dci Conservatores possint pro seipsis et eoz salario retinere de quinque

pecunia dicti Comunis pro tempore semestrali libere licite et impune florenos quidecim de auro pro quolibet eorum et ad dictam rationem si pro maiori tempore eligerentur possint salarium ut supra promictitur retinere.

319 Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant sine precepto vel mandato duobus notariis eorum Camere pro eorum et cuiusque eorum salario pro tempore semestrali florenos viginti de auro et ad dictam rationem si pro maiori tempore eligerentur similiter possint soluere prout capiet et sumabit.

Item possint et debeant dare et soluere sine alio precepto vel mandato duobus fancellis dumtaxat super introytibus et exitibus per ipsos eligendis pro tempore semestrali usque in quantitatem Quadraginta florenorum de auro in totum sicut dictis Conservatoribus videbitur fore decens. Et si electi fuerint pro uno anno durante eorum offitio soluere possint usque in quantitatem sexaginta florenorum de auro in totum pro tempore unius anni. Predicta non vendicent sibi locum in presentium Conservatorum fancello qui sit solus.

Item dent et soluant et dare et soluere debeant et possint uni nuntio per ipsos Conservatores eligendo pro suo salario unum florenum pro quolibet mense.

Item possint dare et soluere sine alio precepto vel mandato uni vel duobus marufinis per ipsos Conservatores eligendo seu eligendis prout ipsis Conservatoribus opportunum videbitur usque in quantitatem trium florenorum pro quolibet eorum et mense quolibet.

De salario solvendo notario super registris. R.

320 Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant sine alio precepto vel mandato de pecunia eorum Camere que pervenit seu perveniet ad eorum manus notariis dicte Camere super registris deputatis et in posterum deputandis pro eorum salario ad rationem Quadraginta florenorum de auro pro quolibet anno soluendo temporibus et prout in eorum electione seu conducta latius apparebit sine aliqua retentione gabelle.

Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant Offitiali super Bolletino de pecunia et avere Comunis sine alio precepto vel mandato pro se et aliis suis offitialibus ad rationem otto florenorum de auro pro quolibet mense inter omnes visa electione eius dumtaxat sub pena Centum librarum. 321

Item dent et soluant et dare teneantur et debeant Fratribus Sancti Dominici anno quolibet in festo corporis Christi sine alio precepto vel mandato libras Quinquaginta denariorum pro helemosina facienda dicto festo. 322

Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant Offitiali et notario revisionum mostrarum Cassarorum et fortilitiorum Comunis Pisarum pro eorum salario pro quolibet die quo equitaverint pro eorum offitio exercendo triginta soldos denariorum pro quolibet equo videlicet offitiali pro duobus equis et notario pro uno equo. Qui offitiales et notarius debeant scribere et inventarium facere de omnibus massaritiis et munitionibus ipsorum Cassarorum. Et de hoc et eorum offitio debeant syndicari. 323

Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant magistro Angelo ... pulsatori quitarre in refectorio dominorum Priorum pro anno quolibet duodecim florenos de auro soluendos pro rata de mense in mensem videlicet ad rationem unius floreni auri pro mense quolibet sine solutione gabelle. 324

Item in festo Sancti Constantii pro una veste sine divisa honorabili decem florenos de auro in dicto festo facienda sine solutione gabelle.

De salario seu stipendijs soluendis caballarijs forensibus et cursoribus Ciuibus seu forensibus. F.

325 Item quod dicti Conseruatores possint et eis liceat pro oportunitatibus dicti Comunis Conducere ad stipendium seu salarium dicti Comunis usque in quattuor caballarios Et usque in quinque cursores Ciues districtuales seu forenses. Et ipsis cabalarijs de quacumque pecunia dicti comunis sine alio precepto vel mandato dare et soluere pro quolibet et quolibet mense usque in nouem florenos. Et cursoribus pro quolibet eorum et quolibet mense usque in quinque florenos prout ipsis Conseruatoribus videbitur conuenire. Possint et dicti Conseruatores soluere omnem quantitatem pecunie pro licteris destinandis secundum mandatum dominorum Priorum obtento tamen partito per nouem ad minus ex numero decem priorum ad bussolam et fabas albas et nigras.

De salario soluendo offitiali Ciui eligendo super mostris faciendis et de gentibus armigeris gentium armigerarum. F.

326 Item predicti Conseruatores possint et eis liceat deputare et eligere super mostris faciendis et de gentibus armigeris Unum Ciuem in offitialem ire debentem cum offitialibus publicandis ad recipiendum mostras gentium armigerarum quarumlibet tam in Ciuitate perusij quam extra. et tali offitiali soluere pro suo et equi salario pro die quolibet ad rationem triginta soldorum pro quolibet die. Dum tamen dictum salarium in totum non possit excedere summam viginti florenorum pro tempore semestrali.

De quarta parte punctaturarum soluenda offitialibus super mostris signorum gentium armatarum. F.

327 Item predicti Conseruatores possint teneantur et debeant sine alio precepto vel mandato dare et soluere Offitialibus super mostris gentium armigerarum, Castellanorum Potestatum et aliorum quorumcumque offitialium forensium iuxta et secundum exigentiam statutorum in presenti uolumine contentorum quartam partem omnium et singularum punctaturarum. Scilicet quantitatum que remanserint propterea in Comuni. seu in ipsum Commune uenerint quoquomodo. et huiusmodi solutionem facere quotiens iuxta decretorum statutorum exigentiam de quacumque pecunia dicti Comunis que peruenit seu perueniet ad eorum manus.

De salario soluendo custodibus portarum et de eorum uacatione et modo. F.

328 Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant Custodibus portarum Ciuitatis burgorum et subburgorum Perusij pro eorum et cuiusque eorum salario pro mense quolibet sine alio precepto vel mandato solum uisa electione facta per Offitiales custodie Ciuitatis perusij florenum unum de auro et soldos quadraginta. Ita tamen quod ipsi custodes non possint nec debeant excedere in totum numerum Triginta otto custodum. Et quod quilibet uacasse debeat ab offitio talis custodie bimestrali per sex menses et aliter solui non possit nec debeat quoquomodo. Et quod ipsi custodes scribi debeant per notarium super conductis per propria et signa sicut describuntur stipendiarij. et de eis possit et debeat reuideri mostra sicut fit de stipendiarijs vel de famulis offitialium Ciuitatis ad soluendum punctaturas teneantur sicut ipsi. Et quod non possit vel debeant quoquomodo per substitutum seruire, sed solummodo per se ipsos circa custodiam antedictam. Saluo quod talis uacatio non uendicet sibi locum in Johe petri porte solis et par... sancte marie noue.

De pecunia soluenda pro abundantia facienda. F.

329 Pro nutrimento populi perusini et Abundantia facienda. Conseruatores pro ... possint teneantur et debeant ad mandatum et prouisionem faciendum per dominos priores et Camerarios Artium Ciuitatis perusij de tempore in tempus prout necessitas postulabit dare et soluere vel numerare offitialibus abundantie dicti Comunis pro grano emendo aut emi faciendo de quacumque pecunia dicti comunis que peruenit seu perueniet ad eorum manus occasione eorum offitij omnem quantitatem

florenoꝝ seu pecunie et omi vice totiens quotiens et prout ꝛ sicut ꝑ dños priores et Camerarios qui pro tempore fuerint extiterit provisum quodolibet seu mandatum aliquo nõ obstante.

De quantitate mutuanda emptoribꝫ campionis ... PZ

330 Item dci Conservatores possint teneantur et debeant de quacumqꝫ pecunia dci Coīs que pervenit seu perveniet ad eoꝝ manus seu ex aliis spetialibus introitibus deputandis ꝑ dños priores et Camerarios Artium Civitatis ꝑusii dare solvere et mutuare Emptoribus Campionis Carnium dci Communis omi vice qua dcum Campione vendetur et pro ipso faciendo et conservando de tempore in tempus sm declaratione facienda ꝑ dños priores et Camerarios qui pro tpre fuerint usqꝫ in summam duoꝝ milium florenoꝝ pro qualibet vice solum visa declaratione ꝑ dcos dños priores ut supra pmictitur facienda et otractu ꝑpea celebrato.

Quod mutuantibus aliquam quantitatem Conservatoribus restitutio fieri possit sine solutione gabelle. PZ

331 Item Conservatores ipi possint et eis liceat solvere ꝛ restituere cuicumqꝫ psone mutuanti ipis Conservatoribus pro aliquo casu necessario quodolibet vel etiã vigore alicuius ordinamenti qd fieret per Dños priores et Camerarios in aliqua opportunitate iminente dco Coī aliquam pecunie qtitatem puram sortem mutuatam sine aliqua solutione gabelle.

De pecunia solvenda revelanti tractatum et quod nõ possit exbannitum aliquem nisi seipsum rebannire. PZ

332 Item spe comodi et premii scientes conspirationem aliquam fieri aut tractari ad revelandum ardentius excitentur. Statuimus quod quicumqꝫ revelaverit aliquem tractatum vere ꝛ nõ ficte seu simulate qui quodolibet teneretur pro subversione status Coīs et ppli ꝑusini vel pro rebellando seu occupando aliquam Civitate terram Castrum seu locum seu fortilitium Communis Perusii suppositum vel recommissum vel comitatus dce Civitatis ꝑusii quocumqꝫ modo. Quod habeat et hre possit et debeat pro remuneratione eius illam qtitatem floꝝ seu pecunie que quodolibet provisa et declarata fuerit ꝑ dños priores et Camerarios Artium Civitatis ꝑusii qui pro tempore fuerint. Et quod possit et debeat si exbannitus vel condenatus fuerit in aliquo et quacumqꝫ de cã et quodocumqꝫ et qualitercumqꝫ et quotienscumqꝫ rebanniri. Et exnunc prout extūc pro rebannito et absoluto hri debeat et censeri ab omnibus processibus criminalibus condenationibus et sententiis qt eum quodocumqꝫ et quacumqꝫ de causa latis. Et ꝑ notarios pncipales Armarii et utrumqꝫ eoꝝ cassari debeant et possint visa declaratione facienda ꝑ dños priores Artium dce Civitatis qui pro tpre fuerint quoꝝ declarationi an tractatus fuit verus nõ fictus seu simulatus pro plena probatione stari et credi debeat cum effectu. Decernentes tamen quod tali revelanti nõ sit licitum vel pmissum modo aliquo Iure causa seu forma rebannire seu rebanniri facere aliquem alium exbannitum tm vel condenatum tm dci Coīs pntem vel futurum nisi dumtaxat seipm. sed hre possit provisionem seu remunerationem ut supra exprimitur declarandam quã remuneratione prout declarata fuit Conservatores monete possint teneantur et debeant solvere de quacumqꝫ pecunia dci Coīs in ea qtitate et summa prout ꝑ ipos dños priores et Camerarios extiterit quodolibꝫ provisum vel declaratum obtento tm sup tali provisione ptito inter dños priores et Camerarios distincte ad bussolas et fabas albas et nigras adminus ꝑ duas partes utriusqꝫ offitii seu coslii ipsorum.

De pecunia solvenda pro ... et affectione ... PZ

Item denarii solvant et dare et solvere teneantur et debeant de quacumqꝫ pecunia dci Communis que pervenit seu perveniet ad eoꝝ manus ad declarationem ꝛ mandatū dumtaxat dñoꝝ priorum et Camerariorum Artium Civitatis ꝑusii qui pro tpre fuerit omem qtitatem floꝝ seu pecunie quod quodocumqꝫ ꝛ qualitercumqꝫ declarata fuerit seu 333

premissa per dominos Priores Artium. videlicet per novem ad minus in concordia, et Camerarios Artium videlicet Triginta quinque ad minus in concordia obtento partito distincte inter eos ad bussolam et fabas albas et nigras pro actonamine fortificatione et perfectione Castrorum Clusii perusini. videlicet burgi novi Pogeli et turris pontis Clusii, vel aliorum eorum. Et pro quibuscumque munitionibus opportunis omni tempore et omni vice usque ad perfectionem dictorum Castrorum et cuiusque eorum Et solutione huiusmodi quantitatis providende seu declarande ut supra possint teneantur et debeant facere cuicumque persone, et illis temporibus et eo modo et forma et sub illis penis prout et quemadmodum declaratum fuerit per dominos Priores et Camerarios dicta forma. videlicet per novem Priores in concordia, et triginta quinque Camerarios ad bussolam et fabas ut supra aliquo non obstante.

De pecuniis solvendis pro edificatione Spedaletti.

334 P Ro utilitate publica et communi subditorum comodo pace pariter et salute: Statuimus quod pro perfectione Castri Spedaletti Comitatus perusii, Offitiales deputati seu deputandi imposterum super constructione dicti Castri Spedaletti habeant et habere debeant de mense in mensem usque ad consumationem et perfectionem integram dicti Castri Florenos Centum de auro sine solutione gabelle que quantitas de mense in mensem solvi possit et debeat secundum ordinamentum et preceptum dominorum Priorum et Camerariorum per Conservatores monete tam presentes quam qui pro tempore fuerint dictis offitialibus sine alio precepto vel mandato Et per ipsos Conservatores et eorum notarios et fancellos micti possit et debeat ad exitum opportunos, et per notarium super registris registrari et actari. pena Mille florenorum de auro recusante quolibet et vice qualibet auferendorum.

De pecuniis solvendis fratribus Cartusiensibus pro domibus Comitis Nolani.

335 I Tem dent et solvant seu ad introytum et exitum mictant Florenos Trecentos de auro solvendos super et de introytu Gabelle pedagii et gabelle grosse de pede platee vel de aliis introytibus si eis non sit satisfactum Fratri Roberto vel Syndico Capituli et ordinis Cartusiensis vel eius procuratori occasione restitutionis domorum olim Comitis Nolani et cetera sitarum in porta Solis et parochia Sancte Lucie iuxta latera et confines earum prout de predictis constat ex ordinamento manu Ser honofrii Ser Renutii notarii de perusio et porta Solis. Et solutionem dicte quantitatis seu ad introytum missionem facere debeant tempore debito et prout in ordinamento exprimitur.

De salario et electione ambaxiatorum 335 bis

Super patet

335 ter 8 viciis debendis
Emptoribus tenetur
[illegible] i[illegible]
contractus [illegible].

Vide i(n)f(ra) h. c. 29

Sup(er) patet

Cf. emptores civitatis ... et ... solvendum
Rca. 335
quater

vide i pal. c° 228

ut patet

de pecuniis solvendis et observantiis ordinamentorum ... R.

336

1389

C um multis decretis per dnos priores et Camerarios Artium Civitatis prius seu per dnos Priores ex remissionibus in eos factis per consilium dnorum Priorum et Camerariorum de mense Martii proxime preteriti et presenti mense Aprilis Anni dni Millo [iii^c] octuagesimo nono Indictione duodecima fuerint facte quedam spales provisiones et declarationes et plurima ordinamenta de quibus constat manu Ser Andree Vanis notarii depositio et nunc notarii dnorum Prior. vel manu Francisci Ser Iacobi Ser Prendeben de Monte Politiano Abreviatoris reformationum coîs Perusii per quorum exigentiam fieri debeant pagamenta per camerarium et provisoribus Camere Conservatorum et alia fieri sicut in talibus provisionibus declarationibus seu ordinamentis latius continetur. Et quia temporalia sunt et sub statutis non veniant inserenda. Decernimus statuentes. Quod Conservatores monete et notarius super registris possint teneantur et debeant absque aliquo alio precepto vel mandato omnia et singula provisa declarata vel quomodolibet ordinata seu mandata super aliquo alio facto vel casu contentis in supradictis capitulis statutorum modo aliquo seu forma que tangent Conservatores et notarium super registris aut aliquem eorum. Et maxime provisa et facta super infrascriptis casibus seu negotiis seu in favorem infrascriptorum declaratorum et etiam aliorum quorumcumque exequi observare adimplere et fieri facere in omnibus et quoad omnia in eis et quolibet eorum expressa et apposita sub quacumque verborum conceptione apparerant et illis temporibus modis et conditionibus atque penis aliquo non obstante.

Et primo pro reparatione porte volularum Civitatis Perusii et Bolagarii et muri supradicte.

Pro palatio decapite platee et Cameris
et platea palearum et lignorum facienda
et satisfactione pretii pro Casalemis ue
ditis per Commune etc.

Pro reparatione calsa Sancti Herculani.

Pro statutis copiandis et libris faciendis
et registris etc.

Pro satisfactione facienda Marco Boncagni
de ottingentis quinquaginta flor.

Pro satisfactione facienda Cecolino de
Tuderto de mutuo ducentorum florenorum.

Pro satisfactione facienda hebreis de
mutuo ducentorum florenorum.

Pro satisfactione facienda domino Petro
Venaoli vel alteri pro eo mutuanti si mu
tuaverit de quingentis florenis.

Pro quantitate mutuanda secundum formam
contractus celebrati inter Commune Perusii
et emptores Campionis carnium de mille
Quingentis flor. de auro.

Pro solutione facienda super censu et aliis
debitis Romane Ecclesie Gentili de Asi
sio de Centum florenis in anno.

Pro subventione facienda Petro de Sancto
Severino pro uno anno de quindecim florenis
in mense incipiendo in kalendis Maii presentis
annis Milli Trecentesimi ottuagesimi no
ni.

1389

Pro satisfactione facienda Baldino Cec
coli de tribus milibus ducentis quadragin
ta florenis et prout in ordinamento conti
netur super gabella pedagii in spetie et
aliis ghabellis. Et quod iura serventur de
bentibus iuridice et vere rehabere rea
liter dictas quantitates. Et si unquam illo tempore
dictis Civibus restitueretur dicte quantitates
et postmodum appareret Commune decepis
se in aliquo incidant in penam duplica
tam pecunie recepte et pro falso condepne
tur et privetur offitio benefitiorum.

De ordinamentis studii Perusini
et de arbitrio et auctoritate sapie
tum dicti studii R.

q Bonum per generale studium quod ab anti
quo viguit et viget in inclita Perusina 336 bis
Civitate de universo orbe tam docto
res scientia et fama preclari quod etiam scolares ad
dictum confluerunt et multi et infiniti scola
res viri eminentis scientie efecti sunt et doctoralibus
insignis insigniti per quos refloruit scientia viguit
Iustitia per quam regna provincie Civitates
reguntur et gubernantur quod ad magnum
decorem dicte Civitatis et rei publice et utili
tatem singularium personarum pertinuit et pertinet.
Ea propter statuimus quod ad conservationem et manute
tionem dicti generalis studii. Sapientes studii
Perusini qui de sacculo extrahentur in posterum
et etiam qui extracti sunt. seu etiam qui per dominos prio
res et Camerarios infuturum eligerentur in
sapientes dicti studii ex arbitrio generalis adu
nantie habeant et habere intelligantur vi
gore presentis statuti autoritatem baliam et
plenam potestatem et arbitrium doctores et
magistros in facultate et scientia qualibet condu
cendi eligendi novandi et deputandi cum illis
modis pactis conditionibus et salariis et pro
eo tempore quibus dictis sapientibus vel quat
tuor ex eis videbitur et placebit. Dummodo
non possint quemquam eligere pro maiori tempore
trium annorum. # Et pro satisfactione dictorum
salariorum deputandi et assignandi dictis doc
toribus et magistris per eos electis quoscumque
introytus et proventus Comunis Perusii. Et obli
gandi dictum Commune et eius bona dictis docto
ribus et magistris pro satisfactione dictorum
salariorum. Et quod dicti sapientes sint et ea intel
ligantur spetiales sindici Comunis Perusii ad
obligandum dictum Comune et eius bona et ad
deputandum et assignandum dicta salaria dictis
doctoribus et etiam medicis et magistris sic
per eos electis de quibuscumque introytibus
redditibus et proventibus dicti Comunis. Salvo
quod doctoribus et magistris iam electis per sapie
tes studii et electionibus per eos factis dura
te tempore eorum conducte preiudicari non possit.

Addo dum inceptis sic deputandi non possint [illegible] in dicte vel [illegible] [illegible] vel [illegible] sufficit vel remanere.

Addo nec possit salaria eius in [illegible] tolli [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non teneat [illegible] nullius sit valoris [illegible].

Item statuimus quod dicta salaria debeant
dictis doctoribus medicis et magistris
sic electis et conductis per Sapientes

Addo dum Sapientes debeant electiones et conductas facere de mense maii vel iunii Et priores et camerarii [illegible] in offitio fuerint teneantur mitti facere per eos et eos congregare et [illegible] facere ut dicte electiones de doctoribus et magistris fiant [illegible] pena Centum librarum pro quolibet eorum. Et [illegible] teneantur dicti Sapientes si negligentes fuerint in predictis per quolibet ipsorum. Cuius pene medietas applicetur comuni Perusii [illegible] [illegible] rectori studii [illegible] [illegible] [illegible] executioni faciendi. Et [illegible] conducte sive electiones dicto tempore facte non fuerint [illegible] [illegible] conducte sive electi de dictis doctoribus et magistris absque nova electione sive conducta eo modo et forma et [illegible] illis salariis sic erat per [illegible] temporibus [illegible]. Et quod [illegible] [illegible] per Rectorem studii debeant dictis doctoribus et magistris cathedre assignari. Qui Rector sub pena amissionis sui salarii teneatur dictis Sapientibus [illegible] [illegible] de dictis conductis faciendis [illegible] eis pena [illegible] [illegible]. Et omnis [illegible] [illegible] sive [illegible] data vel assignata vel que daretur vel assignaretur dictis [illegible] [illegible] [illegible] in conductis [illegible] [illegible] alio modo vel [illegible] monete in solucione [illegible] ultra vel preter formam et modum tradictum vigore presentis [illegible] vel aliorum [illegible] sit nullius valoris vel momenti. Et ex [illegible] [illegible] et [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] inviolabiliter observari et nichil possit dici [illegible] vel opponi Non obstantibus [illegible] [illegible] vel reformationibus vel legibus [illegible] [illegible] vel [illegible] [illegible] derogatum expresse.

studii qui pro tempore erunt solum hoc modo et infra scriptis terminis. videlicet medietas eorum salarii in festo nativitatis domini nostri yhesu xpisti et alia medietas in festo resurrectionis domini nostri yhesu xpisti quolibet anno annorum electionis et conductionis facte per dictos sapientes de dictis doctoribus medicis et magistris. Quilibet tamen doctor et magister sic electus et conductus quolibet anno sue electionis et conducte infra .xv. dies ante festum nativitatis domini nostri yhesu xpisti et infra quindecim dies ante festum resurrectionis domini nostri yhesu xpisti teneatur facere fidem de sua lectura ad quam deputatus est per dictos sapientes coram Collacterali domini potestatis vel domini Capitanei Civitatis perusii et coram rectore dicti studii vel eius locum tenente per duos scolares secum iurantes qua probatione sic facta consequi et habere debeant dicta salaria in dictis terminis superius expressis, exceptis doctore decretorum et doctore voluminis et medico cirusico electis a dictis sapientibus Quibus sufficiat probare de eorum lectura ad quam deputati sunt per tres scolares secum iurantes. licent.

Additio nec possit dictum salarium eius in toto vel in parte aliquo modo auctoritate aliqua tolli suspendi vel differri ante solutionem debitam predictis stipendiis Et si contra fieret non teneat ipso iure et nullius sit valoris et momenti.

Item statuimus quod in qualibet scientia et facultate semper esse debeant doctores et magistri sufficientes et necessarii ad minus in numero infrascripto. videlicet in iure canonico Quattuor doctores ad minus quorum unus legat decretum de mane alius doctor legat decretales de mane alius doctor legat decretales de sero, alius doctor legat sextum et clementinas de sero. Item in iure civili sint ad minus ~~[illegible]~~ (additio quinque) doctores videlicet doctor qui legat ordinarie de mane, (additio doctor qui legat ordinarie de sero doctor qui legat extraordinarie de mane et de nocte) doctor qui legat extraordinarie de sero, doctor qui legat volumen ~~de sero~~. Item in medicinalibus sint septem doctores. videlicet doctor qui legat de mane doctor qui legat in meridie, doctor qui legat de sero. Item unus doctor ad practicam. Item unus doctor qui legat cirusiam Item unus doctor qui legat logicam et philosophiam Item unus doctor qui legat astrologiam Item unus alius licet non doctor qui legat artem notarie. Item quinque magistri in gramaticalibus qui legant et doceant gramaticam et alios quoscumque autores. videlicet unus pro qualibet porta. Item unus magister ad reactandum ossa. Item unus magister geometricus qui legat et doceat abbacum. Possint tamen dicti sapientes ultra dictum terminum plures doctores et magistros eligere et salaria constituere et concurrentes dare, et de hora legendi providere prout et sicut dictis sapientibus videbitur convenire pro utilitate et augmento dicti studii.

Item statuimus quod nullus possit eligi in aliqua scientia ad sedem ordinariam vel extraordinariam nisi electionis tempore sit doctor, alias electio sit ipso iure nulla Exceptis magistris qui legunt gramaticam et excepto magistro ad reactandum ossa Et excepto magistro qui legit et docet abbacum qui eligi possint licet doctores non sint.

Item statuimus quod nullus doctor in iure Civili nec Canonico nec medicina possit eligi per dictos sapientes ad legendum in diebus dominicis, vel aliis diebus festivis alias huiusmodi electio sit ipso iure nulla, nec talis electus possit consequi aliquod salarium a Comuni perusii. licent

Item statuimus quod dicti sapientes possint quolibet anno expendere de avere et pecunia comunis perusii et de quibuscumque introytibus dicti comunis usque in quantitatem duorum milium florenorum inclusive et non ultra pro salariis dictorum doctorum et magistrorum et rectoris dicti studii.

Item statuimus quod Conservatores monete Comunis perusii qui sunt et pro tempore erunt debeant et teneantur recipe

refutationes de salariis debitis et promissis per dictos sapientes a dictis doctoribus et magistris electis et conductis per dictos sapientes et dicta salaria eis solvere secundum formam eorum conductionis et electionis visis dumtaxat instrumentis eorum conducte et probationibus de eorum lectura factis secundum modum suprascriptum et temporibus suprascriptis quibus dicta salaria solvi debent dictis doctoribus et magistris sub pena quinquagentarum librarum denariorum cuilibet dictorum conservatorum contrafacienti eisdem auferendarum et communi perusii applicandarum per quoscumque offitiales dicti communis. Et nichilominus post dictos terminos sic elapsos dictas refutationes recipere teneantur et debeant dicti conservatores a dictis doctoribus et magistris sic electis et conductis et dicta salaria eis solvere prout supra est expressum.

Item statuimus quod nulla electio fieri possit de aliquibus doctoribus vel magistris ad legendum cum salario vel sine salario in studio perusino per alios quam per dictos sapientes studii.

Item statuimus quod sapientes studii quando eligunt doctores vel magistros in aliqua scientia vel facultate in huiusmodi electione et tempore electionis declarent et exprimant qui debeant legere de mane et qui debeant legere in meridie et qui debeat legere de sero [addo vel alia hora]. Et quod huiusmodi doctoribus et magistris non liceat nec possint legere alia hora quam eis deputata per dictos sapientes. Et si secus fecerint consequi non possint nec debeant salarium eis promissum per dictos sapientes. Et si illud consecuti fuerint teneantur restituere communi perusii.

Item statuimus quod nullus doctor vel magister possit legere alium librum quam illum ad cuius lecturam electus et deputatus est per dictos sapientes quando ad illum alium librum legendum esset alius doctor electus per dictos sapientes et si secus fecerit suo salario ipso iure sit privatus.

Item statuimus quod doctores forenses salariati per dictos sapientes qui venerunt ad legendum in perusino studio et etiam scolares forenses qui venerunt ad studendum in dicto studio sint exempti et immunes a solutione gabellarum et cuiuslibet pedagii donec in dicto studio permanserint ad legendum et studendum tam in eundo quam in redeundo. Aliis autem immunitatibus et exemptionibus gaudeant de quibus fit mentio in presenti volumine statutorum. Et insuper dicti doctores et scolares donec et quousque in dicto studio legerint et studuerint sint et habeantur pro civibus originariis perusinis tam in civilibus quam in criminalibus. Excepto quod non possint habere aliqua offitia in dicta civitate. [Addo que solum sunt habere cives perusini.]

Item statuimus quod nullus doctor perusinus electus cum salario per dictos sapientes debeat mitti pro ambaxiatore ad aliquam civitatem vel dominum nisi de licentia et mandato dominorum priorum et camerariorum. Et si mitteretur in ambaxiatam a dictis dominis prioribus et camerariis consequi debeat salarium sibi promissum per dictos sapientes ac si legisset tempore quo stetit in servitium communis pro dicta ambaxiata.

Item statuimus quod rector dicti studii quolibet anno quo rector fuerit habere debeat a conservatoribus monete communis perusii de quibuscumque introytibus ipsius communis pro suo salario [Addo viginti quinque florenos auri].

Item statuimus quod nullus possit eligi in rectorem dicti studii per eos ad quos spectat electio nisi pro uno anno dumtaxat et a dicto rectoratus offitio vacare debeat per triennium computandum a die finiti offitii dicti rectoratus. Et si secus fieret talis electio

sit ipso iure nulla; Et eligentes puniantur pena Centum librarum denariorum applicanda Comuni Perusii. Add° Possit tamen dispensari per universitatem et per dominos priores artium Perusii.

¶ Item quod in pertinentibus ad iurisdictionem rectoris studii doctores et scolares forenses debeant in licitis et honestis obedire dicto Rectori. Exceptis scolaribus domus sapientie qui sint et intelligantur esse exempti ab omni iurisdictione dicti rectoris. Et etiam exceptis scolaribus gramatice qui similiter sint exempti a dicta iurisdictione. Add° Item quod studentes religiosi et etiam magistri in sacra pagina in omnibus habeantur ac si essent doctores et scolares universitatis studii Perusini. = Item quod nec rector nec camerarius universitatis possit obligare universitatem studii nisi mandato speciali habito. = Item quod tempore sindicatus rectoris et camerarii universitatis studii debeant priores collegii eligere duos doctores qui sint cum sindicis electis per universitatem pro Rectore et camerario sindicando.

¶ Item quod omnes offitiales comunis Perusii quocumque nomine censeantur debeant favere dicto rectori et eorum auxilium eidem impertiri circa executionem eorum que pertinet ad iurisdictionem dicti rectoris. Et mandata licita et honesta dicti rectoris executioni mandare.

¶ Item Statuimus quod quilibet scolaris forensis debeat dare et solvere doctori sub quo intrat unum florenum anuatim pro collecta sicut ab antiquo consuetum est fieri ad quam solvendam cogi possit et debeat talis scolaris per rectorem studii Perusini. Et si dictus rector in predictis esset negligens puniatur pena Centum librarum denariorum applicanda Comuni Perusii. Et ei de facto auferenda per quoslibet offitiales comunis Perusii.

¶ Quoniam retroactis temporibus multi scolares in studio perusino studuerunt postmodum in scientia profecerunt et ad alia studia se contulerunt Et in illis studiis privatam vel publicam receperunt, nec privatam nec publicam in studio perusino receperunt propter graves et inmoderatas expensas quas eos facere oportebat tam in privato examine quam etiam in publico. Quas expensas tales doctorandi subire non poterant quod inde decus dicte Civitatis et studii perusini diminutionem recepit. Ideo dictas expensas volentes refrenare et [...] bassare et limitare ad hoc ut dicti scolares doctoratum in perusino studio suscipiant. Statuimus et ordinamus quod nullus doctorandus in aliqua scientia et facultate in perusino studio possit nec debeat confectiones dare tempore sui privati examinis nec tempore quo recepit publicam nisi aliter de ipsius doctorandi processerit voluntate. habita tamen prius licentia a dominis Prioribus Civitatis Perusii.

Item non teneatur nec debeat dare universitati dicti studii nisi unum flor.

Item non teneatur nec debeat dicto rectori nisi unum flor.

Item non teneatur nec debeat dare priori doctorum studii perusini nisi duas libras confectionum.

Item non teneatur nec debeat dare priori doctorum quinque flor. anuatim quos prius dare ei consueverat pro rectoris utilitate vel doctorum omnino.

Item non teneatur nec debeat dare doctoribus capellinas quas prius eis dare consueverat [add° nisi de doctorandi processerit voluntate] sed solos chirotecas preter quod doctoribus sub quibus recepit publicam quibus teneatur et debeat dare capellinas et chirotecas quarum capellinarum quelibet sit valoris viginti quinque soldorum.

Item non teneatur nec debeat dare notario universitatis dicti studii nisi medium flor.

Item non teneatur nec debeat dare doctori principali sub quo principaliter examinatur et publicam recepit nisi ~~duos~~ tres flor. anuatim pro eius indumento. Ceteris autem doctoribus sub quibus secundario examinatur et publicam recepit debeat dare otto flor. pro dictis indumentis et minorem quantitatem quam predictam nullo modo dare debeat.

Item no teneatur nec debeat dare notario collegij doctor pusin nisi mediu florenu tantum.

Item non teneatur nec debeat dare bidello gnalis studij pusin tpre sui puati examinis nec in tpre quo talis scolaris recipit publicam nisi duos flor tm. add. duos duos flor duos bidelli hec nc debent nisi pneant madans propius doctorum in pptulis ad studium.

Item no teneatur nec debeat dare doctoribus qui intersunt in puato examine nisi duos flor tm vz. cuilibz doctori unu flor tpre priuati examinis, et aliu flor tpre quo recipit publicam Et minorem qtitatem q pdictam dare no debeat exceptis doctoribus sub quibz recipit publicam quibz dcos flor dare no debeat.

Item nc teneatur nec debeat dare Episcope pusine pro puilegijs doctoratus nisi otto flor tantu, et ad nichil aliud soluendum teneatur dco epo.

Item nc teneatur nec debeat dare magro lignaminu pro bancis que ponuntur tpre quo recipit publicam, et qui magister illas bancas comodat doctorando tpre conuentus nisi duos flor auri.

Item no teneatur nec debeat dare campanario sci laurentij qui pulsat campana tpre priuati examinis, et tpre quo conuentuandus recipit publicam nisi unu florenu tantum.

Item nc teneatur nec debeat dare tubatoribus cois pusij qui tubant tpre quo doctorandus recipit publicam nisi duos flor tm.

Item statuimus q quicuqz doctor vel scolaris sic conuentuandus fecerit ctra pdcta q pprimeuc' debeat pena Centu librarum den de fco et auferenda p quoscuqz offitiales comunis pusij.

q bonam multis tpribz retroactis scolares studentes in pusino studio post eorum priuatum examen ad doctoratum promouebantur secrete et secrete et clandestine, doctoratus insignia recipiebant, nec faciebat publicatn publice nec doctoratus insignia recipiebant publice in dca maiori ecclesia qd redundabat in magnam uerecudiam dce Ciuitatis, Et in magnu dedecus pusij studij. Statuimus q decetero nullus scolaris Ciuis nec forensis in dco studio studens ad puatum examen recipiatur, nec ad doctoratum pmoueatur, nec doctoratus insignia recipe possit ab aliquo doctore Ciue nec forense nisi huiusmodi publicam et publice faciat in dca maiori Ecca pus. Et ibidem publice doctoratus insignia recipiat a suis doctoribus. add. Saluo nisi esset pauper et d' pauptate ei fieret declaratio duorum ptiu doctorum collegij missis i obtentis partitis int eos ad bussolas pabas. Et illud idem statuimus in scolaribus qui in alijs studijs studuerunt et uenientibus ad studiu pusinu et doctorari uolentibus. Et quicuqz doctor vel scolaris ctra pdca uenerit puniatur pena Centum flor auri applicanda coi pusij Et eidem de fco auferenda p quoscumque offitiales cois pusij.

Item statuimus q si aliquis scolaris in alio studio q pus fuit examinatus in aliqua scia vel facultate Et in priuato examine approbatus p doctores de qua approbatione et examinatione appareat p publicu instrum et uelit doctoratum suscipere in perusino studio q tunc possit doctoratum suscipere sine nouo examine.

Item statuimus q rector domus sapientie pus qui e p tpre erit teneatur et debeat recipe Juramentum ab omnibus scolaribus dce domus qui nunc sunt et in futuru erunt q no suscipiant priuata nec publicam nisi in studio pusino Et si talis scolaris noluit dcm Juramentum prestare q tunc p rectorem dce domus expelli debeat de dca domo et puetur talis no Jurans

omni privilegio comodo et utilitate dicte domus, et de cetero recipi non possit nec debeat in dicta domo pena Rectori dicte domus qui in predictis negligens fuit Centum librarum denariorum applicanda comuni perusii et ei de facto auferenda per quoscumque offitiales comunis perusii.

Confirmatio privilegiorum concessorum scolaribus et immunitas declarata in solutione pedagii et gabelle tam pro doctoribus forensibus quam scolaribus. R[ubrica].

c

337

Cum sacris canonibus et Imperialibus constitutionibus Studentibus immunitas sit concessa, et potissime circa immunitatem et exemptionem absolutionis gabellarum pedagii pro libris arnesibus atque salmis et rebus eorum, et dudum per Comune perusii, et exigentiam statutorum in primo volumine contentorum sub rubrica, ordinamenta studii etc quedam scolaribus privilegia sint indulta, et sepe numero ad solutionem pedagii et gabelle pro libris et arnesibus eorundem fuerint molestate ut ipsa privilegia sicut convenit observentur pro augmento studii perusini presenti capitulo duximus statuendum. Quod omnia et singula privilegia et gratie que non sint contra exigentiam presentium statutorum, nec possint ipsis in aliquo derogare hactenus quomodocumque concesse vel concessa perusii et maxime vigore dicti statuti in primo libro contenti sub capitulo. CCXII°. sub rubrica ordinamenta studii vel alio quoque modo studio perusino doctoribus seu scolaribus sint et esse intelligantur confirmata et de novo concessa et indulta, Et ea omnia concesserunt et indulxerunt de novo et protinus confirmaverunt. Ita quod de cetero possint et debeant in omnibus et singulis et quoad omnia et singula exequi adimpleri, et observari effectualiter, iuxta et secundum exigentiam ipsorum in ea parte, et partibus que non sint contra dispositionem presentium statutorum vel alicuius eorum modo aliquo seu forma nec possint in aliquo quodolibet derogare.

Et ut in posterum in solutione pedagii et gabelle grosse nullatenus molestentur decrevimus statuentes quod quicumque doctor forensis qui in posterum veniet conductus vel aliter electus ad legendum in studio perusino, Et quilibet scolaris forensis qui ad Civitatem perusii venerit ad studendum sint et esse intelligantur liberi et immunes et protinus exempti a solutione pedagii et gabelle grosse de pede platee pro quibuscumque eorum libris et salmis pannamentorum et arnesium veterum ad eorum et familie ipsorum usum in introytu Ita quod ratione introytus, et donec steterint in ipsa Civitate, non possint nec debeant nec teneantur aliquid solvere propterea quoquomodo. In exitu quoque pro incremento studii declaramus quod nulli scolari vel alteri cuicumque pro eo liceat extrahere vel extrahi facere libros aliquos si scolaris studens fuerit in iure canonico Civili seu medicinalibus non fuit licentiatus in Civitate perusii vel doctoratus et aliter vel alio modo, et si gabellam solveret pro exitu nullatenus sit permissum tales libros alicui ex talibus scolaribus vel alteri cuicumque pro eo, directe vel indirecte extrahere seu extrahi facere quoquomodo. Arnensia vero et pannamenta possint extrahere sine gabella, ut in introytu et exitum. Si autem fuerit licentiatus seu doctoratus liceat libros et alia supradicta extrahere, et extrahi facere sine solutione pedagii prout supra de introytu et exitum cum bolletino tamen dominorum priorum Artium qui pro tempore fuerint. Doctoribus quoque forensibus qui conducti vel aliter electi ad legendum venissent, sit licitum cum recedere vellet cum bollectino tamen dictorum dominorum priorum Artium dicte Civitatis qui pro tempore fuerint, libros eorum, et alia supradicta sine admissione tamen librorum bonorum seu rerum aliorum extrahere sine solutione pedagii et gabelle et extrahi facere prout de introytu et exitum. Alii vero

scolaribus et scolaribus iuris canonici civilis et medicine sit licitum et permissum cum boletino dominorum Priorum Artium predictorum eorum libros et alia supradicta extrahere et extrahi facere sine solutione pedagii et gabelle sine admissione in libro aliorum vel arnensium seu bonorum quarumlibet aliarum personarum. — Et si quis in premissis vel aliquo eorum fraudem commiserit quoquomodo quod ipso facto perdat libros et arnesia quelibet atque salmas et solvat pro libro quolibet pene nomine centum libras denariorum cuius pene et librorum et salmarum et arnesium repertorum dimidia sit reperientis et alia sit communis et quilibet offitialis debeat executionem facere ipso facto contra huiusmodi fraudantes sub dicta pena vice qualibet auferenda. Decernentes ad hoc ut si contingeret gabellam ipsam vendi ne contra predictorum exigentiam gabella ullatenus exigatur quod una quaque venditione que fieret talis exemptio et immunitas intelligatur esse apposita et expressa et sit eo ipso. et quod talis venditio cum et sub tali exemptione fiat et fieri debeat et facta esse intelligatur ipso facto etiam si specialis mentio non fieret in eadem quotiens contingeret eam vendi modo aliquo seu forma aliquo non obstante.

De pecunia solvenda per conservatores pro libris carta vernice atramento et cera pro camera eorum. R.

338 Conservatores monete possint pro carta libris vernice atramento et cera quodlibet opportunis in eorum camera de quacumque pecunia dicti communis que pervenit seu perveniret ad eorum manus expendere pro quolibet tempore semestrali usque in quantitatem triginta florenorum de auro sine alio precepto vel mandato.

De pecunia expendenda per conservatores pro actonamine tectorum hostiorum et fenestrarum camerarum quod ...matur. R.

339 Pro utilitate publicorum bonorum determinimus. Quod conservatores monete possint expendere sine alio mandato ex pretiis que ex cameris coptimatis seu coptimandis per conservatores pervenire debent ad eorum cameram pro actonamine hostiorum tectorum et fenestrarum vel alicuius earum omnem quantitatem quam viderint necessario expedire. — Et que de conservatoribus dicta sunt de massariis et eorum cameris intelligantur.

Quod conservatores monete non possint expendere ultra introytus nisi certa forma. R.

340 Ut cuncta sub debita ordinatione procedant et ne tempore alicuius offitii conservatoratus expendantur introytus successorum. Statuimus quod nulli offitio conservatoratus sit licitum vel permissum modo aliquo seu forma de introytibus pervenientibus ad cameram conservatorum tempore offitii conservatoratus successoris expendere seu expendi facere directe vel indirecte quovis quesito colore aut qualitercumque aliquam florenorum seu pecunie quantitatem sine expressa deliberatione dominorum Priorum et camerariorum obtenta tamen partito prius super uno quoque casu per novem ex prioribus et triginta quinque camerariis ad bussolam et fabas albas et nigras in concordia et aliter vel alio modo non possint expendere seu expendi facere de talibus introytibus nisi dumtaxat usque in quantitatem pro toto tempore offitii conservatoratus in totum quadringentorum florenorum de auro et non ultra sine deliberatione predicta. — Et si ultra dictam quantitatem expenderent dicta forma non servata quod de eorum proprio solvisse intelligantur eo ipso et non de pecunia seu avere communis predicti quoquo modo. Et nichilominus quilibet contrafaciens incidat in penam quingentarum librarum pro vice qualibet per maiorem syndicum auferendarum aliquo non obstante.

De ultra exitus

De ultra exitus presenti statutorum volumine contentos Conservatores nichil possint expendere nisi certa forma servata. R.

341 q

Donum immoderati seu inordinati exitus non solum privatorum substantiam sed cuiuslibet opulentissime rei publice dissipant et evertunt presenti salutari capitulo duximus statuendum Quod Conservatores Monete Comunis perusii non possint nec debeant quoquo modo Iure causa seu forma directe vel indirecte per se vel alium quoqumque aut qualitercumque ultra exitus contentos in presenti volumine statutorum editorum presenti anno Millo

1400 quadringentesimo et publicatorum die ultimo Martii de quibus exitibus in precedentibus capitulis et presenti volumine mentio facta extat aliquod pagamentum seu solutionem aliquam facere vel aliquid aliud dare vel concedere de bonis aut pecunia seu rebus Comunis perusii quoquomodocumque aut qualitercumque pervenerit ad eorum manus contra seu preter formam seu exigentiam precedentium statutorum in presenti volumine contentorum et si secus vel aliter faceret quod factum fuit non teneat ipso iure. Et nichilominus pro quolibet et vice qualibet incidant in penam mille librarum denariorum per Maiorem Sindicum aut quemcumque alium offitialem dicti comunis de facto auferendarum. Et nichilominus quod solutum expensum datum seu concessum fuit de eorum proprio solvisse et dedisse intelligatur et non de avere pecunia seu bonis vel rebus Comunis perusii. Salvo quod dicti Conservatores precedente tamen deliberatione Dominorum priorum Artium dicte Civitatis qui pro tempore fuerint et Camerariorum. Et obtento partito adminus per novem ex prioribus et triginta quinque Camerariis ad bussolam et fabas albas et nigras super uno quoque casu possint et eis liceat pro compositionibus seu redemptionibus que fieret cum seu ab aliquibus societatibus gentium armatarum quod deus advertat. Aut preocupationibus Civitatum terrarum

sententiarum et decimorum. Gabella Bannorum.
Gabella mensurarum Civitatis et comitatus
perusii que deputata est pro actatione fontium et

Commun(itat)e pascue clusi p(er)usini.
Communi(ta)te pedaticorum et pastrice Maioris
malbe. Communitate montis malbe li-
gnaminis et calanariorum. Communita(te)
Cinque Camerarum sitarum sup(er) muram
i(n) domibus Camporonis. Condepnationes
que fiunt p(er) d(omi)nos potestatem et Capitaneum
maiorem Sindicum et p(er) quoscumque alios
offitiales forenses Civitatis perusii. Et
etiam conservatorem Iustitie co(mun)is perusii.
Et etiam p(er) offitiales habundantie et sala-
rie. Pertinentie et castellanarum et
aliorum offitialium solvenda i(n) d(ic)ta camera
s(ecundu)m formam statuti camere conservatorum
demostreis vendendis et pertinentiis
solvendis. Communita(te) p(ro) Postribuli
que solui debet offitialibus Massariorum
co(mun)is perusii. Introitus Censum et aliorum
qui et que annuatim presentantur co(mun)i
perusii i(n) festo s(anc)ti herculani. Gabella
duorum soldorum p(ro) qualibet libra. Omnium
quantitatum q(ue) solui debent i(n) camera
Massariorum que deputata est p(ro) manu-
tentione fontis et aque ductus et c(etera).
Item p(ro)meant et p(er)venire debeant
ad manus dominorum Massariorum. Et ad
ipsos Massarios omnis alia pecunia et
res alie d(ic)ti co(mun)is que non erunt deputate
in alia camera vel loco. et q(uod) non deberet
p(er)venire ad alios offitiales d(ic)ti co(mun)is s(ecundu)m
formam statutorum et ord(inamentorum) co(mun)is p(re)d(ic)ti. Item
q(uod) potestas et Capitaneus vel maior Sindicus
et Iudex Iustitie vel p(re)dictorum alicuius
seu aliquis offitialis co(mun)is perusii nullam
pecunie quantitatem in magnam quantitatem
vel parvam de eo quod debet p(er)venire
i(n) ca(mer)e ut ordinatum est possint deponere
vel deponi facere i(n) aliqua tabula vel came-
ra s(ed) tantum Massariis co(mun)is perusii in-
con(tinenti) reddere et dari facere teneantur
absque ullo temporis intervallo. Et qui
contrafecerit puniatur ipso facto i(n) C.

libr(is) den(ariorum) p(ro) vice qualibet de qua pena non possit
contrafaciens absolui p(er) aliquod consilium
Civitatis. Et d(omi)n(u)s Maior Sindicus et
Iudex Iustitie et eius curia possit et debeat
de p(re)missis qualibet mense i(n)quisitionem facere
publice et secrete non obstante capitulo
de i(n)quisitionibus nec aliquo alio p(er) quod p(re)sens
Capitulum elidatur. Et q(uod) Massarii
co(mun)is perusii ipsam pecuniam et omnem in-
troytus co(mun)is perusii qui debent ad ipsorum
manus p(er)venire recipere debeat et
penes se tenere dumtaxat et non ipsam
vel aliquam partem eius apud aliquam p(er)sonam
campsorem vel mercatorem deponere
nec tenere sub pena Centum libr(arum) den(ariorum)
sibi auferendam p(ro) quolibet et vice qualibet
qua p(ro)pterea fuerit contrafactum. Et ipsi Mass(arii)
bonam pecuniam ad usum Civitatis perusii
totam recipere teneantur et q(uod) florenos
aureos et monetam argenteam teneantur
recipere p(ro) eo p(re)tio et quantitate q(uo)d valebit
et determinata erit i(n) camera ubi stat et
tenetur pondus co(mun)is perusii et non ultra
et p(ro) illo p(re)tio p(ro) quo et quanto recepit et
unicuique debenti recipere p(ro) tanto reddere
teneatur et non p(ro) maiori ullo modo et
si contrafecerit co(mun)i perusii quinquaginta libr(as)
den(ariorum) soluere teneatur p(ro) vice qualibet. Et
p(re)d(ic)ti Massarii co(mun)is perusii de hiis que recipiunt
possint facere refutationem et quietationem
p(er)sonis q(ue) ipsam pecuniam soluerit de iure
valiture. Et si fiat p(er) Massarios co(mun)is
perusii maiore expensa quam sit i(n)troitus
sibi i(m)putetur. Et teneantur et debeant
tantum camera co(mun)is perusii i(n) qua morentur
ad offitium exercendum facere debentibus
recipere pagamenta et non ad tabulam
vel cameram aliam. Et totam in-
tegram solutionem faciat cuilibet et non
recisam seu particularem nec diminutam
et non cum fraude vel lucro et non retineat

pecuniam alicuius adeptus et contrafecerit quinquaginta libr. den. vice qualibet com. perusii solvere teneantur et debeant. Et possint massarii com. perusii et debeant depositum aliquod factum eis vel alicui eorum vel alii persone recipienti pro aliquo facto pro com. introytibus com. perusii ponere et tale depositum expendere non obstante quod sententia lata non fuit super eo pro quo factum fuit depositum. Et si massarii contrafecerint in aliquo de predictis quinquaginta libr. den. vice qualibet com. perus. solvere teneantur. Et ut introytus et exitus com. perus. ad manus massariorum pervenientes et exeuntes appareant omnibus evidenter. Dicimus et ordinamus quod massarii com. perus. nulli homini vel persone possint ultra viginti sold. den. dare nisi in appodixa precepto vel mandato prius scriptum appareat in libro registri apodissarum et preceptorum vel in libris illius vel notarii vel illorum notariorum qui deputatum fuit vel qui deputati fuerint ad offitium apodissas scribendas et cassandas pro tempore. Qui massarii et sui notarii faciant in offitium eorum secundum formam in capitulis statuti denotatam. Debeant dicti massarii omnes et singulas expensas sumptus et exitus com. perusii facere legaliter absque dolo. Et predicti massarii notarii et famuli ratiocinatores sive calculatores debeant continue permanere durante tempore eorum in offitii in camera com. perusii ubi sunt soliti morari alii massarii in qua camera ut supra est narratum stare debeat continue ad recipiendum et dandum avere et pecuniam com. perusii et alia facienda que ipsorum offitio inderit expedire et de ipsa camera discedere non debeant durante offitio eorundem de mane tempore

sive vesperis ad noctem nisi cum iret ad comedendum vel alia causa necessaria in quam non posset aufugere nec cessare. Et quotienscumque ipsi vel aliquis eorum contrafecerint in predictis decem libr. den. pro qualibet vice com. perusii solvere debeant et ipsam penam maior sindicus pro com. exigere teneantur de quibus predictum maiorem sindicum expresse debeant sindicari. Et predicti notarii de aliqua scriptura quam fecerint in dicto eorum offitio que ad dictum offitium pertineret subdant penam decem libr. den. a com. perusii vel ultra dictum salarium nec ab alia persona debeant percipere nec habere modo aliquo. Salvo quod pro restitutione cedule de tenore in publicam formam habere possint .x. sold. pro qualibet et non ultra. Et de hoc expresse debeant sindicari et quilibet possit esse accusator et habeat medietatem dicte pene. Teneantur notarii supradicti facere duos libros omnium introytuum dicti com. s. unum pro eorum originali in carta bonbicina et alium ponendo in armario in com. perusii et omnium expensarum quas facient dicti massarii similiter faciant duos libros quorum unum habeant dicti massarii pro eorum originali et alium ponant in dicto armario pro com. quos libros ponendos in armario faciant fieri in cartis in pecudinis et non in cartis bonbicinis. Et maior sindicus eos cogere teneatur ad dictos libros omnes faciendum ut dictum est in pena quinquaginta libr. den. quam a dictis notariis contrafacientibus exigere teneatur pro com. Et nichilhominus in eos cogat ad predicta. Item notarius qui scribet introytus teneatur dare cuilibet petenti refutationem de solutionibus quas faciet massariis et pro illa nullam solutionem recipere teneatur in pena

pro vice qualibet qua contrafecerit decem libr. den. Salvo quod in refutatione denariorum. Et etiam de predictis credatur sacramento illius qui aliquid persolvisset. Notarius vero qui scribet expensas teneatur in refutationibus quas faciet et scribet dictorum massariorum vel alter eorum ponere nomen prioris et rectoris et parochiam seu castrum vel villam illius qui massariis refutationem faciet seu vendam. Non sint ille cum massarii aliquam solutionem faceret et non aliter scribat ipsam solutionem et refutationem nisi ille qui cum fieret solutio per massarios comunis Perusii sint presens ad refutationem faciendam et presens solutionem faciende de qua notarius in refutatione faciat mentionem etiam in ipsa solutione et refutatione ponat nomina duorum testium ad minus. Et si contrafecerit solvat comuni Perusii pro pena nomine decem libr. den. Et si massarii comunis Perusii vel eorum famuli calculator seu ragionerius vel aliquis tramezzator vel mediator faceret vel commicteret aliquam falsitatem vel fraudem illicitum lucrum in officio massariatus predicti vel in solvendo vel dando vel dari faciendo vel dari ordinando vel tramezzando vel aliquam mercedem pro solutione accipiendo per alias personas occasione dicti officii aliquid extorquendo vel defraudendo comune per se vel specialem personam puniantur tamen massarii quod quilibet culpabilis de predictis quadrupla pro rey et pecunie exterte pro dictum maiorem sindicum et debeat condempnari. Et teneantur idem massarii eandem monetam restituere tam deponentibus quod massariis comunis Perusii qui subcedent loco sui, et

in eadem spetie et pro eodem valore pro quo receperint quod si massarii non observaret in centum libr. den. vice qualibet condempnetur. Preterea dicti massarii talis debeant sine officium exercere quod in fine sui officii comuni Perusii debitum aliquod non assignent per ipsos massarios factum modo aliquo sive causa. Et si debitum quod ipsi fecerint assignaret sibi tamen debeat imputari et de suo ipsum debitum solvere et satisfacere teneantur ita quod comune Perusii ad satisfactionem dicti debiti per ipsos massarios assignati teneri non debeat ullo modo. Item massarii infra unum mensem postquam aliquam politiam receperint vel promissionem fecerint solvere et satisfacere debeant omnino quod si non fecerint viginti quinque libr. den. pro nomine comuni Perusii solvere compellantur. Statuimus et ordinamus quod massarii comunis Perusii qui nunc sunt seu qui pro tempore fuerint sub pena sui salarii teneantur et debeant accensas tenere expensis comunis Perusii duas lampades videlicet unam in palatio populi Perusini ante figuram beate virginis Marie quam dicti massarii fieri facere teneantur de novo expensis comunis Perusii in pariete super bancham maleficiorum. Et alia in palatio potestatis ante figuram beate Marie virginis in inferiori palatii potestatis et facere pro ipsis lampadibus expensis sine aliqua apodissa vel mandato. Et ad hoc per ut palia que pontantur comuni Perusii pro censu in festo beati Herculani distribuantur ecclesias per pauperes et indigentes. Dicimus statuentes quod de cetero qui fiunt de mense martii et aprilis distribuantur

palia que portantur com in festo beati herculani inter ecclesias parochiales oratoria et monasteria de civitate burgis et subburgis perusii ac etiam de comitatu pauperes et indigentes eligere Et intelligatur esse de subburgis Ecclesia sancte lucie de colle. Salvo quod in dicta distributione non veniant palia que per formam statutorum debent aliquibus locis et capellis erogari. Item tum duo bravia ad que cursores ad bravium currere consueverunt in festo omnium sanctorum Et in festo sancti herculani ponentur per dominos massarios Et primo cursori venienti eque stre ad dictum bravium accipiendum modo consueto fieri in civitate perusii in dictis duabus festivitatibus. Et si contingerit quod equus veniret ad locum bravii etiam sine equitatore prius quam aliquis curcens ad bravium quod ille cuius est equus debeat lucrari et habere bravium non obstante quod equitator non veniret super equo quia de equo cecide rit vel deiectus fuit.

Quod commutatie et gabelle comunis perusii vendantur omni periculo resico cum quolibet et fortuna emetium. Rubrica.

367

Vitandum dapnis et preiuditiis comunis perusii que ex defalcatione fructuum et pretiorum commu tiarum et gabellarum comunis perusii venditarum retrolapsis temporibus multifariam emer serunt ne talis perversa et dapnosa con suetudo invalescat in posterum hoc salutari capitulo et durativo perpetuo duximus statuendum. Quod deinceps omnes et singule commutatie et gabelle comunis perusii per massarios comunis perusii Et quoscumque comunis perusii nomine dicti comunis ad tempus vendende vel alie concedende qualitercumque et quocumque vendantur et concedantur vendi et concedi debeant quibuscumque emptoribus et eas emere volentibus ~~quibuscumque emptoribus~~ ad omne ipsorum emptorum resicum et periculum et fortunam tam occasione guerrarum cavalcatarum et aliarum quarumcumque noxiarum novitatum que fierent vel moverentur contra comune perusii vel eius subditos seu recomissos dicti comunis per quamcumque societatem gentium ar migerarum vel per inimicos dicti comunis seu subiectorum vel recomendatorum dicti comunis per aliam quamcumque personam corpus colle gium seu universitatem quodcumque seu qualecumque. Et etiam occasione seu cau sa cuiuscumque transitus vel residentie quam vel que fieret per territorium seu comitatum vel districtum perusii per aliquas gentes armigeras vel alios quoscumque etiam sub securitate seu salvo conducto dicti comunis annuabili vel alio quoquo modo. Et etiam occasione seu causa gravaminis seu sterilitatis cuiuslibet. Et aliis quibuscumque casibus soliti vel insoliti moderati seu inmoderati tam divini iuditii quam humani et aliis cuilibet casibus qui quocumque aut qualecumque excogitari possent seu non possent. Ita quod omnes casus per quos vel aliquem eorum seu eorum seu alicuius eorum occasione vel causa seu depen dentium vel connexorum vel per sive etiam extraneorum ab eis aut aliquo eorum emp tores ipsi quocumque aut qualecumque im pedimenti possent vel quolibet dapnificari in perceptione fructuum seu proventuum gabellarum et commutatiarum vel alicuius earum pro expresse et specificatis et declaratis in presenti statuto penitus habeantur et habere debeant contenseri. Ita quod omne comodum et incomodum periculum et dapnum et casus quicumque ut exprimitur ad ipsos emptores debeant plenarie pertinere. Et quod nullum gravamen dapnum seu preiuditium ipsa sibi obid

quocumque aut qualicumque pervenire valeat ad comune perusii vel contra ipsum seu in ea eius quolibet resultare. Quominus comune ipsum ad exigendum et recipiendum integrum pretium pro quo venditio seu stabilimentum fuerit depositis vel aliqua earum gabellarum commatiarum. Et ad percipiendum fructus et reddit ipsarum sua habeat contra tales emptores integram et illesam. Et quod presens capitulum in omni venditione seu concessione que imposterum fiet de gabellis commatiis qualibet earum nominibus et per omnia exprimi debeat et apponi. Et exinde proposito expresso penitus haberi debeat eo ipso etiam si de eo facta non fuerit mentio specialis. Que quidem mentio si facta non fuerit propterea ius aliquod dictis emptoribus non queratur. Decernentes nichilominus quod massarii et alii superdicti vendentes dictas communatias seu gabellas teneantur et debeant sub pena quinquaginta librarum denariorum pro negligente quolibet et vice qualibet de facto auferendarum per maiorem sindicum in principio capitulorum cuiuslibet venditionis seu concessionis presentium capitulum et eius continentiam de verbo ad verbum apponere et declarare aliquo non obstante.

368 Qualiter gabelle et communatie vendantur et infra quantum tempus. R(ubric)a

Statuimus quod massarii comunis perusii per se ipsos et per alios teneantur et debeant ad penam centum librarum denariorum pro quolibet eorum contrafaciente de anno in annum duobus mensibus antequam gabelle seu communatie recidant seu revertantur ad comune perusii baptiçari et subastari facere per publicum preconem comunis perusii ~~baptiçari~~ gabellarum fructus et communatiarum.

Dicti comunis qui debent et deputati sunt camerariorum massariorum et vices concedere plus promittentibus et offerentibus. Et de ipsis venditionem facere quam cuius potuerint et pro comuni perusii promissiones recipere prout accidit convenire servatis tamen cautionibus et solemnitatibus in precedenti capitulo denotatis et inferius etiam denotandis. Et quod nullus aliquis offitialis possit eligi deputari vel assumi ad faciendum baptiçari vel vendi tales communatias seu gabellas vel aliquam earum modo aliquo seu forma vel alios magistratus penam tam eligenti quam electo ducentarum librarum denariorum. Et nichil hominus talis electio non teneat ullo iure. Et quod massarii ipsi sub dicta pena eorum communatias et gabellas baptiçari teneantur et subastari facere in presentia priorum et offitialium forum temporis declaratis et omnium ex eorum notitia ad scribendum baptiçamenta stabilimenta promissiones et venditiones quaslibet et non alium deputare. Et si massarii ipsi negligentiam commiserint in vendendis communatiis seu gabellis camere ipsorum quod ipso facto incidit in penam quinquaginta librarum denariorum pro quolibet et vice qualibet.

369 De pacto apponendo in qualibet venditione communatie seu gabelle vendende et posito quod liceat cuipiam emptorum non solvere termino penam requirere sub ...

Ut comuni perusii de pretiis communatiarum et gabellarum temporibus debitis satisfiat sic in venditionibus seu cedularum exigentiam fuerit declaratum presenti capitulo duximus statuendum quod in unaquaque venditione seu concessione que fiet de aliqua communatia seu gabella comunis perusii hoc pactum expressum apponi

debeat. Et exnunc per expresso et declarato
haberi debeat et censeri et subdicti pacti
observantia quelibet venditio seu concessio
facta esse intelligatur. Etiam si mentio
non fieret quoquo modo. Et si quis emp
tor alicuius communantie vel gabelle dicti
comunis vendende imposterum seu quolibet con
cedende non solverit pretium debitum et
conventum infra terminum appositum et declara
tum in contractu seu cedula venditionis
talis communantie seu gabelle. Et comuni
Perusii seu massariis comunis Perusii quibus
talia pretia deterrentur et soluta non essent
tempore debito pretium super sit licitum et permi
ssum tale pretium seu pretii quantitatis
quod seu quam convento tempore solutum seu soluta
non esset acquirere seu acquiri facere
sub quacumque permissione vel cambio seu fe
nore prout comodius fieri poterit sumptibus
et expensis emptorum non solventium. Et
quod diu distulerit solutionem pretii seu
quantitatis vel supra non soluti vel solvere
tale cambium permissionem seu fenus idem
emptor solvere et satisfacere teneatur et
debeat. Et ad solvendum cogi et compelli
possit et debeat de facto sicut ad solvendum
debitum principale prout capiet et summabit.
Et quod super tali cambio permissione seu fenore
stetur et credatur et credi debeat dicto
et assertioni massariorum et presente pro
plena probatione. Decernentes nichilo
minus quod contra non solventes temporibus debitis
fiat et fieri possit et debeat realis et
personalis executio de facto immediate post
lapsum terminorum appositum et conventum
in huiusmodi venditionibus et cedulis seu
concessionibus quocumque modo. Si quis autem ven
ditor talium communantiarum seu gabellarum
omiserit tale pactum et conditionem appo
nere in venditione seu concessione quam faceret.
Que conditio tamen et quod pactum pro apposito
et declarato exnunc et eo ipso haberi debeat
ipso facto et vice qualibet incidat in penam
quingentarum librarum denariorum pro maiorem sindicum
et quemlibet alium offitialem comunis Perusii
de facto auferendarum.

Et nulla ex gabellis
seu communantiis camere
massariorum possit vendi nisi
tempore apposito in cedulis
generalie ordinatis nec
etiam acodare. Rubrica. 370

Recedentes utilitate publica
et quia temporum non semper eadem
solet esse equalitas decernimus statuen
tes. Quod massarii comunis Perusii
vel aliquis alius non possit seu debeat
quoquo modo vendere seu vendi facere
aliquam communantiam seu gabellam
eorum camere deputatam pro maiori tempore
vel aliter seu sub aliis pactis modis
seu conditionibus nisi dumtaxat usque
in tempus et cum illis pactis in cedulis
talium gabellarum et communantiarum ordi
natis deputatis anno millesimo iii octuagesi
mo nono et de mense aprilis per regula
tores comunis Perusii. Et etiam non possint
nec debeant venditionem facere aliquam
de talibus communantiis seu gabellis vel
aliquam earum adcotante sine expressa
deliberatione dominorum priorum et camerariorum
artium Civitatis Perusii opportunum. Et
si qua venditio seu concessio fieret
quoquo modo directe vel indirecte contra
seu preter exigentiam seu formam premissorum
quod talis venditio seu concessio non tene
at ullo iure. Et nichilominus aliquid emeti
seu alie recipienti nullatenus
acquiratur seu acquiri possit in
aliquo quoquo modo. Et nichil
hominus emens vel alie recipiens
emens vel alie recipiens incidat

inpenam quingentar libr den defacto
p maiorem sindicum seu p quelibz offi
tialem cois p[er]usij auferendar.

de fideiussoribz recipiendis
ab emptoribz gabellar
seu communantiar cois
p[er]us et i quantum t[em]p[or]is
[illegible]

371

Um receptio in sufficientium
fideiussor sup vendictionibus
communatiar et gabellar cois p[er]usij
maxima actulerit detrimenta coi
p[ro]pterea ut inposter talia i comoda no
cotingant. Statuimus q[uod] co[n]servatores
monete et alij q[ui]cumq[ue] vendentes co
mmunatias vel gabellas cois p[er]usij maxim
deputatas seu deputandas camere
massarior possint teneantur et de
beant recipere bonos et sufficientes
fideiussores cives p[er]usin ab emptoribz
ear et cuiusq[ue] ear. seu abillis quibus
fuerit stabilite i[n]fra X dies adie
stabilimenti ur et fm modum et
inm i[n]scriptum. Vz p[ro] una quaq[ue]
communatia seu gabella vsq[ue] i q[ua]nq[ue]
fideiussores p[ro] qualibz. Declarantes
et statuentes q[uod] illi quibus tales comm
natie seu gabelle fuerit stabilite
vel aliqua ear teneantur et debeant
infra X dies adie stabilimenti
cuiuslibz communatie seu gabelle dedisse
ipsis massarijs p[ro] una quaq[ue] vsq[ue]
in numerum quinq[ue] supius designatum
bonos et sufficientes fideiussores
Cives p[er]usinos in hunc modum vz.
Ab emptoribus communatie vel g[abel]le
cuius p[re]tium eet anale a quinquaginta
flor infra dedisse debeant fideiussores
bonos quor extimum seu catastrum
sit et ee debeat ad min C. libr d. adgrossum

Et si annale p[re]tium eet a quinquaginta flor
sup vsq[ue] ad centum flor dedisse debeant
fideiussores quor extimum seu catastrum
sit et ee debeat adminus Centum quinqua
ginta libr adgrossum. Et si p[re]tium
anale excederet summa Centu flor vsq[ue]
adducentos flor vel abinde sup i[n] quantumq[ue]
quantitate seu summa sit q[uo]d dedisse debeant
fideiussores bonos quor extimum seu ca
tastrum sit et ee debeat adgrossum ad
minus extimationis dupli totius p[re]tij
p[ro] quo talis communatia seu gabella vende
retur p[ro] uno ano. Quos quidem
fideiussores dci massarij bonos et ydo
neos recipere teneantur p[ro]ut supius
est expssum. Decernentes q[uod] fideiussores
dandi teneantur et debeant i[n] unaquaq[ue]
vendictioe una cu[m] p[ri]ncipalibz emptoribz
se i[n]solidum et p[ri]ncipalit obligare ad
solutoem p[re]tij et adomnia q[ue] emptores
tenentur fm formam otractus cuiuslibz
ut est opus cu[m] mebris et solepni
tatibus opportunis.

Q[uod] massarij et
alij vendent gabellas
vel communantias p[ro]pi
nibz teneantur cois
p[er]us fideiussores bonos
no accepint p[ro]ut
supius otinetur [illegible]

372

Et ea que utilitatem rei pu
plice concernunt inviolabi
liter obsuentur. Statuimus decla
rantes q[uod] i[n] quantum massarij cois
p[er]usij et alij quicumq[ue] vendentes
aliquas communatias seu gabellas
cois p[er]usij no receperint bonos et
sufficientes fideiussores fm qualita
tem et exigentiam inp[ro]ximo pre
cedenti caplo. denotatas. Q[uod] ipso
iure sint et esse itelligantur

obnoxii et specialiter obligati et expresse com-
muni contra tales emptores et quoslibet eorum
a quo seu a quibus fideiussores sufficientes secundum
qualitatem et exigentiam supradictus denotatis
non susceperit omnibus et singulis atque dicto
communi tales emptores in virtute contractus
seu cedule venditionis communantiarum seu
gabellarum tam pro satisfactione pretii quam
alia quacumque de causa propterea quolibet tene-
atur. Et ita possint et debeant exigi
gravari et molestari realiter et personaliter
sicut possent emptores ipsi quocumque modo.
Et ideo decernentes ut venditores ta-
lium gabellarum seu communantiarum vigila-
tiores et cautiores reddantur et se-
curitatem debeant sub eorum substantiarum pe-
riculo adhibere publice substantiam diligen-
tius conservandam.

Quod emptor in quantum fide-
iussores non dederit
infra diem in die stabi-
limenti de novo com-
munantie seu gabelle
vendi debeant et re-
[illegible] quod decet
[illegible] massariorum pro
illis qui ... fuit
stabilita. Rubrica.

373

Ad hoc ut nullus per elusionem
vel alio modo audeat vel presumat
promissionem facere in subastationibus
communantiarum seu gabellarum communis predicti
sub obtentu earum incendarum vel alio
quovis modo et forte non intentione ga-
bellam seu communantiam retinendi seu
emendi ydonee sicut decet, presenti capitulo
decernimus statuentes. Quod in quantum
promissores quibus aliqua communantia seu
gabella dicti communis per massarios vel alios
vendentes fuit stabilita fideiussores
sufficientes secundum qualitatem et exigen-
tiam predictorum in precedentibus capitulis
contentorum infra tertiam diem a die stabi-
limenti non dederint massariis seu aliis
vendentibus predictis communi aliquam commu-
nantiam seu gabellam. Quod liceat ipsis
massariis et aliis ad vendendum depu-
tatis talem communantiam seu gabellam
et teneantur et debeant de novo subastari
facere et stabilire et vendere cuilibet
plus promittenti iure et secundum exigentiam
premissorum et vices concedere licentiantibus
ut supradictus est expressum in venditionibus
faciendis. Et quod in quantum minus
pretium fuit oblatum seu promissum
pretio stabilito seu vendita quod promissores
primi obtulerint qui ut supra premittitur
fideiussores non dederint quod tunc et
eo casu primi promissores predicti qui satis-
dationem ipsam ad effectum iuxta predictorum
exigentiam non perduxissent ad solvendum
omne pretium quod defecerit in ipso stabilimento
seu venditione a primo stabilimento seu
venditione teneantur et astricti sint
esse ad rescindendum et solvendum
intelligantur prout ac si plenarie ad
implevissent dationem fideiussorum iuxta
exigentiam supradictam. Et quod massarii
et alii vendentes teneantur et debeant
contra prefatos executionem realem et personalem
de facto facere et fieri facere sub pena
quingentarum librarum denariorum ad solvendum refi-
ciendum et satisfaciendum dicto com-
muni quantitatem pretii seu pecunie
que quomodocumque deficeret a pretio primi sta-
bilimenti et pretio secundi stabilimenti et ven-
ditionis que fieret prout supradictus con-
tinetur. Et quod dominus potestas capitaneus
populi maior sindicus et quilibet alius
officialis communis predicti ad requisitionem
ipsorum massariorum seu aliorum venden-
tium vel alicuius eorum possint tene-
antur et debeant sub dicta pena
et ut supra premittitur a quolibet negli-
gente et vice qualibet auferenda
et retinenda de suo salario eius tempore

sindicatus contra predictos et quelibet eorum exe
cutiones realem et personalem facere
quocumque tempore etiam feriato ad honorem
dei in quocumque loco etiam prohibito pro solu
tione et occasione solutionis talis qua
ntitatis seu precii quod seu que in ipso stabi
limento seu venditore a primo stabili
mento ut supra promictitur quolibet
defuisset. Et quod tales occasione seu
causa eorum que fecerint in premissis non
possit nec debeant aliquo modo sindi
cari vel molestari, sed sint et esse
intelligantur ab hiis omnibus exime
liberi et penitus absoluti.

De libris faciendis pro communitatibus et gabellis camere massariorum. Rubrica.

374 Ut fraus aliqua commicti non
possit et ut sciatur que sint
communantie et gabelle communis Perusii et
ubi site sint. Statuimus quod in came
ra massariorum predictorum sint et esse
debeant et fieri de novo in cartis men
branis et inter tabulas ligati duo
libri in quorum uno scribantur omnes
communantie communis Perusii camere mas
sariorum per extensum. Et ubi site sint
in uno libro scribi debeant sub certo loco
homines et persone quibus tales commu
nantie vendite fuerint et pro quanto pretio
et ipsorum fideiussores et promissio pretiorum.
Ubi etiam scribantur solutores pagamentorum
pretiorum ipsarum communantiarum cum anno
mense et die. Et predicta fieri debeant
per notarium super registris dicte camere
deputatum et in posterum deputandum
ita quod clare et aperte solventes et non
solventes appareant. In alio vero libro
scribantur omnes gabelle communis Perusii
dicte camere deputate per extensum
et que venduntur per primum communem et cui et
nomina fideiussorum cum quantitatibus anno
mense et die ut supra dictum est. De commu
nantiis que similiter scribi debeant per notarium
supradictum.

De executionibus contra debitores communis faciendis. Rubrica.

375 Quoniam contra negligentes so
lutionem facere de hiis ad que
communi Perusii tenerentur non sufficerent
que in statutis camere conservatorum appet
statuisse nisi alia satisfactibilia remedia
preberentur duximus statuendum. Quod
massarii communis Perusii possint teneantur
et debeant sub pena quingentarum librarum denariorum pro
quolibet negligente et vice qualibet de facto
auferendarum per maiorem sindicum vel
alium offitialem dicti communis redditum facere
in uno registro de per se in eorum camera omnes
et singulos debitores camere eorum seu commu
nantiarum seu gabellarum predicte camere. Et
tam preteritos debitores quam futuros et in
stantes de tempore intrinsecus de scribi facere. Non
obstante quod descriptio fieri debeat in cancellaria
communis Perusii iuxta exigentiam precedentium
capitulorum et extractum seu extractos fi
eri facere de talibus debitoribus in substantiam
cum quantitatibus quas deberent solvere de
claratis et dimidiam talium debitorum qui
non solvissent in tempus prefinitum solvere tene
rentur communi Perusii assignare et assignari
facere domino potestatis civitatis Perusii qui
pro tempore erit et aliam dimidiam domino capitaneo
et maiori sindico civitatis Perusii. Qui
potestas et capitaneus et maior sindicus
et quilibet eorum teneantur et debeant contra
debitores tales assignatos et eorum fideius
sores res et bona executionem realem
et personalem fieri facere de facto in quo
cumque loco et quocumque tempore etiam prohibitis

seu non permissa preformam statutorum et ordi
namentorum comunis perusii. vel que comuni perusii
sint debita seu deberentur in posterum effica
citer persolvant

376 Cum iustum est quod solventes pecuniam
comuni perusii debitam ante tempus facte
unde solutionis comoditatem restaurationis
in tempore consequatur. Duximus statue
ndum. Quod massarii dicti comunis possint et
eis liceat comuni cuilibet comuni corpori seu u
niversitati vel singulari persone quod vel que
eis solveret aliquam quantitatem pecunie
ante debitum et prefixum tempus et terminum
solutionis ipsius quantitatis tali solventi
prorogare terminum ad solvendum quod debet
solvere eisdem massariis detandundem in
temporis et quantitatis pecunie ante terminum
solute per eum. Et dicti massarii non
possint nec debeant modo aliquo sindicari.

De quantitate accipienda per offitiales per executionibus a debitoribus comunis perusii Rea.

377 Ut sub contemptu comuni offitia
les comunis perusii ad executiones
faciendas contra debitores comunis perusii effi
catius excitentur. Statuimus et
ordinamus. Quod quilibet offitialis comunis perusii
executionem faciens aliquam contra debitore
comunis perusii vel nomina debitorum de omni et
toto eo quod recuperare fecerit in dicte occasione
talis exequtionis habeat et habere possit
et debeat exigere a tali debitore contra
que executio facta fuit et eius expensis
et si soluto facta fuit per ea a xx. flor.
vel abinde infra quod habeat et habere possit et
debeat denarium bolonenum pro quolibet flor.
exacto et exoluto. Et si exactio et
solutio facta fuit a xx. flor. supra
in quocumque numero facta fuit habeat et habere
debeat et possit et exigere expensis
debitoris pro quolibet floreno ad rationem
duodecim flor. perusinorum. Et quod ultra
dictam quantitatem occasione seu occasione alicuius
executionis seu exactionis nullus
offitialis seu executor et alius quicumque
possit seu debeat a debitoribus dicti comunis
seu a comuni perusii aliquid petere accipere
vel habere per se vel alium seu alios quoquo
modo nisi prout superius est taxatum.
Et quod siquis in aliquo contrafecerit ipso
facto incidat in penam quingentarum librarum de facto
auferendarum per quemcumque offitialem comunis
perusii et si offitialis fuerit de suo sala
rio retinendarum eius tempore sindicatus
aliquo non obstante.

Quod non liceat massariis accipere pecuniam mutuo sub pensione vel fenore sine deliberatione dominorum priorum et camerariorum Rea. 378

Ut imposterum comune perusii non ledatur
de facili in talibus pensionibus seu
fenore ob acquisitiones pecuniarum que
fieri in preteritum sepe modo consueverunt
duximus statuendum. Quod massarii comunis
perusii vel alii pro eis non possint nec
debeant quoquo modo acquirere seu
acquiri facere sub aliqua pensione
costo fenore seu cambio aliquam
quantitatem florenorum seu pecunie pro
comune perusii sine deliberatione dominorum
priorum et camerariorum artium civitatis
perusii qui pro tempore fuerint. Obtento
saltem partito de lenadis ad sedendum
ad minus per duas partes. Et in quantum
acquireretur seu acquiri faceret
aliquam quantitatem aliquo dictorum modorum
vel alio ad costum sine deliberatione predicta
quod tale fenus cambium costum seu

provisionem decorum propterea solvere tene antur et intelligantur et non depe cunia vel avere communis predicti quoquo modo. Cum deliberatione autem predicta possit solvere cambium provisionem costum seu sensus predicti fuit oppor tunum quotiens communis utilitas seu necessitas evidens id exposcet et qua ntitatem etiam acquisitam.

Infra quantum temporis possit fieri exactio Rea.

379 Nullus emptor vel socius ali cuius commutationis vel gabelle communis predicti possit vel debeat nullo mo[do] petere accipere vel exigere aliquam quantitatem florenorum pecunie vel alterius rei quam diceret sibi deberi quocumque aut qualitercumque ab aliqua persona comuni colle gio corpore vel universitate occasione gabelle vel commutationis cuius fuisset emptor seu socius nisi durante tempore quo esset emptor ipsius commutationis vel gabelle. Et per sex menses immediate sequentes post finitum tempus emptionis ipsius commutationis vel gabelle computandum proximum communi sol verit temporibus debitis ut tenetur. Et si quis emptor vel socius alicuius commutationis vel gabelle per se vel alium executionem aliquam petere seu facere vel fieri facere ultra dictum terminum et contra seu preter dictam formam (forsan) ipso facto et vice qualibet incidat in penam Centum librarum denariorum pro quolibet et vice qualibet de facto auferendam per quemlibet offitialem communis predicti ad instantiam cuiuscumque petentis. Et simili pena puniatur et puniri debeat offitialis quilibet executionem faciens vel fieri faciens modo aliquo

seu forma directe vel indirecte vel quovis colore quesito contra aliquem seu aliquos contra seu preter dictam formam et ultra tempora suprascripta vel aliquod ipsorum que quidem penam de facto et vice qualibet de salario offitialis contra facientis debeat auferri et retinere eius tempore sindicatus ad instantiam cuiuscumque. Et nichillominus quod secus fieret non teneat ipso iure. Et cernentes etiam quod talis emptor seu socius post lapsum dicti temporis per aliquem offitialem communis predicti in petitione exactione seu executione aliqua directe vel indirecte occasione talium commutationum seu gabellarum nullatenus audi atur seu audiri debeat modo aliquo seu forma quocumque aut qualitercumque. Sed sit et esse intelligatur ex nunc omnibus offitia libus dicti communis presentibus et futuris adempta quo ad predicta omnis iurisdictio cognitio auctoritatis et potestas quelibet post dictum tempus. Et de cetero in quibuscumque vendictionibus faciendis de aliquibus co mmutationibus seu gabellis nullum tempus vel aliquis alius terminus ultra dictum statu tum tempus sex mensium possit vel debeat apponi vel concedi. Et si concederetur vel modo aliquo apponeretur vel appositum hactenus appareret. Ex eo ipso ex nunc sit et esse intelligatur sublatum et remotum et nullius efficacie vel momenti. Et ut omnis cessat fraus decernimus quod nullus offitialis qui nunc fungatur in offitio possit audeat vel presumat sibi nullam concedere nec aliquam exactionem seu executionem facere vel fieri facere per se vel alium directe vel per obliquum modo aliquo seu forma super premissis vel aliquo eorum vel circa ea seu occasione dependentium ab eisdem aut eorum aliquo ad instantiam talium emptorum seu sotiorum.

vel alterius cuiuscumque persone nisi primitus venerit postremi emptionis supradicte sex mensium post finem cuiuscumque communantie seu gabelle vendite est elapsum. Et siquam executionem fecerit procedit, eandem penam ut supra promictitur auferendam ad instantiam cuiuscumque. Predictaque tamen de executionibus et exactionibus dicta sunt post lapsum terminum emptionum gabellarum seu communantiarum prout superius continetur, vendicent sibi locum in illis et quantum ad illos extendantur et extendi intelligantur qui solvissent pretium ad quod eas quolibet tenebuntur occasione emptionis talium gabellarum seu communantiarum. Ita quod qui non solverint post lapsum terminum emptionis et infra terminum superius prefixum exactionem aliquam non possint nec debeant facere seu fieri facere quoquo modo nisi primo integrum pretium persolverit iuxta exigentiam contractuum et cedularum. Dum tamen ultra prefixum terminum sex mensium post finem emptionis huiusmodi in omnibus communantiis et gabellis exactionem non possit facere prout supra. Volentes et decernentes quod in omnibus et singulis cedulis quarumcumque gabellarum et communantiarum dictum verus effectus presentis capituli ad cautelam debeat annotari. Et quod nichilominus pro annotato apposito haberi debeat et censeri. Ita quod perinde habeat ac si esset appositus et declaratus et sic in omnibus et singulis et quo ad omnia et singula possit et debeat efficaciter observari, aliquo non obstante.

Quod nulli offitiali comunis Perusii post finem sui offitii liceat exactionem facere debitorum comunis Perusii et quod exigendi facultas nullatenus concedi queat. Rubrica.

380

Et quia que temporibus debitis exequuntur, presenti capitulo duximus statuendum quod camerariis comunis Perusii nulla ratione vel modo sit licitum vel permissum quovis ingenio causa seu forma quocumque et qualitercumque per se vel alium seu alios directe vel indirecte post finem eorum offitii exigere seu exigi facere ab aliquo comuni universitate vel singulari persona aliquam quantitatem florenorum seu pecunie vel aliquid aliud quod vel que deberetur comuni Perusii quoquo modo causa seu forma; sed talem exactionem facere possint dumtaxat et per unum mensem post finitum offitium. Et si contrafecerint quilibet eorum pro quolibet et vice qualibet incidant in penam quingentarum librarum denariorum perusinorum de facto per maiorem sindicum auferendarum. Et nichilominus solvens aliquid quod seu pro quo dictam faceret liberationem aliquam nullatenus consequatur occasione talis solutionis in aliquo vel nomine predecessores fieri possit quod eorum executio perinde et si talis solutio non esset facta. Et ut presentis prorogationis vel concessionis alicuius termini statuendi post finem offitii ad exigendum quod in preteritum fieri sepe numero consueverunt in futurum nichil valeat providere vel fieri decrevimus. Statuentes quod per dominos priores et camerarios vel alios quoscumque magistratus Civitatis Perusii quovis arbitrio,

fungerentur nec per aliquem eorum possit
vel debeat quoquo modo iure vel causa
seu forma directe vel indirecte quocumque
et qualecumque statum cerredi vel prorogari
durante offitio vel post depositum offitium
dictas massarius aliquis terminus ad exi
gendum vel exigi faciendum aliquid
ab aliquo debitore communis contra seu preter
dictam formam sub dicta pena et sufficienti
quolibet et vice qualibet in maiorem sindi
cum auferenda. Et nichilhominus
quod factum fuit contra vel preter dictam formam
non teneat ipso iure.

Infra unum mensem temporis massarii teneantur restituere reliqua successoribus et libros in cancellaria Rom.

381

Statuimus quod massarii communis perusii
teneantur et debeant infra unum
mensem post finem eorum offitii imme
diate sequentem dare et consignare
et effectualiter restituere eorum successo
ribus omnem quantitatem florenorum et
pecunie seu quarumcumque aliarum rerum que
quolibet fuisset eis assignata et expensis
et pagamentis factis tempore eorum offitii
sub pena quingentarum librarum denariorum pro
et restitutionis dupli quantitatis que
quolibet superfuisset super quibus debeant
specialiter sindicari. Et per sindicum
in dicta pena et restitutione dupli effi
caciter condempnari pena simili dicto
sindico de suo retinenda salario si
negligens fuerit vel remissus. Libros
autem introituum et exituum et gestorum
tempore eorum offitii in forma publica
massarii et eorum notarii et camerlengus
teneantur et debeant restituisse et
assignasse infra unum mensem post finem eorum
offitii sub dicta pena si negligentes
fuerint in premissis vel aliquo premissorum
de facto auferenda. Et quod restitutores
talium librorum fieri debeant cancella
rio communis perusii pena simili auferenda
vice qualibet dictos libros admittentibus contra
terminum fore subscriptos si infra ter
minum predictum unius mensis eos non sub
sceperit quoquo modo iusta exigentiam
premissorum.

Quod massarii communis perusii possint habere consilium sapientis in casibus oppotunis notarii super registris et quibus Rom.

382

Ut cuta sublibra proce
dant iustitie presenti capitulo
duximus statuendum quod massarii communis
perusii possint et eis liceat super quibus
casibus oportunis qui quolibet emer
gerent sub dubitatione afferrent in vel
super casibus premissis per formam statutorum
camere ipsorum quotiens aut qualiscumque
consulere consultorem una cum eis pub
licandum de speculis et suo publicaret
eligendum per eos. Qui quidem consultor
habeat et habere possit et debeat pro quolibet
semestrali unum florenum de auro a massa
riis communis perusii et quod in ea aliquo ultra
dictum salarium nichil aliud possit
percipere vel habere. Et quod ab aliqua
singulari persona de ante super negotiis
communis perusii tangentibus nichil possit
percipere vel habere. Et si in consulendo
negligens fuerit vel remissus vel in
aliquo premissorum quod ipso facto et vice
qualibet incidat in penam centum librarum
denariorum. Et si salariatus fuerit a communi
in studio vel alibi. Et conservatores ipsum
penam eidem debeant vice qualibet

de suo salario retine sub eadem pena ipsis consiliatoribus auferenda. Super aliis quoque casibus quolibet emergentibus in camera massariorum super quibus denovo providere vel per provisionem per formam statutorum cum eorum aliquid emgeret massarii ipsi possint teneantur et debeant super consilium trium ad lectervalib domini potestatis et domini Capitanei populi presentium vel duobus ex eis. Qui ad requisitionem omni vice ipsorum massariorum ipsi possint teneantur et debeant omni vice fideliter eorum exhibere consilium verbotenus vel in scriptis prout fuerint ab ipsis massariis requisiti sine aliquo salario vel merced. Et quod ad hoc ut eorum presentium nullatenus ledi queat quod debeant super quibus eorum presentium semper et super uno quoque casu ultra proviti eis informationem sub scripe in cancellaria comunis presentis. Decernentes quod massarii ipsi emergente casu aliquo denovo ut supra sine ipsorum consilio nichil possint expendere vel facere quoquo modo. Sed secundum eorum consilium procedere in omnibus et quo ad omnia debeant et teneantur. Super casibus non quolibet emergentibus in registris vel circa ea modo aliquo seu forma notarius super registris teneatur et debeat prefatos collectorales consulere. Qui ut super premittitur teneantur et debeant consulere et informationem suscipere et in scriptis exhibere consilium cancellario comunis nostri restituendum prius dicto notario super registris. Qui notarius possit libere licite et impune absque eius preiudicio et debeat sequi et ad executionem producere consilium ipsorum collectoralium vel duorum ex eis iuxta eius exigentiam et tenorem. Et si quis in aliquo premissorum fuerit negligens vel remissus incidat ipso facto in penam quinquaginta librarum denariorum et vice qualibet comuni predicto aplicandarum. Et si aut prefati collectorales malum consilium dederint super aliquo casu pro quolibet et vice qualibet incidant in penam predictam de salariis potestatis et Capitanei eorum utriusque eorum ipso facto sindicatus ad instantiam cuiuscumque. Et nichilhominus eorum depnari debeant in restitutione dupli quantitatis vel extimationis rei super qua consilium fuisset exibitum non bonum et formam iuris seu statutorum comunis nostri ad dapnum dicti comunis et super hiis debeant sindicari.

Quod notarius super registris non possit aliquid registrare [illegible] ad [illegible] missum. 383

Ad conservandam rem publicam statuimus quod notarius super registris in camera massariorum non possit vel debeat quoquo modo iure vel causa seu forma registris camere registrare aliquam quantitatem florenorum seu pecunie vigore alicuius ordinamenti provisionis vel legis vel statuti quod in posterum fieret quolibet vigore alicuius arbitrii etiam emanatis ab adunantia generali vel alia quacumque forma nisi primitus per massarios et eorum notarios et famcellum talis quantitas fuerit missa ad eorum introitus opportune sub pena quinque librarum denariorum pro vice qualibet qua fuerit contrafactum. Et nichilhominus talis Registratio non teneat ullo modo. Et quod subdendi ipsi massarii notarii et famcellus talem quantitatem ad introitus mictere et micti facere illico teneantur.

Q(uod) massarii com(munis) p(er)usii teneantur mictere ad eor(um) introytus [illegible]

384 [M]assarii com(munis) p(er)usii teneant(ur)
et debeant et eor(um) fancelli
diligenter mictere et micti facere
ad eor(um) introytus et in libris introytuum
ip(s)or(um) ordinariis introytuum ip(s)or(um)
ordinariis introytuum com(munis) p(er) eor(um)
not(arium) et fancellum destri(ctim)? et poni fa
cere opportune omnem lucrum seu
melioramentum q(uo)d quolib(et) fieri vel
p(er)venire contigerit t(em)p(o)re eor(um) offitii
de florenis et pecunia dic(ti) com(munis) p(er)venien
tis quolib(et) ad eor(um) manus durante t(em)
offitio eorumdem sub pen(a) v libr(arum) den(ariorum)
p(ro) quolib(et) c(ontra) faciente et vice qualib(et)
defic(it)o auferendar(um) et sup(er) hoc debe
ant s(pecia)l(ite)r sindicari

Q(uod) omnis quantitas que solui deberet com(munis) p(er)usii in aurum vel monetam sit ad introytus micti debeat Rub(rica).

385 [E]t omnis cesset fraus in
solutionib(us) in camera mas
sarior(um) quolib(et) faciendum statu
imus q(uod) massarii et eor(um) fancellus
teneantur et debeant omnem quanti
tatem q(ue) in auro solui deberet in camera
quoquo mo(do) et solueretur ad eor(um)
et dic(ti) com(munis) introytus ad [illegible] et
in auro micti et poni facere diligenter
Et similiter si solutio fieri deberet
in pecunia et facta esset micti et poni de
beat [illegible] pen(a) quinquaginta libr(arum)
den(ariorum) auferendar(um) vice qualib(et) et defic(it)o
a quolib(et) contrafaciente. Et sic p(er) eor(um)
notarium in libris ordinariis de
scribi faciant opportune. Et sup(er) hoc
debeant s(pecia)l(ite)r sindicari.

Q(uod) omnis pecunia [illegible] debeant Rub(rica).

[E]t aliqua com(munis) nec singularibus
p(er)sonis incommoditas sequatur in
solutionib(us) faciendis p(rese)nti capitulo duxim(us)
statuendum. Q(uod) massarii com(munis) p(er)usii
et eor(um) fancellus teneantur et debeant
omnem quantitatem quam in auro (et) in moneta
quocu(m)q(ue) aut qualicu(m)q(ue) sic p(er) eos solverent
vel solui fecerint ad eor(um) et dic(ti) com(munis)
exitus mictere et micti facere di
ligenter et p(er) eor(um) notarium in libris
ordinariis poni et poni facere
oportune sub pen(a) v libr(arum) den(ariorum) p(ro) quolib(et)
c(ontra) faciente et vice qualib(et) defic(it)o au
ferendar(um) ad instantiam cuiusq(ue). Et
q(uod) sup(er) his debeant s(pecia)l(ite)r sindicari. 386

Q(uod) nulla fieri [illegible] solutione Rub(rica).

Q(uod) omnis solutio pecunie q(ue) quolib(et) solueretur massariis vel fancello [illegible] debeat ad introytus [illegible] dies [illegible] Rub(rica).

[U]t ratio introituum diligens
semp(er) videri possit et ne sub
p(re)textu depositi vel alic(uius) introytus
descriptio retardetur duximus statue
ndum q(uod) omnis quantitatis flor(enorum) seu 387
pecunie que quolib(et) deberetur camere
massarior(um) et de qua introytum vel
p(ar)te numeratio vel solutio aliqua
facta fuit massariis vel fancello in dic(ta)
camera vel alibi vel alicui p(er)sone p(er) eis
modo aliquo seu forma quocu(m)q(ue) aut
qualicu(m)q(ue) possit et debeat infra tres
dies post q(uam) soluta fuit vel quolib(et) numerata
p(er) notarium et fancellum poni et micti
ad introytus dic(ti) com(munis) et camere a(n)d(ic)te
et in libris descriptis ordinariis ut
est opus. Et q(uod) i(n)de(m) camerarius

idem fancellus teneat(ur)

idem fancellus tenëat et debeat continuum assignare notario sup registris talis soluentis nom et quantitatem etiam declarare solutam et causam Qui notarius sup registris inscri- -bere etiam diem a die declarationis pdte tene- -atur et debeat quantitatem ipam regi- -strare ad rationem talis soluentis prout opportunum. Et quis aut ipsorum vel aliquo eor negligens fuit vel remi- -ssus ipo facto et iure qualibz incidat in penam quingentarum libr den Et debeat sptr sindicari

Q(uod) nulla solutio fieri possit sine solutione gabelle R(ubrica). 388

Ut hoc ut coe pusij circa eius introytum maiora suscipiat augumenta Statuimus quod de cetero nulla solutio alicuius quantitatis flor seu pecunie fieri possit vel debeat p massarios seu fancellum vel aliquem eorum modo aliquo seu forma vel p aliam quam- -pcis alicui psone corpori collegio seu universitate quocumqz aut qualecumqz sine solutione vel retentione gabelle ad rationem duorum solidorum soldorum p qualibz libra quantitatis que solueretur Et si solutio aliqua fieret no retenta gabella seu soluta ut supra. Quod massarii et fancellus soluisse intelligantur de eorum pprio et no de pecunia seu aere cois pusij Et nichilhominus quilibz ut faciens incidat in pen .L. libr den. Decernentes quod de ceto no possit seu debeat p aliquos ingressus Ciuitatis pusij pntes seu futuros fieri aliqua lex ordinamentum seu preceptum aliqd eius vigore aliqua solutio fieri possit vel debeat sine solutione vel retemptione gabelle. Et si fieret no valeat ipo iure. Et nichilhominus quilibet ut faciens incidat idem penam. Predicta tm no vendicet sibi locum i solutionibus faciendis p massarios seu fancellum offitialibz dti cois ciuibz seu forensibz vel aliis quibuscumqz p suis et quibuscumqz de causis sum form statutorum et ordinamentorum in pnti volumine coteptorum vel electorum seu contractuum celebratorum quorum vigore seu alicuius eorum solutio aliqua fieri deberet sine solutione vel retep- -tione gabelle Ita quod p contenta in dto capitulo no possit p nuditum fieri alicui quoquo mo nec i aliquo derogari

Q(uod) de p(ro)uentibus comunis massariorum nulla solutio fieri possit p alios nisi p massarios vel fancellum 389

Cum mala consuetudine sit inductum i pntie sub- -stantie et aeris rei pub pusine Quod pagamenta fiant p emptores seu exactores commanariarum seu ga- -bellarum seu p debitores dti cois vel alios extra cameram massariorum et no p massarios vel sic utilitas i publica no modicum fraudatur ne talia fieri possit i posterum pnti capitulo duximus statuendum. Quod de cetero nullus emptor seu exactor alicuius commanarie seu gabelle dti cois seu debitor vel alius quicumqz possit vel debeat quoquo mo de introytibus et pecuniis debitis vel debendis comune re massariorum aliquam solutionem i facere vigore alicuius ordinamenti vel statuti vel puisionis qd seu q. impo- -sterum fieret quoquo mo Etiam p hntes arbitrium ab adminatia gnali

alicui persone corpori collegio vel universitati nisi massariis vel cam(er)arii sincello. Et quicquid contra dictam formam aliquid solvit de suo proprio et non de pecunia vel avere communis solvisse intelligatur et proinde habeatur ac si solutio facta non esset. Providentes et statuentes quod de cetero contra predicta exigentiam nullum ordinamentum seu provisio fieri possit vel debeat. Et si fieret ipso iure non valeat. Et nichilominus contrafaciens incidat in penam Quingentarum librarum denariorum. Volentes et declarantes quod per massarios seu sincellum dicte et super introitibus camere ipsorum fieri possint et debeant pagamenta et non per alios quoquo modo subdicta pena. ut de introytibus et exitus dicte camere certa appareant sicut decet.

Quod nulla solutio fieri possit alicui offitiali seu castellano vacatoriam aliquam habenti secundum formam statutorum noviter editorum. Rubrica.

390

Massarii communis Perusii non possint nec debeant quoquo modo aliquam in florenorum seu pecunie quantitatem solvere seu solui facere alicui persone que vacationem aliquam haberet secundum formam statuti noviter editorum de vacationibus offitialium dispositionum et contentorum in volumine statutorum. Salvis tamen et specialiter reservatis et exceptuatis specialem provisionem habentibus quoquo modo vigore alicuius arbitrii emanatis ab adimatione generali. Et si solutionem aliquam facerent preter dictam formam per de eorum proprio solvisse intelligantur et non de avere seu pecunia dicti communis. Et nichilominus iure qualibet incidat in penam Quingentarum librarum.

denariorum. Et debeant in hiis specialiter sindicari. Rubrica.

Quod gabella eminarum communis exigi debeat in quantitate taxata. Rubrica.

Cum per formam statutorum communis gabella eminarum seu mensurarum comitatus Perusii sit taxata et multi querelant ut asseritur noviter inhoneste ob deficientiam focularium vel fori nolle a tali solutione et taxa exhonerari decrevimus statuentes. Quod ipsa gabella possit debeat a castro et villa qualibet comitatus per massarios communis Perusii exigi predictorum in illa quantitate et summa prout et sicut taxata et declarata est. sine aliqua defalcatione summe granatione. Non obstante quod forum seu mercatum non haberent castra seu comitatum vel quod tot focularia non haberent vel obstaculis non obstantibus quibuscumque. Ita quod dicta gabella exigatur et exigi debeat in illa summa prout sicut exigi consuevit ab anno domini millesimo cccolxxxiiii. retro. Predicta autem gabella non possit nec debeat a comitatensibus predictis quousque ad solutionem taxe fuerint astricti.

391

De exitibus camere massariorum. Rubrica.

Massarii communis Perusii possint teneantur et debeant vigore eorum offitii de quacumque pecunia dicti communis que pervenit seu pervenerit ad eorum manus dare et solvere et solui facere illis personis et illis de causis et illis in temporibus et eo modo et forma prout et sicut in inferius apparebit et iure et secundum formam et exigentiam absque eo aliquo alio precepto vel mandato libere licite et impune infrascriptam quantitatem florenorum seu pecunie prout et sicut inferius per ordinem declaratur.

392

quantitate facienda pro vestimentis pauperum et etiam pro eorum alimentatione - Rta

393 Imprimis cum omne donum perfectum desursum sit descendens a patre luminum sit propterea ipse solus salvet et protegat statum pacificum Civitatis et communis et populi prusini. ut reverentia sicut congruit habeatur presenti capitulo. duximus statuendum Quod in perpetuum et anno quolibet in festo decollationis gloriosissimi martiris herculani fiat et fieri possit et debeat annua elimosina Triginta tribus vestimentis cum debeant quadraginta septem cane panni bigi ad rationem duorum flor. pro qualibet cana et etiam quod dicto die domini priores artium qui pro tempore fuerint teneantur et debeant triginta tribus pauperibus ob Christi reverentiam in eorum palatio comestionem facere dari. Et quod pro tali expensa hac possint et debeant camerarii massariorum anno quolibet in dicto festo tres flor. auri. Declarantes et statuentes quod massarii communis perusii qui pro tempore fuerint de anno in annum possint teneantur et debeant de quacumque pecunia dicti communis emere sine aliquo precepto vel mandato dictorum pannorum quantitate quadraginta septem canarum et ad dictam rationem omni fraude remota et pannare seu pannari facere dicto die guardiano conventus observantie fratrum sancti Francisci de monte qui pro tempore fuerit de anno in annum sub pena quingentarum librarum denariorum et vice qualibet aliqua contrafaciente quolibet auferendarum de facto per maiorem sindicum. Cui quidem guardiano sive eius propriam conscientiam qua in hoc tempore oneramus possit prout noverit convenire dictorum pannorum vestimentis triginta tribus pauperibus distribuere et erogare prout sicut noverit convenire. Et quod ipsi massarii possint et teneantur pro ipsis exequendis videlicet pro emptione dicti panni expendere de quacumque pecunia dicti communis quadraginta septem flor. de auro sine aliqua solutione gabelle Et tres flor. dominis prioribus ante dictis sine aliqua retentione gabelle de anno in annum predicta observando omni contradictione cessante aliquo non obstante.

de pecuniis expendendis pro luminariis consuetis et cera et facolis dandis Rta.

394 Item quod massarii possint teneantur et debeant sine aliquo alio precepto vel mandato de quacumque pecunia dicti communis expendere pro cera emenda pro facolis et candelis et cereis emendis et dandis et distribuendis iusta et sinceriter et prout et sicut infra distincte et seriosissime declarantur quantitates pecuniarum. opportunas pro infrascriptis quantitatibus cere emendis prout capiet et summabit secundum valorem cere pro tempore sine solutione gabelle aliquo non obstante.

de facolis et candelis dandis consuetis offitialibus in festivitate sancti Costantii et aliis Religiosis Rta.

395 Imprimis dent et erogent massarii communis perusii in vigilia Beati Costantii martiris infrascriptis offitialibus videlicet. domino locumtenenti ducali dominis prioribus artium eorum notario Cancellario abreviatori reformationum communis perusii domino potestati et domino Capitaneo populi et maiori sindico una facolam cerei ponderis quatuor librarum pro qualibet et quolibet ipsorum Que facole capiunt in totum sexaginta libr. cere. videlicet

Item gonfalonerijs et eorum notario offitialibus
super arbitrio conservatoribus monete
massarijs communis predictis offitialibus super
massaritijs unam faculam cere pro quolibet
ponderis trium librarum pro qualibet. Item
duobus nuntijs dictorum Golfaloneriorum
unam faculam pro utroque ponderis
duarum librarum pro quolibet.

Item consultoribus et notarijs conserva
torum massariorum et notario super regi
stro unam faculam pro quolibet pon
deris trium librarum pro qualibet

Item dent et erogent priores S. Costantij
ponderis xx. libre cere duos cereos
cere masticos ponderis xx. lib. cere
deferendos ad ecclesiam sancti Costantij
et ibidem relinquendos

Item erogare debeant domino Abbati
monesterij sancti Petrij et monacis
clericis dicte abatie in dicto festo
septem libr. cere videlicet pro domino abate
unam faculam ponderis unius libre
et sex libr. candelarum ad rationem sex
candelarum pro qualibet libra.

Item Capellanus capelle sancti Herculani
in ecclesia sancti Laurentij et ecclesie sancti Her
culani capelle superius et capelle in
ferius libras quinque candelarum in
dicto festo ad rationem sex candelarum
pro qualibet libra que candele ca
piunt xxx. libre cere

Item Gubernatori seu custodi sancte Marie
de Uolta dent et erogare debeant
in dicto festo duas faculas ponderis
quatuor libre cere pro qualibet

Item domino Episcopo presenti seu alteri episcopo
qui accidenti parato ad processionem et
eius vicario siue vicarius erit. Episcopus
duas faculas cere videlicet domino Episcopo ponderis
quatuor libr. et dicto vicario ponderis
trium libr. cere et si vicarius non
fuit. Episcopus erogare debeant unam
faculam ponderis trium librarum.

Item priori claustrali sancti Laurentij presentis et
canonicis erogare debeant sex libras
candelarum ad rationem sex candelarum
pro qualibet libra et ad rationem duarum can
delarum pro quolibet canonico. Et pro capellanis
sancti Laurentij duas libras candelarum de
ponderis [illegible] ad rationem unius candele
pro qualibet que candele capiunt in totum octo
libras cere.

Item priori totius clericis presentis pro omnibus
clericis dent et erogare debeant decem
libre candelarum ad rationem sex candelarum
pro qualibet distribuendarum inter clericis
pro priorem ad rationem unius pro quolibet.

Item guardiano sancti Francisci decem et octo libr.
cere videlicet pro ministro una faculam ponderis
duarum libr. et pro quatuor magistris in sacra
pagina una faculam pro quolibet ponderis
unius libre Et pro alijs fratribus duodecim
libr. candelarum ad rationem sex candelarum
pro qualibet libra pro priori guardianum
omnium fratrum distribuendarum ad processionem
venientibus.

Item priori sancti dominici dent et erogare debeant in dicto festo decem octo libras cere distribuendas modo et forma prout supra de guardiano sancti Francisci exprimitur.

Item erogare et debeant priori sancti Augustini in dicto festo decem octo libras cere videlicet duas facculas pro duobus magistris in sacra pagina ponderis unius libre pro qualibet et sex libr. candelarum ad rationem sex candelarum pro qualibet libra pro primo priori distribuendas suis fratribus ad processionem venientibus.

Item priori sancte marie servorum decem libr. cere videlicet unam facculam ponderis unius libre pro magistro in sacra pagina et sex libr. candelarum ad rationem sex candelarum pro qualibet libra distribuendarum cuilibet fratri venienti ad processionem.

Item priori sancti mathei presbitero et fratribus venientibus ad processionem duas libras candelarum ad rationem sex candelarum pro qualibet libra et c.

Item priori sancte marie nove erogare debeant sex libr. candelarum ad rationem sex candelarum pro qualibet libra distribuendarum dictis fratribus venientibus ad processionem.

Item priori sancti simonis erogare debeant tres libras candelarum ad rationem sex candelarum pro qualibet distribuendarum dictis fratribus venientibus ad processionem.

Item capellano sancti honofrii in campo erogare debeant in dicto festo quinque libras candelarum ad dictam rationem sex candelarum pro qualibet libra cere.

Item priori monacorum corporis Xpi stantium in ecclesia sancti florentii porte solis decem libras cere.

Et predicta omnia locum habeant et extendantur ad illos clericos qui ad processionem accederent et non ad alios quovis modo.

De quantitate expendenda per eos erogandi in vigilia traslationis gloriosissimi martiris herculani. 396

Item teneantur et debeant dicti massarii in vigilia traslationis gloriosissimi martiris herculani quod festum celebratur die prima martii dictis locum tenenti ducali, prioribus eorum notario cancellario abreviatori reformationum communis perusii dominis potestati et golfaloneriis et eorum notario, conservatoribus monete massariis communis perusii, camerariis golfaloneriorum et aliis offitialibus facculas in numero et pondere prout et sicut erogari debent in vigilia festivitatis sancti Costantii prout et quemadmodum superius continetur.

Item teneantur et debeant dare ser Antonio alevutii de perusio et ser Xpofaro de gualdo et eorum subcessoribus in hoc festo unam facculam pro qualibet ponderis trium librarum pro qualibet et unam aliam facculam dicti ponderis in festo sancte marie de mense

Augusti in quibus duabus luminariis dentur cuilibet utrique due facule de ponderis in ipsis festivitatibus anno quolibet.

faculas comburendas ad divinum offitium ponderis quatuor librarum pro qualibet

De candelis faculis dandis clericis in vigilia dicte festivitatis

397 Item dent et erogare debeant in dicto festo capellanis sancti Herculani in capelle superioris et inferioris quinque libras candelarum pro quolibet. Custodi sancte Marie de Volta. Domino Episcopo presenti vel alii vel eius vicario priori claustrali sancti Laurentii pro se et canonicis. Priori totius cleri Perusini pro se et clericis. Guardiano sancti Francisci pro se et ministro magistris in sacra pagina. Priori sancti Dominici pro se et prioralis et magistris et fratribus. Priori sancti Augustini pro se magistris et fratribus. Priori sancti Mathei pro se et fratribus. Priori sancte Marie Nove pro se et fratribus. Priori sancti Mathei Simonis pro se et fratribus. Et Capellano sancti Honofrii et priori sancti Florentii et aliis omnibus erogare debeant faculas et candelas in ea quantitate et numero et pondere prout et sicut de festivitate sancti Costantii per ordinem continetur.

De faculis dandis in dicto festo capelle sancti Herculani ecclesie sancti Laurentii.

398 Item dent et erogare debeant in dicto festo sancti Herculani ecclesie sancti Laurentii septuaginta faculas cereas ponderis quatuor librarum pro qualibet comburendas in dicta capella ad laudem dei et martiris eiusdem que capiunt in totum libras ducentas quadraginta.

De faculis dandis in festo predicto fratribus sancti Dominici.

399 Item dent et erogare debeant in dicto festo fratribus sancti Dominici sex

De expensis faciendis cereis magnis et astis et aliis pro honorando ymaginem beati Herculani et dominos priores in luminariis. Rubrica.

Item dicti massarii possint teneantur in dicto festo fieri facere duo duplerea magna ponderis quinquaginta librarum pro quolibet in astis et octo duplerea quatuor librarum pro quolibet in astis cum honorandi in processione ymaginem beati martiris Herculani. Et cum honorandi de sero in dicta vigilia et in die festivitatis dominos priores et alios offitiales dicti comunis in scalis sancti Laurentii more solito et quod de predictis omnibus considerata cera que comburitur et expensis cere et astarum portitorum in totum portitorum possint expendere et ad exitum ponere in totum pro omnibus dictis dupleriis et cereis et astis et portatoribus et cera octoginta libras cere capit in totum ceram pro dicta festivitate sancti Herculani. 400

Videatur ratio cere

De cera danda fratribus sancti Augustini in kalendis maii. Rubrica.

Item possint teneantur et debeant erogare fratribus sancti Augustini in kalendis maii pro sollempnitate corporis Christi in cereis et candelis ad electionem prioris eorum anno quolibet libras quinquaginta cere sine aliquo precepto vel mandato. 401

De faculis et candelis dandis dominis prioribus et clericis et fratribus sancti Dominici in festo Assensionis domini nostri Yhesu Christi. Rubrica.

In festo Asensionis domini nostri Yhesu Christi massarii predicti teneantur et debeant erogare dominis prioribus artium Civitatis Perusii decem faculas ponderis quatuor librarum pro qualibet 402 no

dandis et offerendas et relinquendas sancte
Marie de Uolta et duo tortitia seu duple-
ria in castris ponderis sexdecim librarum cere
relinquende ut supra. Item dent religio-
sis faculas et candelas in quantitate et
modo prout et sicut supra de festivitate sancti
Herculani exprimitur. Exceptis facul(is)
dandis capelle sancti Herculani ecclesie sancti
Laurentii. Possint tamen et debeant dare
capellano dicte capelle quinque libras candelarum.
Et etiam fratribus sancti Dominici dare teneantur
quatuor faculas ponderis quatuor libre
cere pro qualibet et non ultra.

403 Item dent et erogare debeant
dicti massarii ad reverentiam corporis
Christi domino ducali locumtenenti prioribus
artium cum notario cancellario abbreviatori
reformationum domino potestati et capitaneo
unam faculam cere ponderis quatuor
librarum pro qualibet eorum et cuilibet ipsorum
Golfaloneriis cum notario consultoribus
monete et massariis et aliis compre-
hensis in festo sancti Constantii et nuptiis
Golfaloneriorum unam faculam pro qualibet
ponderis prout supra in festivitate sancti
Constantii.

404 Item dicti massarii teneantur et
debeant erogare in dicto festo
faculas et candelas clericis et religi-
osis exceptis fratribus sancti Francisci nisi
quatenus accessint ipsi fratres sancti Franci-
sci. Et etiam cereis dandis abbati et
monacis sancti Petri eo modo et forma
et in ea quantitate et pondere prout et
sicut supra de festivitate sancti Constantii est expressum.

Item dicti massarii teneantur
et debeant erogare in dicto festo 405
corporis Christi fratribus sancti Dominici duodecim
faculas cereas ponderis quatuor
libre pro qualibet circa comburendas ibidem
relinquendas et comburendas ad divina
offitia.

Item dicti massarii pro honore et 406
reverentia corporis Christi pos-
sint teneantur et debeant sub pena quin-
quaginta librarum denariorum anno quolibet in dicto festo
dare dictis fratribus sancti Dominici unum bravium
expulsatoribus currendis cum pusiis in
festo gloriosissimi martiris Herculani
Exceptis braviis ad que currit(ur) et
etiam braviis offerendis capellis dominorum
priorum artium et sancti Herculani et maiestati
de Uolta. Et quod dicti domini priores ac
sub dicta pena vel alii offitiales dicti
com(un)is non possint seu debeant directe vel
indirecte dationem dicti bravii quolibet
impedire quominus unum expulsatoribus
ipsis exceptis bravie possint et debeant
prout supra continetur aliquo non obstante.
Possint etiam et debeant sub dicta pena
dare bravia capellis dominorum priorum sancti
Herculani et sancte Marie de Uolta secundum
ordinationem factam super huiusmodi erogationis.

Item dare et erogare debeant
dicti massarii in festo indulgentie 407

que est apud ecclesiam sancti dominici de mense augusti dominus ducali locum tenens prioribus artium cum notario cancellario abreviatori reformationum domino potestati et capitaneo populi et maiori sindico unam faculam pro quolibet ponderis quatuor librarum cere pro qualibet carum. Item Golfaloneriis et eorum notario conservatoribus dicti comunis offitialibus arbitrum et aliis offitialibus comprehensis in festo sancti Costantii unam faculam pro quolibet eorum ponderis trium librarum pro qualibet eorum. Item duobus nuptiis gomfaloneriis unam faculam pro utroque eorum ponderis duarum librarum cere pro utraque parte.

De faculis et candelis dandis religiosis in festo dicte indulgentie . . .

408 Item dare et erogare debeant dicti massarii in festo dicte indulgentie apostolorum sanctum dominicum de mense augusti faculas et candelas cereas religiosis exceptis fratribus sancti Francisci nisi quatenus accesserint dicti fratres sancti Francisci et priore sancti Costantii abbate et monacis sancti Petri faculis capelle sancti beccariam in quantitate modo et pondere prout supra est expressum et potissime in festivitate sancti Costantii ante dicti.

De faculis dandis fratribus sancti dominici in dicto festo.

409 Item dent et erogare debeant dicti massarii fratribus sancti dominici in dicto festo duodecim faculas cereas ponderis quatuor libras pro qualibet carum relinquendas et ibidem comburendas ad divina offitia.

De faculis dandis dominis prioribus et aliis offitialibus illuminaria facienda in festo sancti Laurentii

410 Item dent et erogare possint et debeant in festo sancti Laurentii dominus ducalis locumtenens prioribus notario cancellario abreviatori et aliis offitialibus Canonicis et forensibus et clericis et religiosis illas faculas illius ponderis et in ea quantitate et stima illa modo et forma prout et quemadmodum fieri dari debet in festo sancti Costantii. Secedentes quod fiat luminaria more solito ab ecclesia sancti Francisci ad sanctum Laurentium sicut decet et prout fit illuminaria sancti Costantii. Item dare debeant in dicto festo fratribus sancti Francisci duodecim faculas ponderis quatuor librarum pro qualibet comburendas ad divina offitia celebranda

+ De candelis dandis dominis prioribus in festo beate virginis Marie

411 Item dicti massarii erogare debeant dominis prioribus artium in festo beate Marie virginis in purificatione benedicendas et retinendas per eos et familia libras quinque candelarum cere

De faculis dandis in festo assumptionis gloriose virginis Marie dominis prioribus et quibusdam aliis

412 In festo assumptionis gloriose virginis Marie quod celebratur de mense augusti apud ecclesiam sancte . . . de monte . . . dicti massarii teneantur et debeant erogare domino ducali locumtenenti dominis prioribus eorum notario cancellario abreviatori potestati capitaneo gomfaloneriis et eorum notario conservatoribus monete massariis comunis . . . et aliis offitialibus et nuptiis golfaloneriorum faculas in modo quantitate et pondere cere prout supra in festivitate sancti Costantii expressum. Item fratri Antonio . . . et fratri . . . offitialibus ad . . . deputatis unam faculam pro quolibet ponderis trium librarum cere pro qualibet.

de faculis et candelis dandis et clericis in dicto festo

413 Item dare et erogare teneantur et debeant faculas et candelas clericis et religiosis in ea quantitate et pondere exceptis priore sancti Costantii et domino abbate et monacis sancti Petri et etiam fratribus sancti Dominici nisi quatenus accesserint ad fores sancti Dominici prout et sicut in festivitate sancti Costantii est expressum.

de faculis dandis ecclesie montisluci in dicto festo

414 Item dare et erogare debeant ecclesie seu monesterio montislucidi ibidem relinquendas et comburendas ad divina offitia duodecim faculas ponderis quatuor libras cere pro qualibet

de candelis dandis disciplinatis ferentibus et referentibus ymaginem salvatoris

415 Item dent et erogent disciplinatis ferentibus et referentibus ymaginem salvatoris libras tredecim candelarum pro utraque vice ad rationem sex candelarum pro qualibet libra

de cereis dandis capelle priorum

416 Item dent et erogare teneantur et debeant sine alio precepto vel mandato de quatermestre in quatermestre in principio cuiuslibet quatermestralis temporis capellano sive sacriste capelle palatii dominorum priorum pro illuminando corpore domini nostri yhesu christi unum cereum cere ponderis quatuor librarum pro quolibet. Item dent et erogare debeant et teneantur capellano capelle palatii dominorum priorum unam faculam ponderis duarum librarum cere in qualibet luminaria prout domini priores et alii sunt soliti habere.

de faculis dandis dominis prioribus artium in festo sancti Lodovici

417 In festo beati Lodovici dicti massarii teneantur et debeant anno quolibet erogare et dare dominis prioribus artium duodecim faculas ponderis quatuor librarum pro quolibet offerendas et relinquendas ecclesie sancti Francisci de Perusio et comburendas ad divina offitia ad quam ecclesiam in dicto festo ad honorem et reverentiam beati Lodovici dicti domini priores et potestas et alii offitiales forenses personaliter accedere teneantur.

de pietantia danda fratribus sancti Francisci in dicta festivitate

418 Item dicti massarii dare et solvere teneantur et debeant dictis fratribus sancti Francisci loci de Perusio in dicto festo pro una pietantia seu recreatione singulis dictis fratribus facienda libras vigintiquinque denariorum.

de faculis dandis in festivitate sancti Augustini.

419 Item dicti massarii dare et erogare teneantur et debeant in festo gloriosissimi doctoris ecclesie Augustini dominis prioribus artium duodecim faculas cereas ponderis quatuor librarum pro qualibet relinquendas et comburendas ad divina offitia in dicta ecclesia sancti Augustini ad quam ecclesiam domini priores potestas et capitaneus et alii offitiales forenses accedere personaliter teneantur

de faculis dandis dominis prioribus et aliis offitialibus in festo sancte Marie de mense septembris

420 Item quod in festo sancte Marie de mense septembris fiat luminaria

et processio prout fit i festo sti Costantii et quod massarii possint teneatur et debeant dare faculas dnis prioribus et aliis offitialib et clericis et religiosis candelas sive faculas i illa quantitate et summa et i illo pondere et mensura et i illis personis modo et forma prout et quemadmodum tenetur per formam presentis statuti i festo et solepnitate Beati costantii decernentes quod fiat processio modo et more solito et quod omnia i distributione et erogatione cere fiettur prout fit i festo predicto aliquo non obstante.

Item fratrib dte ecclie i dicto festo octo dupleria cum scutis ad arma cois perusii ponderis i totum quinquaginta libras cere ibidem relinquenda.

Item anno quolibz unum palium de serico de largiendis cum de melioribus que habebunt pro honorando altare in capella beati ambrosii antedicti.

de faculis dandis dnis pot et cancellario i festo sti Gervasii

421 Item dare et erogare teneantur et debeant i festo beati Gervasii de mense octobris dnis prioribus not et cancellario duodecim faculas ponderis quatuor libr per qualibz relinquendas conbrendis ad diuina offitia i ipsa ecclia ad quam dicti dni priores et offitiales forenses accedere teneantur.

de faculis dandis dnis prioribus artium i festo collationis beati herculani

422 Item dent et erogare debeant dnis prioribus artium Ciuitatis perusii i festo decollationis beati herculani decem faculas ponderis trium librarum per qualibz cere relinquendas capelle superiori ecclie sti herculani posite i porta sti petri ad quam etiam dicti dni priores potestas Capitaneus et alii offitiales personaliter accedere teneantur et conbrendas ad diuina offitia.

de faculis dandis maiestati de... Iqualibus luminaria R...

Item dicti massarii teneantur et debeant dare loco maiestatis deuolta pro inluminando dictum locum in quibz ex supradictis processionibus de luminariis sti costantii. sti herculani corporis xpi i dulgentie apud sctum dominicum et ste marie montis lucidi duas faculas cereas ponderis quatuor librarum per qualibz. 423

de calice dando i festiuitate sti ambrosii fratribus ste marie noue et de cessatione luminarie et oblationis cere festiuitatis et etiam cassatione luminarie i festo sti luce

Item dicti massarii teneantur et debeant fieri facere unum calicem argenteum deauratum in quo sint scalta cois perusii valoris et pretii decem flor au. i quem calicem dicti massarii de quacumque pecunia dicti cois emere teneantur et expendere dictam summam et offerre in die festiuitatis sti ambrosii ecclie ste marie noue de perusio anno quolibz sub pena quingentarum libr den obreneretiam dicti rectoris ecclie sti ambrosii eius die libertas applicari perusini siue salutis spiritum reassumpsit. Statuentes et declarantes quod luminarie brauiorum cursus et oblatio cereorum et brauii et aliorum agendorum i dicta festiuitate et etiam i festiuitate sancti luce que celebrari consueuit pro reliquiis gloriosissimi martiris beati herculani 424

que actenus fieri consueverunt sint
et esse intelligantur cassa et revocata
Et exnunc cassamus cancellamus et in
ritamus in omnibus et singulis et quo ad omnia
et singula que in dictis festivitatibus propterea sive nomine comunis perusii vel artium sive
artificium dicte Civitatis retrolapsis
temporibus fieri consueverunt Et quod massarii
comunis perusii decetero non possint seu de
beant quoquo modo directe vel indirecte
pro dictis festivitatibus vel alia causa vel pro
executore hactenus ordinatorum seu factorum
aliquid expendere vel facere quoquo
modo. nisi dumtaxat in oblatione can
dellas et si secus facerent de eorum
proprio fecisse intelligantur et non
de pecunia seu aere comunis perusii aliquo
non obstante.

hic ponatur de lumi
naria facienda apud
hospitale misericordie
Rubrica.

425

de candelis dandis
ministris et fratribus
humiliatorum et fratribus
tertii ordinis in qualibet
luminaria. Rubrica.

426

Item dicti massarii possint
et eis liceat in qualibet lumi
naria que fierent in dicta Civitate perusii
dare et erogare ministro et cuilibet
ex fratribus ordinis et humiliatorum ad pro
cessionem venientibus videlicet in duas can
delas ad rationem sex candelarum pro qua
libet libra Item cuilibet ex fratribus
tertii ordinis beati francisci ad processionem
venientibus videlicet in duas candelas ad eandem
rationem

de modo et ordine di
stribuendi faculas
in processionibus et festi
vitatum supradictarum re
ligiosis.

427

Item quia dei et sanctorum suorum
reverentiam respiciunt sub
debita ordinatione procedunt presenti
capitulo duximus statuendum. quod
massarii comunis perusii possint teneantur
et debeant in qualibet festivitate ut
supra premictitur ordinata et decla
rata videlicet in festivitate sancti Costantii
in vigilia translationis sancti herculani
in festivitate corporis christi in festivitate
assumptionis domini nostri yhesu christi In festi
vitate indulgentie apud sanctum dominicum
In festivitate assumptionis gloriose
virginis marie ad ecclesiam monasterii
montis lucidi dare et erogare facu
las et candelas clericis et religiosis
ac cappellanis distinctis. et declaratis
supra in festivitate sancti Costantii iuxta
et secundum distributionem et formam ibidem
traditam et descriptam. Quas quidem
faculas dandas religiosis et clericis
dare et consignare teneantur prioribus
guardianis locorum seu conventuum in
luminariis seu festivitate sancti Costantii
descriptorum vel prioribus talium
locorum seu conventuum dando dictas
faculas et candelas de manu in manu
cuilibet luminarie in camera dictorum mas
sariorum et ponderando adhoc ut
fraus aliqua committi nequeat
sub pena quingentarum denariorum pro quolibet
et vice qualibet qua quolibet in aliquo

extiterit cotrafactum seu neglectum. Cum quidem pores seu guardiani teneant et debeant dns facilas et candelas erogare et distribuere clericis et fratribus et te religiosis et alijs prout et sicut supius est expressum fidele et sub honere eorum cosientie prout decet et adprocessiones fres omes ducere sicut in pteritum extiterit cosuetum et venientibus erogare candelas et faculas et no alijs quouis modo aliquo no obstante.

de pecunia soluenda ppictura imaginis beati herculani rta

428 Item dent et soluant anno quolibet camerario pictorum pro pictura imaginis beati herculani decem libras den. sine solutione gabelle volentes quod de pictura honorabiliter facienda idem camerarius curam hre debeat diligentem

de pecunia soluenda illis qui trahunt ad anulum in platea. Rta.

429 Item dci massarij teneantur possint et debeant dare et soluere sine alio aprecepto uel mandato astiludentibus equester in platea cois pusi. ad anulum in festiuitatibus sci herculani et omnium sanctorum cuilibet lucranti anulum in utroque festo prout extitit cosuetum decem libr. denariorum aliquo no obstante

de pecunia soluenda pro fulcimentis brauiorum adque curritur et palijs ipsis causis

430 Item possint et debeant dci massarij expendere de pecunia dci cois pro fulcimentis brauiorum adque curritur in festiuitatibus sci herculani et omnium scorum et pro tauro porchetta pane amicipitre et astis frangentibus in dictis ordinatis usque in quantitate sexaginta flor. de auro in totum ad declarationem dnorum priorum et camerariorum dicte Ciuitatis

de quantitate soluenda pro elimosina ipsis fratribus et monialibus

431 Item dci massarij possint teneantur et debeant dare et soluere de quacumque pecunia dci cois que peruenit seu perueniet ad eorum manus sine alio precepto uel mandato pro elimosina anno quolibet uz in kal. augusti cuiuslibet anni.

fratribus sci francisci	pro quolibet conuentu
fratribus sci dmci	dictorum quatuor
fratribus ste marie noue	conuentuum
fratribus sci augustini	libras quinquaginta

den. uz in totum libras ducentas

Item monesterio ste marie de monte lucido anno quolibet libr. xxv. den.

Item fratribus ste marie seruorum libras xxv. den.

Item mon. ste marie magdalene libr. uiginti quinque den.

Item dco monesterio dent et soluant centum libr. den. anno quolibet uz. quinquaginta in festo natiuitatis et alias quinquaginta in festo pasche dominice resurrectionis. Item decemo in decemmaz dent et soluant unum palium de offerendis, coi pusij

de oleo dando pro maiestate de volta. Rta.

432 Item dci massarij dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant gubernatori seu rectori ste marie maiestatis de volta pro oleo emendo pro lampadibus accensis retinendis in dicta maiestate ad eius reuerentiam mense quolibet unum flor. de auro

si et in quantum oleum quod recolligetur seu recolligeretur in bonis de maiestatis non sufficeret. Quo casu dictam quantitatem solvere teneantur et alio vel alio modo si solvuntur solvere debeant in defectum de oleo quantum opus fuit ad rationem trium flor. pro quolibet mense.

433 De pecunia solvenda societati pape in festivitate sancti Herculani et societati montis lucidi in festo assensionis virginis gloriose etc.

Item cum societas pape in festivitate gloriosissimi martiris Herculani inferendo et referendo ymaginem dicti martiris in ludis celebrandis in dicta festivitate se prestiterit et prestiterit temporibus retroactis Massarius communis Perusii in dicta festivitate haec consuevit sex flor. de auro et viginti libr. den. ut ad decorem dicte festivitatis valeant exercere duximus statuendum. Quod massarii communis Perusii possint teneantur et debeant anno quolibet in dicto festo dare dicte societati pape dictam quantitatem sex flor. de auro et viginti libr. den. sine aliquo alio precepto vel mandato aliquo non obstante.

Item societati montis lucidi pro ludo et festo faciendis apud montem predictum libras quinquaginta den. anno quolibet.

434 De brauio dando canonicis sancti Laurentii de brauiis societatis pape in festivitate sancti Herculani.

Cum sanctissimus in Christo pater et dominus dominus Urbanus summa dei providentia papa sextus in eius adventu ad civitatem Perusii largitus fuit brauium ad venerationem et decorem festivitatis gloriosissimi martiris Herculani et id haberet canonici sancti Laurentii et cum venerit commodare in dicta festivitate societati pape pro honorando ymaginem martiris dicti cum fertur et refertur ab ecclesia sancti Laurentii ad sanctum Dominicum et e converso in eius celebri festo decernimus statuentes quod in quantum canonici sancti Laurentii non concedent anno quolibet in dicto festo dictum brauium dicte societati ut dictum est quod massarii non possint nec debeant directe vel indirecte quolibet dare sive dari facere ipsis canonicis vel aliis pro eis aliquid vel minimum exbrauium de communi non obstante quocumque ordinamento dicti canonicis actenus edito sub quacumque conceptione verborum. Et si secus fieret eo ipso incidant in penam X libr. den. aliquo non obstante.

435 De pecunia solvenda capellano sancti Laurentii qui pulsat campanam scolarium. Reu.

Item de massarii dent et solvant de quacumque pecunia dicti communis que pervenerit ad eorum manus capellano sancti Laurentii qui pulsat campanam pro scolaribus anno quolibet libras decem den. sine alio precepto vel mandato.

436 De quantitate solvenda capellano sancte capelle palatii dominorum priorum pro oleo et lanternis tenendis in palatio dominorum priorum. Reu.

Item de massarii anno quolibet in kal. Januarii teneantur et debeant dare et solvere sine alio precepto vel mandato capellano sacre sancte palatii dominorum priorum pro oleo emendo et lanternis manutenendis per ipsum capellanum cum lumine de nocte in scalis palatii dominorum priorum flor. decem de auro subvenientes quinquaginta libr. den. pro quolibet sufficiente. Item massarii presentes vel futuri teneantur et debeant

sub dicta pena dare et solvere offitialibus massariarum pro dictis laternis emendis et ordinandis in scalis dicti palatii ad hoc ut lumen de nocte omnino habeatur pro honore dicti palatii et etiam pro comodo ascendentium seu descendentium per scalas dicti palatii flor. decem de auro quas quidem lanternas dicti offitiales fieri facere et ordinare et manutenere teneantur supra scalas dicti palatii in illis locis prout viderint convenire aliquo non obstante.

De quantitate solvenda offit. massariarum pro fonte platee et eius aqueductu

437 Item massarii communis Pistorii teneantur et debeant omnem quantitatem flor. seu pecunie provenientem ad eorum manus tempore eorum offitii ex gabella que solvitur et solvi debet in dicta camera ex quantitatibus flor. seu pecuniarum per massarios solvendis sub alio precepto nullo mandato pro manutentione fontis platee et eius aqueductus et aliorum dare et solvere offitialibus massariarum communis Pistorii suis temporibus et sub pena prout et sicut in statutis seu ordinamentis dicti communis de tali materia disponentibus quolibet continetur aliquo non obstante.

De pretio gabelle postribuli solvendo offitialibus massariarum pro actatione palatiorum et massariarum dicti communis Pistorii

438 Item massarii communis Pistorii et eorum notarii et famellus possit teneantur et debeant sub alio precepto nullo mandato solvere et solvi facere offitialibus massariarum dicti communis pro manutentione palatiorum et massariarum dicti communis et pro aliis circa eorum offitium oportunis omnem quantitatem flor. auri seu pecunie percipiendam ex gabella dicti postribuli anno quolibet ad eorum introitum poni registrari facere eo modo et forma et sub illis penis prout et sicut in ordinamentis de dicta materia et deputatione disponentibus quolibet continetur.

De pretio gabelle eminarum civitatis Pistorii solvendo offit. massariarum ex commissione ipsius Ra

Item massarii communis Pistorii teneantur et debeant sub alio precepto nullo mandato offitialibus massariarum communis Pistorii pro manutentione campanarum et horologii 439
et earum pulsatione et reactatione in matonatis civitatis et burgorum portarum et suburgorum Pistorii omnem quantitatem flor. seu pecunie que quomodocumque pervenerit ex gabella eminarum et mensurarum civitatis predicte burgorum et suburgorum. Decernentes quod dicta gabella quod dicta gabella sit et esse intelligatur deputata offitialibus massariarum predictis omnibus exequendis et quam in usus alios converti seu deputari non possit per massarios nullos alios offitiales sub pena quingentarum libr. den. Et quod emptor tam presentis quam qui pro tempore fuerint teneantur et debeant pretium dicte gabelle dare et solvere dictis offit. temporibus et prout solvere deberet dictis massariis. Et quod dicti massarii teneantur et debeant et eorum notarii et famellus dictam quantitatem ad petitionem dictorum offitialium sub dicta pena ad eorum introitus et exitus poni facere et etiam registrari ad rationem emptorum prout et sicut fuerit oportunum. Decernentes etiam quod ratione pretii dicta gabella non venderetur. Quod fuerit reddictus

et puentus eiusdem solui debeant dictis offitialibus massariarum aliquo non obstante.

de salariis soluendis dicti offitialibus et aliis in officiis primas [illegible] Et primo septem domicellis dominorum [illegible] [illegible]

440 Massarii communis perusii possint teneantur et debeant sine aliquo precepto uel mandato dare et soluere septem domicellis deputatis seu deputandis per dominos priores et cum in palatio habitatoris dominorum priorum artium ciuitatis perusii ad seruitia dominorum priorum et pro honore offitii prioratus solum uisa eorum electione flor. duos de auro pro quolibet eorum et quolibet mense sine aliqua solutione uel receptione gabelle sub pena Centum librarum den. pro quolibet et uice qualibet si fuerit negligentes.

de sexaginta soluenda pro raubis septem domicellorum . [illegible]

441 Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant pro septem raubis septem domicellorum deputatorum seu deputandorum ad seruitia dominorum priorum pro quolibet anno in festo beati Gostantii ad rationem decem flor. de auro pro qualibet rauba in totum pro quolibet anno flor. septuaginta sine aliqua solutione gabelle et dictam quantitatem soluere teneantur sub pena Centum librarum pro quolibet et uice qualibet qua fuit contrafactum uisa solum eorum Electione sine aliquo alio precepto uel mandato.

de quantitate soluenda pro raubis nuptii et famulorum portinarii et dominorum priorum .

442 Item dare et soluere teneantur et debeant dicti massarii sine aliquo alio precepto uel mandato solum uisa eorum electione pro redimentis nuptiis dominorum priorum et pro duodecim Raubis famulorum et portinarii et eorum nott. ad rationem quatuor flor. auri pro qualibet rauba dictorum famulorum et portinarii et pro redimentis nuptii sexdecim flor. de duobus mensibus in duos menses in totum flor. sexaginta quatuor de auro cum debita tamen retentione gabelle sub pena quingentarum librarum den. pro quolibet contrafaciente et uice qualibet.

de salario soluendo [struck through: sacriste] sacriste capelle dominorum priorum .

443 Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant mese quolibet sacriste capelle dominorum priorum uel eius subcessori pro suo salario duos flor. de auro sine aliqua receptione gabelle sub pena Centum librarum den.

de salario soluendo choco guactero et aquarolo in palatio dominorum priorum .

444 Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant uni Choco eligendo per dominos priores pro toto tempore offitii prioratus dominorum mensium flor. quatuor de auro Item uni guactero et qui uerat palatium dominorum priorum eligendo per dictos dominos priores pro tempore dominorum mensium in totum duos flor. de auro. Item uni qui [illegible] aquam eligendo per dictos dominos priores tempore offitii prioratus et seruiat ad quoquinam et ad palatium in totum flor. tres de auro et predictas quantitates soluere teneantur et debeant solum uisa eorum Electione sine aliquo precepto uel mandato cum debita retentione gabelle sub pena C. librarum.

de palatio soluendo not. duorum pro ser. pro septimanis restituendis Rca.

445 Item soluant et soluere teneantur et debeant not. duorum pro ser. pro palatio septimanarum et libri restituendi in cancellaria comunis per. per eum in forma publica de eis de quibus rogatus fuerit pro pretio cuilibet pro ratis florenos decem de auro cum debita retentione g. Dummodo dicti massarii teneantur sub pena L. libr. den. eius quod soluant habita fidem de restitutione libri in mense a die depositi offitii in cancellaria comunis et in eius illorum simili pena redidat dictus notarius si non restitueret de quo quantita pro fit offitialis residuum comunis.

de palatio soluendo cancellario comunis perusii pro eius victu et aliis expensis Rca.

446 Item dent et soluat et dare et soluere teneantur et debeant cancellario comunis perusii pro eius cotidiano victu temporibus et sub pena prout in eius electione exprimitur ad rationem viginti sold. den. pro quolibet die sine alia solutione uel retentione gabelle pro anno quolibet in totum libras trecentas sexaginta sex den. Item eidem pro lumine tenendo in cancellaria comunis perusii mense quolibet duas libras candelarum cere sine aliqua solutione gabelle. Item eidem anno quolibet in subsidium expensarum ultra dictas quantitates flor. quindecim de auro sine aliqua solutione gabelle aliquo non obstante. Item eidem pro pensione domus anno quolibet XX fl. de auro.

de quantitate soluenda abreviatori reformationum comunis perusii pro expensis et pensione domus Rca.

447 Item dicti massarii possint teneantur et debeant dare et soluere quolibet mense abreviatori reformationum comunis perusii temporibus et sub pena in eius electione contentis pro sublevatione expensarum anno quolibet flor. quindecim de auro sine aliqua solutione uel retentione gabelle. Item soluere teneantur et debeant pro pensione domus eius habitationis de anno in anno quantitatem flor. seu pecunie declaratam per duos priores artium prout et sicut in eius electione exprimitur. beant

de quantitate soluenda pro raubis caputeis nuptiorum gomfaloneriorum Rca.

448 Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant duobus nuptiis gomfaloneriorum pro duabus raubis et duobus caputeis anno quolibet flor. viginti de auro et libras decem.

de palatio quantitate soluenda pro raubis tubatorum nactariorum comunis perusii

449 Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant pro septem raubis tubatorum et unius nactharum ad rationem decem flor. pro qualibet rauba solum videlicet eorum electione flor. septuaginta de auro retinendo gabellam ad rationem duodecim den. pro qualibet libra dummodo pro honore comunis perusii dictas raubas teneantur portare omnibus diebus festiuis pena centum sold. den. pro quolibet et vice qualibet.

de palatio soluendo tubatoribus et nactario Rca.

450 Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant pro palatio dictorum tubatorum et unius nactarini cum uno equo pro quolibet eorum ad rationem quinque flor. auri.

quolibet mense et quolibet eorum si rencenum retinuerint et si rencenum non retinuerint ad rationem trium florenorum pro quolibet mense et quolibet eorum de quo quidem rengeno mostram asignam facere teneantur sicut in aliis ordinamentis camere est expressum. Et predictas quantitates tam rationibus quod pro salario ipsi massarii solvere teneantur sub pena quinquaginta librarum denariorum pro qualibet vice retinendo gabellam ad rationem duodecim denariorum pro qualibet libra solum visa eorum electione seu conducta aliquo non obstante.

De fratres sancte marie fratrum (?) carcerum capelle sancti honofrii domibus carcerum

451 Item volumus et mandamus quod capitulum et fratres sancte marie servorum curam habent capelle sancti honofrii in domibus carcerum sancte et quod ipsis sit totaliter atribuita dummodo dicti capitulum et fratres teneantur facere omnia ad que tenentur et debent fieri in dicta capella marie et cetera divina offitia illic celebranda pro quibus ipsi capitulum et fratres habeant a massariis comunis predicti anno quolibet unum cereum cere ponderis sex librarum et libras sex candelarum quam massarii teneantur et debeant dare dictis conventui et capitulo sub pena quingentarum librarum denariorum fide habita de observatione supradictis contentorum dumtaxat cereum et candelas.

de salario custodum carcerum

452 Item dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant quinque custodibus carcerum comunis predicti pro tempore duorum mensium ad rationem duodecim soldorum denariorum pro quolibet eorum et quolibet die solum visa eorum electione seu publicatione de duobus mensibus in duos menses libras centum octuaginta denariorum. Et si plus minus non caperent dies pro numero temporali tempore solvere debeant ad rationem duodecim soldorum denariorum pro qualibet die ut caperent aliquo non obstante.

de pena solvenda pro oleo et aqua pro carceribus comunis.

Item dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant sine precepto vel mandato custodibus carcerum comunis predicti solum visa eorum electione seu publicatione pro oleo tenendo in lumine tenendo in dictis carceribus et etiam pro aqua bibenda pro carceratis florenos duos de auro de duobus mensibus in duos menses aliquo non obstante. 453

de salario solvendo bono homini et notario carcerum.

Item dare et solvere teneantur et debeant bono homini et notario dictorum carcerum pro eorum salario de duobus mensibus in duos menses libras decem denariorum solum visa eorum electione seu publicatione. 454

de salariis solvendis sindicatoribus offitialium forensium et notario.

Item dicti massarii teneantur et debeant dare et solvere sindicatoribus offitialium forensium comunis predicti solum visa eorum electione seu publicatione pro eorum salario florenos tres de auro pro quolibet eorum et notario ipsorum sindicatorum solum visa eius electione florenos duos pro quolibet offitio sindicatus aliquo non obstante. 455

De salario dando baiulis comunis Pisii.

456 Item dicti massarii possint teneantur et debeant sub pena centum librarum pro quolibet et vice qualibet videlicet unicuique duodecim baiulorum tunc electorum et eligendorum per dominos priores artium ad rationem duorum florenorum pro quolibet eorum et quolibet mense solvere visa eorum electione et bona fide ab offitialibus quibus sunt vel erunt deputati de impense servitio de tempore in tempus ad hoc ut illis debeat satisfieri qui serviunt prout decet. Et quod ipsi baiuli teneantur et debeant ferre birrectum rubeum cum armis comunis Pisii secundum formam ordinamenti de tali materia disponentis. Et quod pro salario dictorum baiulorum sint in spe deputati introitus quos offitiales quibus tales baiuli serviunt venire facerent in cameram massariorum ut temporibus debitis ipsis baiulis satisfiat aliquo non obstante.

De salario solvendo offitialibus armarii.

457 Item dent et solvant et dare et solvere teneantur offitialibus armarii librorum comunis Pisii pro quolibet eorum pro tempore semestrali ad rationem duodecim florenorum de auro pro quolibet eorum pro tempore semestrali ad rationem in totum florenorum viginti quatuor de auro solvendum visa eorum electione seu publicatione

De salario solvendo notario et uni famulo offitialium custodie.

458 Item dicti massarii dare et solvere teneantur et debeant uni notario offitialium custodie solvendum visa eius electione seu publicatione de sex mensibus in sex menses in totum pro tempore semestrali florenos sex de auro cum debita retentione gabelle. Et uni famulo ad rationem unius floreni de auro mense quolibet videlicet unum florenum pro quolibet eorum et quolibet mense et famulus vacare debeat sex menses.

De quantitate solvenda pro pennonibus tubatorum comunis pro[…]

459 Item dare et solvere teneantur sine alio precepto vel mandato pro pennonibus tubarum et eorum fulcimentis dandis tubatoribus comunis Pisii anno quolibet tempore consueto et expendere propterea de quacumque pecunia comunis Pisii quolibet anno usque in summam quinquaginta quinque florenorum de auro pro his omnibus. Et hec fieri possint sicut ignatum deliberaretur per dominos priores et massarios fore oportuna ad bussolas et fabas.

De quantitate solvenda pro iustitia facienda [...] male pegge et alia[…] oportuna.

460 Item dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant pro iustitia facienda cuilibet male pegge et vice qualibet ad bollectinum offitialium forensium qui iustitiam fieri fecerit libras duas denariorum pisanorum et pro aliis causis oportunis pro scriptura et bollectinum talium offitialium omnem quantitatem # oportunam.

De tertia parte solvenda ex condempnatione [...] occisi. [...]

461 Item dare et solvere teneantur et debeant heredibus occisi vel occidendi sine alio precepto vel mandato tertiam partem totius condempnationis que solveretur comuni Pisii prout tenetur in aliis statutis.

#
Add. Unique per hendis dictis malapeggis multa scandala oriuntur et plures homines bone nationis inveniunt ad peccata compelluntur quod est inhumanum. Volumus quod si contingit aliquos forestos capi et detineri pro malefitio vel alias[…] vel furtis, ita quod veniret imponenda pena mortis secundum formam statutorum, dominus potestas et capitaneus habeant arbitrium mandandi offitialibus qui eos detinet quod usque ad duos homines inclusive debeat liberare a pena mortis et eos condempnet, et condempnatos debeat in perpetuum carcerare ad dictum offitium male pegge […] Et quotiens contingit quod aliquis offitialis comunis Pisii de eis habuerit necesse pro exercendo aliquod iustitie opus[…] cum custodia carceris teneantur et debeant tali offitiali assignare et sine expensis de iustitie eius offitialis assignare debeat sub pena mille librarum pro quolibet malapegga et vice qualibet qua contra factum fuerit. Et quod pro massarios comunis Pisii debeat solvi alimenta et vestimenta necessaria dictis duobus malapeggis videlicet pro quolibet malapegga duodecim florenorum auri in anno. Que quantitas debeat eis solvi de mense in mense in principio cuiuslibet mensis sub pena dictis massariis trium florenorum auri qualibet vice qua contra factum fuerit. Et habito dictis malapeggis in dictis carceribus ut supra ponuntur quod tunc dicti massarii aliis malapeggis nichil solvere tenentur nec debeant. Et si contingit aliquem de dictis malapeggis mori, salvo priusquam possit debeat fieri alius surrogari.

de p̄to contingente offitialibus forensibus psoluenda.

462 Item dicti massarii possint teneantur et debeant sin alio precepto vel mandato dare et soluere omnibus et singulis offitialibus forensibus p munetionibus armorum ludi et inventis de nocte et p muratoribus castellanorum et famulorum et potestatum et rectorum comitatus et Civitatum et terrarum sub portarum cois pusii Et de minutis q̄ deuetum et in salariam fraudem committentibus Et de aliis que venire fecerit ipsi omnes quantitates et flor et pecunias eis debitas p formam statutorum dicti cois de tali materia disponentibus et sin forem cois electionis aliquo non obstante.

de salario dando inundatori platee et p manco et coptimo faciendo.

463 Item dicti massarii possint teneantur et debeant sin alio precepto vel mandato dare et soluere inundatori platee cois pusii anno quolibet visa solum p publicatione sue electionis libras quinquaginta den et talem solutionem facere teneantur et debeant illis temporibus et terminis et sub illis penis et cum illa retentione p ptaturarum p negligentia inundationis p ut et sicut declaratum fuit p dnos offitiales massaritiarum.

de salario soluendo offitialibus caprionis communium.

464 Item dare et soluere teneantur et debeant duobus offitialibus caprionis communium cois pusii solum visa eorum electione seu publicatione p anno quolibet flor triginta de auro p utroque eorum Et si contingeret p dnos priores et camerarios unum alium eligi i offitialem cum eisdem ipsi similiter soluere debeant addendo eidem triginta flor i anno solum visa eius electione vel publicatione Et huiusmodi solutiones facere debeant de p̄tio pasture dictis vel alia quacumque pecunia aliquo non obstante.

de quantitate soluenda advocato cois pusii et p expensis cois.

465 Item dicti massarii possint teneantur et debeant dare et soluere p salario advocati vel sindici cois pusii quotiens p defensa iurium cois i aliqua lite contrauersia vel causa mota vel mouenda contra coe pusii eligeret p dnos priores artium ad mandatum dictorum dnorum priorum et camerariorum anno quolibet usque i decem flor de auro p quolibet eorum Et pro expensis que fieri occurrerent in aliqua contrauersia lite questione vel causa que quolibet moueretur seu mota esset contra coe pusii possint expendere quantitatem oportunam ad mandatum dnorum priorum p̄dictorum et camerariorum Civitatis pusii qui p̄ prius obtento partito ad bussolas et fabas albas et nigras ad minus p duas partes i quolibet casuum p̄dictorum aliquo non obstante

de electione castellanorum et stipendio soluendo p massarios.

466 Cum sepe numero contingit quod ad custodiam castrorum seu locorum com pusii vel terrarum subiectarum ipsi com ob casus emergentes et subspectiones que de talibus locis oriuntur p statum cois pusii opus est aliquem castellanum dirigere p ut capitulo diximus statuendum, quod quotienscumque necessitas flagitaret dni priores et camerarii artium ciuitatis pusii obtento tamen primitus partito super una quaque electione cuiuslibet castellani ad bussolam et fabas albas et nigras p omnes priores concorditer vel ad minus p nouem et p omnes priores camerarios concorditer vel ad minus triginta quinque

possint et eis liceat eligere et deputare castellanum seu castellanos illos quos putaverit convenire et mictere ad illa loca prout et sicut putaverit opportunum. Salvo quod neminem possint eligere qui est debitor communis pisi vel eo depinctus seu exbampnitus modo aliquo seu forma. Et etiam salvo quod remissio aliqua super tali electione seu deputatione fieri non possit set expresse nominatio vel electio fieri debeat in consilio dominorum priorum et camerariorum et loci adquem dirigitur. Et etiam salvo quod neminem possint eligere pro maiori tempore nisi usque in spatium unius mensis. Et etiam salvo quod nullus possit conduci cum pluribus paghis nisi usque in numerum paghiarum cuius persona computata loci et persone et opportunitatis qualitate pensata. Et si secus vel aliud fieret quod secum sint non teneat ipso iure nec aliquid solui possit seu debeat quoquo modo. Et qui solveret dicti dominis suum de suo proprio soluisse intelligatur. Et nichilhominus tam eligens quam soluens quam etiam acceptans pro quolibet et vice qualibet incidat in penam quinquagenta librarum denariorum. Decernentes quod massarii communis pisi possint teneantur et debeant visa tali electione facta vel exigentiam premissorum seu faciendi tales castellanos et eorum famulos conducere et sibi facere pro pila et signa sicut fit de gentibus armigeris et de quaratis pecunia dicti communis et sine alio precepto vel mandato soluere et solutum facere ad rationem dominorum florenorum cum dimidio pro qualibet paghia

retinendo tamen debitam gabellam ad rationem denariorum soldorum pro qualibet libra. De quibus quidem castellanis et eorum famulis retinendi possit et debeat mostra prout et sicut reunderi possit debet de aliis castellanis et eorum famulis et putaris et primis prout et sicut debent alii castellani secundum formam statuti camere conservatorum et prout in ipsis statutis seriosius continetur. Et talis descriptio castellanorum et famulorum fieri debeat et possit per notarium super exitibus camere massariorum in uno libro de per se. Cum quidem notarius sibi deri per tres dies adire talis conducte teneatur et debeat nomen talis castellani cum numero paghiarum et loci adquem dirigitur descripsisse et registrasse in cancellaria communis pisi in libro conductarum prout de conductis faciendis per eum conservatorum in statutis dicte camere continetur. Volentes et declarantes quod illi qui in dicto libro cancellarie descriptus non est dicti massarii non possint vel debeant de pecunia dicti communis aliquid soluere pro eius stipendio seu provisione continuatione predicta. Et si soluissent de eorum proprio soluisse intelligatur et ad omnia et singula tam massarii quam notarii teneantur in tali casu prout et sicut de conservatoribus monete et notariis super conductis in statutis dicte camere conservatorum scriptum sunt continetur aliquo quod loqueretur in contrarium non obstante. †

467 De honorandis nuptiis ferentibus bona nova

Cum laudabili consuetudine sit inductum et iugiter observatum quod nuptii venientes pisas ad dominos priores cum palmis victoriis vel aliter bona nova ferentes pro parte communis pisi 468

†

(a carta 156)

in vestimentis seu largitione pecunie
consueverit honorari ut imposterum
talis honor effectum debitum cum in pteritum
aliquotiens fuit in talibus obervatum
sicut exigunt et equatatur pnti capto
duximus statuendum. Qz de cetero quotiens
cumque ad dnos priores artium civitatis
perusii venerit aliquis nuptius cu aliq
victoriose palma ul' aliqua felicia
seu in portantia nova reportaverit et
videretur esse dicens pro honore cois
ipsum nuptium seu nuptios quotiens
fuit honorare in vestimentorum largitionib
seu pecuniarum sicut psonarum seu facti
qualitas postularet. Qz per dnos priores
et camerarios fieri possint et debeant
debeant deliberatio talis honoris faciendi
et quantitatis expendende ppea et q talis
quantitas p consilium ptorum dnorum porum
et cum obtepto ptito ad bussolam et
fabas albas et nigras adminus p
duas ptes et in ipso consilio debeat decla
rari. Et q remoti talis quantitas
expendenda in alios declaranda non possit
ut debeat quoquo mo. Et q sm huiusmoi
declaratorem ut supra pmictitur per
dnos priores et camerarios faciendam
massarii cois perusii possint teneant
et debeant dare et solvere offitialibus
massaritiarum cois perusii omnem quantita
tem ut supra pmictitur declaradam
de quacumque pecunia dci cois q pvenit
seu pvenerit ad eorum manus quam qua
titatem dci offitiales massaritiarum tene
antur et debeant expendere in honorandis
talibus nuptiis prout et sicut in aliis
in ensenns et expensis in hospitio fa
ciendis. Et aliter ul' alio mo talis expensa
deliberari non possit ul' fieri et si
fieret non teneat ipso iure et solvens
de dcam formam de suo ppo solvisse
intelligatur non de pecunia seu avere
cois perusii. Et nichilhominus quilibz
contrafaciens incidat in pena quinquaginta
librarum den perusinorum et vice qualibz
aliquo non obstante.

Ad honorem cois perusii
et eius magnificentiam 469
fuit impreteritum laudabiliter ob
servatum q in diebus pascalibus offitiales
forenses civitatis perusii residentes in palatio
dnorum priorum fuerint honerati adhoc ut talis
consuetudo honorabilis observetur. Statuimus
q decetero dni priores artium qui pro tempore
fuerint possint teneantur et debeant
in pascate nativitatis dnice. Et resurrec
tionis et pentecostem qualibz die trium
dierum cuiuslibz pascatis dnum potestatem
capitaneum populi maiorem sindicum et
eorum collectorales tarellarium abreviato
rem reformationum capitan custodie
et notarium deputatum seu deputandum
ad consilia congreganda in dco palatio et
quelibz eorum honorabiliter convenire sit
honore et magnificentie dci communis
et honore offitii fuit opportunum. Et
q pro qualibz die quo dcus offitiales conmi
naverunt in qualibz festivitate pascali
prout supius est expressum ipsi dni
priores habeant et hre debeant sine alio
precepto ul' mandato solum hita fide de tali
convivatione fca a massariis cois perusii
flor tredecim de auro et unum tertium

alterum florenum de quacumque pecunia dicti
comunis que pervenerit ad eorum manus Et
sic possit et debeat perpetuum observari
comunis precium et ut cesset etiam extra
vagantium additionum salariorum quas
domini priores ultra debitum numerum
talibus de causis multi fere iam querita
bant et sine dapno comunis perusii asse
quebantur Et quod ultra dictam quantitatem
ut supra taxatam priorum vel alicuius
eorum occasione seu dependentium et conne
xorum directe vel indirecte non aliquo
seu forma nichil aliud possit provideri
dari vel solvi de pecunia seu avere comunis
perusii Et si secus fieret non valeat
ipso iure Et quilibet contrafaciens in
cidat in penam quingentarum librarum denariorum
vice qualibet de facto auferendam
Et michalhominus quilibet solvens ultra
vel contra dictum formam seu sint massarii
vel alii quicumque offitiales seu debitores
comunis perusii de eorum proprio solvisse in
telligatur et non de pecunia seu avere
comunis perusii quoquo modo aliquo quod loque
retur in contrarium non obstante.

De honorandis offitialibus forensibus
et ambassiatoribus et
sindicis terrarum subiectarum
et recomendatarum comunis
perusii in festivitate sancti
herculani. Rubrica.

470

Sreneverentiam gloriosissimi mar
tiris herculani et magnificentiam
et honorem comunis et populi perusini sicut
congruit intendentes ut eius festivi
tatis gloriosa celebritas que fit anno
quolibet in kalendis mensis martii sicut agemus
modis omnibus decoretur duximus
statuendum Quod domini priores artium
Civitatis perusii qui pro tempore fuerint
possint teneantur et debeant in dicto
die festivitatis convivare honorifice

sicut decet offitiales forenses in precedenti
capitulo declaratos omnes et singulos ambaxia
tores seu sindicos Civitatum terrarum et locorum
districtus comunis perusii suppositorum seu recomendatorum
qui ad dictam Civitatem perusii venerint ad
presentandum bravia seu alia quecumque
consueta in tali festo dictis dominis prioribus pro
perusii recipientibus Et quod pro tali convivio
dicti domini priores habeant et habere possint et
debeant sine alio precepto vel mandato a massa
rio comunis perusii florenos triginta de auro
de quacumque pecunia dicti comunis que pervenit
seu pervenerit ad eorum manus aliquo non
obstante.

De pecunia ex
pendenda pro
ministris veni
entibus ad Civi
tatem perusii ad
dominos priores.

471

Cum sepe contingat ad dominos priores
dictum Civitatis perusii diversos
ministros a diversis partibus et personis
quibus pro honore comunis perusii est decens
in aliquo provideri et etiam cum sepe contingat
ex aliquo casu ipsos dominos priores ultra
ministros dicti comunis aliquos mittere
ministros quibus convenit etiam aliquale
providere et non sit congruum rationi
Quod ipsi domini priores de eorum proprio solvant
Statuimus quod massarii comunis perusii pre
cedente tamen deliberatione dominorum priorum et
camerariorum et obtento partito ad bussolam et
fabas albas et nigras ad minus per duas
partes possint teneantur et debeant usque
solvere tali deliberatione sine alio precepto
vel mandato de quacumque pecunia dicti comunis
que pervenit seu pervenerit ad eorum manus
dare et solvere dictis dominis prioribus
usque quantitatem viginti quinque librarum denariorum tempore cuius
libet prioratus et non ultra. Et quod si ultra
dictam quantitatem solveret de eorum proprio
solvisse intelligatur et non de pecunia vel
avere comunis perusii Et michalhominus

quolibet dicto facienti cadat in penam quinquaginta librarum denariorum.

De modo satisfaciendi creditoribus veteris camere massariorum a quinque annis citra et aliis ab inde retro.

472 Cum manifeste appareat in camera extare quam plurimos in libris dicte camere ex variis causis pro dicto comuni creditoribus registratos et pro administratione iustitie et comunium mutare conveniat formam aliquam tradere quo ipsis satisfiat presenti capitulo duximus statuendum quod massarii comunis predicti possint et eis liceat solvere et satisfacere sine aliquo precepto vel mandato de pecunia dicti comunis omnibus et singulis creditoribus dicti comunis in dicta camera registratis seu descriptis qui aliquid a quinque annis citra videlicet a bano domini [illegible] de kalendis aprilis dicti anni usque ad kalendas maii presentis anni millesimo [illegible] octuagesimo nono seu in dicto tempore iuste tenerentur recipere aliquam florenorum seu pecunie quantitatem quacumque ratione vel causa illam quantitatem dictam recipere tenerentur satisfaciendo talibus creditoribus et cuilibet eorum prout ipsi massarii poterunt de introitibus eorumdem.

471 Illis vero creditoribus qui a quinque annis retro in dicta camera aliquid iuste suscipere tenerentur occasione quacumque sit licitum et permissum excomputare et excomputum facere pro omnibus et de omnibus et singulis condempnationibus quas ipsi creditores vel eorum patres filii et fratres carnales seu nepotes eorum vel aliquis eorum seu eorum aliquis solvere tenerentur videlicet de aut super malleficiis de quibus aut super quibus fieri potest concordia secundum formam statutorum et ordinamentorum comunis predicti. Et talem excomputationem facere in ea quantitate et forma prout tales creditores suscipere tenerentur. Et quod ipsi massarii possint tenerentur et debeant sub pena quingentarum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et vice qualibet talibus creditoribus et eorum patribus filiis fratribus carnalibus et nepotibus et cuilibet eorum de et super condempnationibus latis seu ferendis de et super malleficiis vel delictis de quibus aut super quibus fieri potest concordia tale excomputum admictere et admicti facere et ad eorum introitus et exitus per eorum notarios et cancellarium libere licite et impune prout capiet summabitque talis quantitas et prout et sicut fuit oportunum et aliter vel alio modo solvere talibus creditoribus vel aliis quibuscumque predictis seu excomputare aut satisfacere non possint vel debeant quoquo modo nisi iuxta et secundum exigentiam predictorum aliquo [illegible] in contrarium quolibet non obstante. Dummodo istud capitulum non sit contra capitula domini nostri ducis.

De quantitate solvenda pro receptatore camere locatarum seu locandarum.

473 Quod massarii comunis predicti possint et eis liceat precedente tamen deliberatione dominorum potestatis et camerariorum obtempto partito ad bussulam et fabas albas et nigras saltem per duas partes omni vice quo opus fuerit expendere de pecunia dicti comunis que pervenit ad eorum manus seu pervenire deberet ex officio camerarii dicti comunis deputatas camere massariorum receptatori tectorum hospitiorum et fenestrarum quantitatem opportunam in ea summa prout et sicut per dominos potestatem et camerarios extiterit declaratum aliquo non obstante.

De quantitate solvenda pro libris et cartis cera attramento et vernice extimatis ipsis.

474 Item dicti massarii possint sine alio precepto vel mandato expendere vel solvere de quacumque pecunia dicti comunis que pervenit seu perveniret ad eorum manus pro cartis bonbicinis pecudinis cera rubea nigra attramento pelliculis et copertis librorum et aliis similibus opportunis pro cancellaria comunis Perusii notariorum duorum priorum officialibus super custodia officiali super bollectino officialibus super unione sindicatoribus officialium forensium pro camera dictorum massariorum et cuiuscumque eorum tempore officii cuiuslibet massariatus pro tempore semestrali in totum usque in quantitatem septuaginta flor. auri. aliquo quod loqueretur in contrarium quolibet non obstante.

De electione et salario notarii super registris camere massariorum et abundantie.

475 Cum pro ordinatione introitum camerarum massariorum et abundantie comunis Perusii sit non solum utile sed summe necessarium providere ut deputetur unus diligens et expertus et fidelis notarius super registris utriusque camere cum offitio et potestate prout est et habet notarius camere conservatorum ad hoc ut introytus utriusque camere sub debita ordinatione procedant presenti capitulo duximus statuendum. Quod de cetero semper sit et esse debeat et deputari unus notarius fidelis expertus et diligens civis perusinus super registris camere massariorum et camere ~~massariorum~~ et offitialium abundantie et utriusque earum cum offitio et potestate prout habet et exercere potest notarius super registris camere conservatorum cum salario triginta flor. de auro in anno sine aliqua solutione vel retentione gabelle cuius quidem salarii dimidia solvatur et solui debeat sine alio precepto vel mandato solum visa eius electione per massarios comunis Perusii et alia dimidia solvatur et solui debeat per offitiales abundantie. Volentes et decernentes quod idem notarius et non alius solummodo possit teneatur et debeat registra componere sicut fit in camera conservatorum de conductis gabellis et postis dicti comunis vendendis per massarios et offitiales abundantie vel aliquem offitialem comunis Perusii et etiam registrare quantitates pecunie que solverentur per emptores vel socios gabellarum et etiam cassare de registris legitime cassandos vigore quorumcumque ordinamentorum que fierent legitime sufficienter eo modo et forma prout fuerit opportunum et prout et sicut facere tenetur notarius super registris camere conservatorum. Volentes et decernentes quod prefatus notarius non possit vel debeat quoquo modo registrare aliquam quantitatem flor. seu pecunie grani vel bladi que solveretur massariis vel eorum fancello seu offitialibus abundantie seu eorum fancello nisi primitus talis quantitas solveretur vel mensuraretur ut supra fuerit opportune. Et si talis registratio contra dictam formam fieret non valeat ipso iure. Et nichilominus incidat in penam quingentarum librarum denariorum vice qualibet nisi fieret aliquod sufficientis ordinamenti cum arbitrio opportuni consilii vel adminantie generalis. Et quia talem offitium requirit personam fidelem doctam pariter expertam considerantes fidei diligentiam et sufficientiam ser Nicolay Gilii notarii de porta S. [illegible] ipsum tenore presentis capituli

addictum offitium pro tempore trium annorum incipiendorum
in kalendis Iulii proxime preteriti anno millesimo iii^c
lxxxviii cum dicto salario et aliis munne-
ribus et dicto offitio duximus eligendum
et eligimus aliquo non obstante. Et decer-
nimus quod decetero post finem offitii dicti
ser Nicolay ut supra promictitur electi
ipse idem notarius est in tempus sui offitii
possit refirmare vacatione aliqua non
obstante vel alius elegi. Adhoc ut semper
dictum offitium vigeat prout et sicut per
dominos priores et camerarios artium qui
pro tempore fuerint ante finem offitii talis notarii
fuerit quolibet provisum seu declaratum
aliquo non obstante./

476 Quod notarii offitialium cum libris et offitium concernentibus pareant eorum offitialibus et eorum subrogare si negligerent.

Adhoc ut pro utilitate publica
et executione debita agendorum notarii
ad aliquod offitium cum aliis civibus
offitialibus publicati seu publicandi vel
aliter eligendi sicut contigerit reddantur
vigilentiores circha executionem debitam
concernentium eorum offitium et ad procedendum
in licitis et honestis eorum offitium tan-
gentibus eorum offitialibus prout decet presenti
capitulo duximus statuendum. Quod decetero
omnes notarii qui quolibet publicabuntur
vel aliter eligentur ad aliquod offitium ex
offitiis consulatorum massariorum offitialium
Abundantie salarie Gabelle grosse vel aliquod
aliud offitium sub aut cum aliquibus offi-
tialibus civibus tam Civitatis quam comitatus
Perusii teneantur et debeant parere effi-
caciter eorum offitialibus circha admini-
strationem eorum offitii et in eorum offitio con-
cernentibus debitis et honestis et assidua

vigilantia exercere circha exercitium
et gestionem offitii et libros ordinate
componere et assidue tam introytus quam
exitus et alia quecumque emergentia in eorum
vel alicuius eorum offitio mictere et seriose
describere prout decet et omnia et singula
facere ad que tenentur circa tale offitium
ad quod esset quolibet aliquis electus
publicatus vel subrogatus omni negli-
gentia procul pulsa. Et si negligen-
tiam aliquam comicteret in premissis
vel aliquo eorum vel non pareret ipsi
vel alicuius eorum. Quod domini priores et
camerarii artium dicte Civitatis Perusii
ad requisitionem offitialium talium nota-
riorum seu notarii negligentium vel
remissorum seu negligentes aut
remissi possint teneantur et debeant
alios vel alium loco inobedientium seu
inobedientis vel remissi ydoneos vel
ydoneum subrogare et eligere
omni vice vacatione aliquam non
habente performam aliquorum statutorum
communis Perusii. Et si dicti domini priores et
camerarii circha predicta vel eorum aliquod
negligentes seu remissi fuerint
ipso facto incidat in penam quingentarum
librarum denariorum proquolibet et vice qualibet
cum effectu./

477 Quod massarii et eorum notarii et famellus debeant iurare eorum offitiis coram dominis prioribus artium./

Cum iurisiurandi religio sit
ab omnibus observanda cum sit con-
tenta fuit [illegible] solum deum nostrum
Creatorem presenti capitulo duximus statuendum

Quod pro observantia omnium statutorum noviter editorum massarii communis Perusii et eorum notarii et famelli possint teneantur et debeant coram dominis prioribus artium civitatis Perusii antequam incipiant offitium prestare cancellario in forma debita sacramentum ad sancta dei evangelia nomine communis Perusii recipienti quod eorum offitium bene legaliter et fideliter facient et exercebunt iuxta et secundum formam et exigentiam dictorum statutorum noviter editorum sub anno domini millesimo … die ultimo martii publicatorum et eorum observantiam adimplebunt in hiis et super hiis que eorum offitium concernent vel tangeret quoquo modo vel ipsos quolibet pertineret seu possent ratione aliqua pertinere per formam talium statutorum. Et si presumerent contra dictam formam eorum offitium quolibet exercere quod ipso facto et vice qualibet incidant in penam quingentarum librarum denariorum pro quolibet et vice qualibet de facto per maiorem sindicum auferendarum aliquo non obstante.

Quod massarii notarii famelli et nuptius debeant diligentissime sindicari.

478

6 Statuimus quod massarii communis Perusii eorum notarii famellus et nuptius et quilibet ipsorum et omnia et singula per eos et quelibet eorum gesta et amministrata tempore eorum offitii quoquo modo possint et debeant diligentissime secundum formam statuti examinari et sindicari per maiorem sindicum civitatis Perusii secundum formam statuti maxime et presertim de … observantia capitulorum omnium contentorum in presenti volumine statutorum noviter editorum prout in precedenti capitulo denotatur et in quantum in aliquo negligentes fuerit seu aliquid egerit contra eorum et cuiusque eorum exigentiam sic puniri et condempnari debeant in penis et prout et sicut in ipsis capitulis quolibet est expressum aliquo non obstante.

Quod massarii communis non possint renumptiare offitium vel cessare ad ministratione offitii non excusati.

479

7 Volumus supervacaneum esset bonos offitiales circa massariatus si pro eorum libito voluntatis cessaret offitii vel renumptiare possent offitio an… ut tamen per publicandos de sacculis et per subrogandos seu aliter eligendos circha tale offitium negotia publica utiliter peragantur presenti capitulo duximus statuendum. Quod nulli qui ad offitium massariatus communis Perusii in posterum quolibet fuit publicatus seu aliter subrogatus vel electus sit licitum et vel permissum aliqua ratione vel causa tali offitio renumptiare directe vel indirecte quocumque et qualitercumque seu cessare ab amministratione et circa offitii … quo minus offitium ipsum utiliter et fideliter exequatur sub pena et ad penam mille librarum denariorum pro quolibet et vice qualibet de facto auferendarum per maiorem sindicum vel alium quemcumque offitialem dicti communis sub dicta pena. Si quis autem ex ipsis publicandis subrogandis vel aliter eligendis moreretur vel aliquo casu gravissime et manifestissime infirmitates impediretur adeo quod nullatenus ratione gravitatis manifestissimi morbi possit ipsum offitium

exercere quod tunc liceat dominis prioribus et cam-
erario Civitatis Perusii obtempto tamen partito
ad bussolam et fabas albas et nigras per
duas partes ad minus alium sufficientem et
ydoneum de eadem porta vocationem tamen
aliquam non habentem per formam aliquorum
statutorum communis Perusii eligere subrogare
ac diligentissime et utiliter deputare
loco talis mortui vel aliter ut supra.
Qui sic eligendus seu subrogandus
teneatur teneatur, et debeat tale
offitium administrare et gerere sub
pena et prout supra est expressum
aliquo non obstante.

Hic ponatur
capitulum illorum qui
tenent claves por-
tarum Urbis.

480

de salario solvendo ratio cinatoribus maioris sindicatus Rom

481 Massarii communis Perusii possint et debeant sine alio precepto vel mandato de quacumque pecunia dicti communis solvere anno quolibet ratiocinatoribus maioris sindicatus pro salario eorum et cuiuslibet ipsorum solum vigore eorum electionis seu publicationis flor. octo de auro aliquo non obstante.

de quantitate solvenda medicis iudicia dantibus super cicatricibus.

482 Item dicti massarii possint et debeant quotiens casus emerserit alicui medicum, ferire iudicium in aliquo casu membri debilitati vel cicatricis vel aliter secundum formam statutorum de tali materia disponentium solvere cuilibet medico quantitatem debitam et consuetam secundum formam huiusmodi statutorum.

de expensa facienda pro campanis actandis et manutenendis et orologio construendo in palatio dominorum priorum.

483 Item dicti massarii possint teneantur et debeant de quibuscumque introytibus pervenientibus ex mole malbe vel de alia quacumque pecunia que pervenit seu pervenerit quolibet ad eorum manus expendere dare et solvere officialibus massariarum communis Perusii totiens quotiens opus fuerit pro actandis et manutenendis campanis existentibus in turri palatii dominorum priorum et reparatione dicte turris Et etiam pro orologio construendo in dicta turri omnem quantitatem flor. seu pecunie prout et quemadmodum declarabitur per dominos priores et camerarium qui pro tempore fuerit et omni vice qua fuerit quolibet declaratum et sub illa pena et illis temporibus ac modis obtemptu predicto omni vice qua aliqua provisio seu declaratio fiet ut supra ad bussolas et fabas saltem per duas partes utriusque collegii separatim

de registro pro reprehensaliis registrandis faciendo

484 Item ipsi massarii ad bollectinum cancellarii vel abreviatoris reformationum dicti communis expensis camere predicte et de quacumque pecunia que ad eorum manus pervenit seu pervenerit possint et debeant fieri facere unum registrum in membranis sub tabulis ligatum stare debens in cancellaria dicti communis pro reprehensaliis describendis aliquo non obstante.

de quantitate expendenda in funere alicuius ex dominis prioribus artium civitatis Perusii

485 Cum sit semel omnibus mortalibus via calcanda leti et quod deus avertat possit contingere aliquem ex nunc dominorum priorum artium civitatis Perusii pro tempore existentium decedere eius durante offitio Statuimus quod quotienscumque casus evenerit massariis communis Perusii ad mandatum dominorum priorum et camerarium artium Civitatis Perusii qui pro tempore fuerit possint et debeant expendere de quacumque pecunia communis Perusii vel solvere pro honorando funere cuiuscumque prioris qui decederet in posterum eius durante offitio illam flor. seu pecunie quantitatem et illis de causis et eo modo et forma prout et sicut per dominos priores et camerarios fuit declaratum.

de pecunia expendenda pro abundantia facienda Rom

486 Pro bonitate provisionis ... Perusii Statuimus quod massarii communis Perusii ad mandatum seu declarationem

dominorum priorum et camerarii artium Civitatis Perusii qui pro tempore fuerit omni vice possint et debeant pro abundantia facienda in civitate et comitatu Perusii omnem quantitatem florenorum et pecunie ad eorum manus perventuram solvere offitialibus abundantie. Et etiam quoscumque in eorum vicis deputare et consignare totiens et prout et quemadmodum per dominos priores et camerarios fuit declaratum obtempto partito etiam levando ad sedendum vel ad bussolas et ad bussolas et fabas per duas partes.

Fratres capitulum et conventus sancti dominici habeant curam et gubernationem capelle inferioris sancti herculani de porta sancti petri.

487 Item volumus quod fratres et conventus sancti dominici habeant curam et gubernationem decetero capelle inferioris sancti herculani de porta sancti petri et quod omnia munera et oblationes et comoda pertineant ad capellanum eligendum per dictos fratres et capitulum aliquo non obstante.

Ultra exitus in presenti statutorum volumine contentos massarii communis Perusii nichil possint expendere sine deliberatione consilii opportuni.

488 Quoniam moderati seu inordinati exitus non solum privatorum substantias et civilibus opulentissime rei publice dissipant et consumunt pro tam salutari capitulo duximus statuendum quod massarii communis Perusii non possint nec debeant quoquo modo iure causa seu forma directe vel indirecte per se vel alium quocumque aut qualitercumque ultra exitus contentos in volumine presentium statutorum et ordinamentorum communis Perusii

aliquod pagamentum seu solutionem aliquam facere vel aliquid aliud dare vel concedere de bonis aut pecunia seu rebus communis Perusii que quomodocumque aut qualitercumque pervenerit ad eorum manus contra seu preter formam seu exigentiam presentium statutorum in hoc volumine contentorum. Et si secus vel aliter faceret quod factum fuerit non teneat ipso iure. Et nichilhominus pro quolibet et vice qualibet incidant in penam mille librarum denariorum per maiorem sindicum aut quemcumque alium offitialem dicti communis de facto auferendam. Et nichilhominus quod solutum expensum datum seu concessum fuit de eorum proprio solvisse et dedisse intelligatur et non de aliena pecunia seu de bonis et rebus communis Perusii. Salvo quod dicti massarii precedente deliberatione consilii dominorum priorum artium civitatis Perusii qui pro tempore fuerit et camerariorum. Et obtempto partito admictimus per novem priores et triginta quinque camerarios ad bussolam et fabas dicti consilii super unoquoque casu possint et eis liceat pro quibuscumque casibus quolibet emergentibus in communi expendere omnem quantitatem florenorum seu pecunie que quomodocumque aut qualitercumque deliberetur in aliquo casu quolibet emergente quo exitus contentos in capitulis supradictis excedens qua deliberatione massarii ipsi possint omnem expensam facere et pagamentum quodcumque opportunum de quacumque pecunia et avere communis Perusii libere licite et impune in quantitate quacumque et eo modo et forma prout extiterit quolibet deliberatum seu declaratum seu provisum per consilium supradictum et omni vice qua deliberatio aliqua fieret et cessantem

non obstante aliquo capitulo presentium
statutorum vel alio in contrarium vel
aliter quolibet disponentium /

de supradicta statuta et alia in hiis que declarata non essent locum habeant in personis massariorum et futurorum. /

489

Dum generale presentium non fuit
quo tempora dictorum statuta haberet
initium sumere licet super aliquibus
casibus fuit in speciali declaratum per
precedentium capitulorum exigentiam
in aliquibus denotatur presenti capitulo
duximus statuendum quod supradicta
capitula statutorum et quolibet ipsorum
in casibus non premissis quo tempore debe
rent initium sumere principium
habeant et vigorem in presentibus massariis
et futuris a presenti anno millesimo cccc°
et ordine subcessivo de tempore in
tempus possint et debeant in perpe
tuum observari aliquo non obstante
iuxta et secundum eorum et cuiusque eorum
exigentiam et tenorem

de galasino et eius [illegible] /

489
bis

[marginal note, left:] ... capitulum de emendatione equorum ... rubrica ... ambaxiatoribus ...

467
(a carta 150 v)

De emendatione equorum offitialium et ambaxiatorum comunis Perusii qui morirent vel fierent inutiles. Rubrica

Item quia plerumque contingit quod domini Potestas et capitaneus et alii offitiales forenses comunis Perusii nec non ambaxiatores comunis Perusii qui pro factis dicti comunis diversimode destinantur equos roncinos et mulos quos ducunt seu quos ducere tenentur perdunt pro multiplicare et admictunt quia ipsi equi roncini et muli durante offitio offitialium predictorum moriuntur et inutiles efficiuntur et sic amictunt in dicta pena offitialium huiusmodi pendere. Ideo statuimus et ordinamus quod domini potestas et capitaneus et alii rectores forenses comunis Perusii et etiam ambaxiatores dicti comunis quibus eius occurrerit de morte vel inutili effectione alicuius equi roncini vel muli dum fuerit in servitio comunis Perusii possint et eis liceat adire massarios comunis Perusii et coram eis manu notarii camerarii ipsorum massariorum narrationem facere et petere emendam talium equorum roncinorum mulorum et summariorum probationem facere coram eis per duos testes fidedignos vel per publicam scripturam manu publici notarii coram dictis massariis presentandam quam fidem et probationem massarii supradicti tenentur et debeant recipere et admictere infra octo dies ad ... petitionis et ipsam plenarie sic factam probare coram dominis prioribus artium civitatis Perusii, qui domini priores possint et eis liceat mandare dictis massariis quod dent et solvant rectori vel ambaxiatori cuius fuit equus roncinus vel mulus mortuus vel inutilis effectus emendam ipsius equi roncini vel muli secundum extimationem de ipso factam per consiliarios ... comunis Perusii seu per dictos priores artium civitatis Perusii que extimatio fieri debeat videlicet de equis rectorum forensium per consiliarios ... comunis Perusii seu ... electos ipsorum et de equis roncinis et mulis ambaxiatorum comunis Perusii ... accidat pro ambaxiata aliqua facienda per dictos priores artium civitatis Perusii manu publici notarii et scripta reddita. Et quod massarii comunis Perusii predicta summa predicta ... et debeant ad mandatum dictorum priorum dare et solvere extimationis et qualibet ... mandat. Et ultra predicta ... massarii comunis Perusii vel alius offitialis dicti comunis dictis emendis vel aliquam earum solvere non possint nec debeant ullo modo sub pena quinquaginta librarum denariorum. Dicti massarii pro qualibet qua contra fecerint auferendis. Et quod prius solverint ... in aliquo non obstante.

Ordinamenta et statuta camere abundantie de electione et offitio offitialium abundantie comunis Perusii

490

Quoniam inter cetera offitia civitatis Perusii offitium abundantie et camprionis bladi comunis predicti summe fore dinoscitur ponderosum et ad quod potissime pro incremento populi Perusini et civium et comitatensium comodo convenit respectare duximus statuendum. Quod eligantur et eligi debeant duo tres vel quatuor cives fidelissimi cives Perusini in offitiales et pro offitialibus dicti comunis super abundantia et camprione bladi dicti comunis pro illo tempore sicut eo providerit pro utilitate publica comodius expedire. Qui quidem offitiales sic eligendi et alii qui imposterum eligerentur vel de speculis publicabuntur sint et esse intelligantur offitiales super abundantia granorum bladi et omnium victualium procuranda habenda et conservanda in civitate et comitatu Perusii. Et etiam super camprione granorum et bladi dicti comunis. Et sint et esse intelligantur offitiales comunis predicti ad exigendum recipiendum fructus redditus et proventus postarum clusii Perusini venditarum et vendendarum in posterum et omnium et singularum communantiarum seu gabellarum dicti comunis. eorum camere quolibet deputatarum seu in posterum deputandarum et etiam ad exigendum et recipiendum quoscumque fructus redditus et proventus piscarie aque quolibet piscatura ex germino bladi sremia seu pane venditis quoquo modo vel ex aliis quibuscumque bonis seu rebus ad dictam cameram pertinentibus seu spectantibus quocumque modo. Et de ipsis omnibus et quolibet eorumdem nomine dicti comunis Perusii fatiendum et restituendum quotiens et prout venerit noverit convenire. Sint etiam et esse intelligantur offitiales comunis predicti super exitibus expensis et pagamentis quibuslibet faciendis pro dicto comuni occasione eorum offitii iuxta et secundum exigentiam ipsorum exploratorum. Super quibus omnibus et singulis habeant et habere intelligantur arbitrium auctoritatem et bayliam plenariam. Et pro expeditione eorum offitii et executione habeant et habere debeant duos expertos et fideles et sufficientes notarios quorum alter ad scribendum introytus alter ad scribendum exitus et expensas per dictos offitiales fatiendas occasione eorum offitii. Nec non ad scribendum varias et diversas scripturas pro expeditione dicti offitii quolibet opportunas. Habeant etiam duos famellos expertos fideles cives Perusinos quorum unus sit et esse debeat super introytu pecunie et super introytu granorum et bladi et cuiuscumque alterius rei alter vero super exitibus et expensis. Qui quidem notarii et famelli eligantur et eligi possint et debeant per ipsos offitiales. Et quod eligendorum confirmatio per dictos offitiales tam notariorum quam famellorum spectet ad dominos priores et camerarios artium civitatis Perusii. Et quod super tali confirmatione debeant obtineri inter dominos priores predictos et camerarios predictos partitum ad bussulam et fabas albas et nigras saltem per duas partes. Et si partitum super tali confirmatione perderetur quod ulterius remicti non possit nec debeat quoquo modo sed alius vel alii per ipsos offitiales eligi debeat quousque confirmatio facta fuerit. Salvo et reservato quod dicti offitiales non possint vel debeant eligere in notarium qui non vacavit ab offitio notariatus offitii abundantie per integros duos annos a die depositi offitii nec aliquem famellum qui non vacavit a quolibet famellatu cuiuslibet offitii civitatis Perusii per integros duos annos a die depositi. Et etiam salvo et reservato quod nullus notarius seu famellus qui esset emptor vel socius alicuius emptoris poste clusii vel alicuius communantie seu gabelle deputate dicte camere abundantie vel aliquid deberet dare vel solvere dicte camere. Et donec esset debitor dicte camere in notarium vel famellum possit eligi vel assumi vel quolibet predictorum vel aliud tale offitium exercere. Et etiam quod nullus notarius vel famellus ipsorum offitialium possit eligi vel assumi qui sit consanguineus vel affinis usque in tertium gradum dictorum offitialium vel alicuius eorum. Et si quis non contra dictam formam aliquem elegerit electio non teneat ipso iure. Et incidat nichilominus tam eligens quam electus vel offitium exercens in penam centum librarum ipso facto et vice qualibet auferendarum in futurum. Preterea decernimus quod post finem presentium scrutiniorum electio dictorum notariorum et famellorum ut supra confirmandorum pertineat et expectat ad dictos offitiales. Habeant etiam dicti offitiales et habere possint pro executione eorum offitii usque in tres mensuratores et habeant etiam et habere possit

duos famulos quos mensuratores et famulos sibi possint eligere. quos expertos et fideles cognoverit. Possint etiam si contingeret canovas pannis fieri in dicta civitate perusii pro illo tempore quo opus fuerit unum famellum fidelem et expertum eligere vacationis tamen habentem etc. Qui quidem offitiales notarii famelli mensuratores et famuli habeant et habere debeant et percipiant pro eorum salario salaria prout inferius denotabitur.

Infrascripte sunt poste seu comunantie civitatis perusii deputate camere abundantie comunis perusii.

490 bis

Imprimis posta castilionis clusii

Item posta pogioli

Item posta sive communatia seppe valliane et colcelli

Item posta sancti petrucii

Item posta abbatie.

Item posta pancaiole

Item posta campanaze

Item posta petrignani

Item posta castri maioris

Item posta patris

Item posta portus philippi

Item posta lamani

Item posta valiani

Item posta galine cantagalline

Item communatia bonorum omnium rebellium comunis perusii presentium et futurorum

Item omnes alie poste seu comunantie solite dari seu concedi pro camera abundantie vel campionis generis non preiudicando iura aliquorum tenentium vel possidentium aliquam ex dictis postis.

De offitialibus abundantie non possit fieri additio offitialium

491 Ad restrenandum superfluos sumptus dicte comunis et camere abundantie et etiam multitudinem offitialium que multitudo confusionem generat ut plurimum ubicumque. presenti capitulo duximus statuendum. Quod offitialibus noviter eligendis et etiam qui eligerentur ipso sterum seu publicarentur de sacculis non possint nec debeant fieri additio offitialium et si fieret non valeat ipso iure. Et etiam quod noviter eligendis non possit nec debeat augeri numerus pro publicatione faciendam de sacculis de offitialibus abundantie quoquo modo vel alius offitialis deputari vel eligi. Et si secus fieret eo ipso sit irritatum et inane quod contrafactum fuerit quoquo modo Et nichilominus quilibet contrafaciens incidat in penam quingentarum librarum denariorum aliquo non obstante.

De offitiales eligendi non possint renuntiare offitio cessare ab administratione offitii et de modo subrogandi alios.

492 Quoniam frustra est offitiales bonos eligere si cessaret ab administratione offitii abundantie. Et ad hoc ut negotia publica per deputatos seu deputandos circha dictum offitium tam utiliter quam fideliter peragantur statuimus quod nullus qui ad offitium abundantie quolibet eligeretur vel de sacculis publicaret vel quolibet subrogaretur possit audeat vel presumat renuntiare dicto offitio vel quolibet cessare ab administratione, vel cura dicti offitii sub pena et ad penam mille librarum denariorum pro quolibet renuntiante seu quolibet cessante ab administratione seu gestione dicti offitii que quidem pena ipso facto possit et debeat per quelibet offitiale comunis perusii de facto auferri a quolibet recusante seu cessante ab administratione seu gestione dicti offitii que quidem pena ipso facto possit et debeat per quelibet offitialem comunis perusii de facto auferri a quolibet recusante seu cessante ut supra et vice qualibet sub pena pro dicti de suo salario retinenda et auferenda cuius tempore sindicatus de facto ad instantiam cuiuscumque petentis. Siquis autem ex dictis offitialibus moreretur vel gravi et manifesta infirmitate gravaretur adeo quod nullatenus possit suum offitium exercere quod tunc et eo casu domini priores et camerarii artium civitatis perusii possint teneantur et debeant eligere alium de eadem porta fidelem idoneum et sufficientem vacatione non aliqua non habentem qui sic eligendus possit teneatur et debeat dictum offitium acceptare, et exercere sub dicta pena et ut supra committitur auferenda.

De arbitrio offitialium abundantie et quam comunis non possit sine licentia dominorum priorum et camerariorum.

493 Cum offitium offitialium abundantie pro sustentatione populi perusini et comunitatis eiusdem debeat singularis efficatia roborari ad hoc ut ipsi offitiales possint et valeant efficatius eorum offitium exercere presenti capitulo duximus statuendum. Quod ad hoc ut in civitate

et comitatu Perusii semper abundantia vigeat quod ipsi offitiales abundantie qui pro tempore fuerint in perpetuum habeant, et habere intelligantur plenissimam et generalem commissionem potestatem auctoritatem et bayliam et propotissimam facultatem in emendo et emi faciendo omnem quantitatem granorum seu bladi et ubicumque locorum prout et sicut ipsis videretur utile vel quolibet opportunum et pro illo pretio prout et sicut melius et comodius fieri poterit pro communi. Et etiam habeant et habere intelligantur potestatem auctoritatem bayliam faciendi et ordinandi et fieri faciendi et mandandi omnia et singula que pro dicta abundantia vel circha offitium dicte abundantie quolibet requireretur seu utilia viderentur vel quolibet opportuna. Salvo quod predicta contenta in presenti capitulo non possint aliquid facere providere vel disponere vel quolibet ordinare seu mandare contra seu preter exigentiam seu dispositionem statutorum in presenti volumine contentorum editorum de presenti anno

Et etiam salvo et expresse reservato quod offitiales abundantie non possint nec debeant vendere nec vendi facere nec mutuare de grano seu granum dicti communis sine expressa licentia dominorum priorum populi et camerariorum artium qui pro tempore fuerint. Et si secus fieret quod factum fuerit non valeat nec teneat ipso iure. Et nichil hominus nicchilominus quilibet quolibet contrafaciens incidat in penam quingentarum librarum denariorum perusinorum ipso facto auferendarum. Habeant etiam et habere intelligantur arbitrium et potestatem in et super aliis casibus contentis in presenti volumine statutorum ut supra concernitur editorum.

Quod offitiales abundantie possint muletare inobedientes penis denotatis

494

Quod hoc ut offitiales ipsi possint efficatius eorum offitium exercere et omnes pareant eis circha convenientiam offitii ipsorum. Statuimus quod ipsis offitialibus sit licitum et permissum possint quemlibet inobedientem seu non observatorem eorum mandata seu eorum offitialium vel commissariorum de facto muletare pro eorum arbitrio voluntatis in quinquaginta florenorum de auro si fuerit civis vel comitatensis perusinus. Si autem fuerit forensis punire et muletare de facto possint in centum florenorum de auro. Et si fuerit castellani seu vinistras aliarum castrorum in quinquaginta florenorum de auro et si fuerit villa vel ville vinistras in viginti florenorum de auro pro vice qualibet et dictas penas et qualibet earum exigi facere de facto et vice qualibet prout noverint convenire et solvi facere camere massariorum communis Perusii dominorum vicem. Et quod potestates vicarii sindici et massarii castrorum et locorum comitatus Perusii teneantur et debeant sub dictis penis et qualibet earum ut supra auferendarum assistere et favere et prebere auxilium et favorem dictis offitialibus abundantie et eorum commissariis pro et circha executiones seu administratione eorum offitii contra et adversus quoscumque quolibet recusantes eorum parere mandatis modo aliquo seu forma. Et etiam quod potestas capitaneus maior sindicus et quilibet alius offitialis communis Perusii teneantur et debeant sub pena quingentarum librarum denariorum executione realem et personalem facere et fieri facere contra quoscumque in dictis penis et qualibet earum et prout et sicut a dictis offitialibus et quolibet eorum fuerit requisitus et penas quaslibet solvi facere massariis communis Perusii iure et secundum formam et exigentiam presentium statutorum. Et hoc quilibet offitialis executione faciens quartam partem totius quantitatis que propterea soluta fuerit dictis massariis aliquo non obstante.

Quod poste clusii seu communitate vendantur omni presenti . . . ristrictio omni quolibet et forma conctius.

495

Ad obviandum dapnis et preiudiciis communis Perusii que ex defalcatione seu computatione fructuum postarum clusii perusini seu communitatum venditarum retro lapsis temporibus multotiens eveniunt et sicut nota est perusina et dapnosa consuetudo invalescit in posterum hoc salutari capitulo et duraturo perpetuo duximus statuendum quod deinceps omnes et singule poste clusii perusini seu communitate dicti communis camere abundantie deputate seu deputande et fructus redditus et proventus earum et cuiuslibet earum per offitiales abundantie seu per quoscumque alios offitiales nove dicti communis ad tempus vendende vel aliter concedende quolibet cumque et quotiescumque vendantur vel concedantur quibuscumque emptoribus et eas emere volentibus

ad omnem ipsorum emptorum risichum periculum et for
tunam tam occasione guerrarum cavalcatarum et
aliarum quarumcumque noxiarum novitatum que fie
rent vel moverentur contra eos populi vel eorum
subditos vel recomendatos dicti communis per quam
cumque societatem gentium armigerarum vel per inimi
cos dicti communis populi seu subiectorum vel reco
mendatorum dicti communis populi seu subiectorum
vel palam quemcumque personam corpus collegium
seu universitatem quocumque seu qualitercumque
et etiam occasione seu causa cuiuscumque transitus
vel residentie qui vel que fieret per territorium
seu comitatum vel districtum populi per aliquas
gentes armigeras vel alios quoscumque, etiam
sub securitate seu salvo conducto dicti communis
inevitabiliter vel alio quoquo modo. Et etiam
occasione sive causa grandinis seu sterilitatis
cuiuslibet et alterius cuiuscumque casus solitis vel in
solitis moderatis seu inmoderatis tam divinis offi
tii quam humanis et alterius cuiuslibet casus qui
quocumque aut qualitercumque excogitari posset
seu non posset ita quod omnes casus propter quos vel
aliquem eorum seu eorum seu alicuius eorum occasione
vel causa seu dependentium vel conexorum ab
eis. Emptores ipsi quocumque aut qualitercumque
impediri possent vel quolibet depressionem in
perceptione fructuum seu proventuum possessionum
predictarum seu communantiarum vel alicuius earum per ipsos
specificatis et declaratis in presenti statuto pe
nitus sentire et ferre debeant et censeri quos
omnes casus specifice declaramus ita quod omne
comodum et incomodum periculum et dampnum
etiam quodcumque vel [illegible] expediuntur ad ipsos
Emptores debeant plenarie pertinere. Ex quo
nullum gravamen dampnum seu preiudicium
propterea vel obid quocumque aut qualitercumque
provenire valeat ad commune populi vel contra
ipsum seu iura eius quolibet resultare quo
minus commune ipsum ad exigendum et reci
piendum integrum pretium pro quo venditio
seu concessio seu stabilimentum factum fuit
dictarum vel aliqua earum possessionum seu communan
tiarum et ad percipiendum integre fructus et reddi
tus ipsarum et cuiuslibet earum iura habeant contra
tales emptores in integrum et illesum. Ex quo

presens capitulum in omni venditione seu concessione
que imposterum fiet dictarum possessionum seu communan
tiarum predictarum et qualibet earum in omnibus et per omnia
exprimi debeant et apponi. Et omnia predicta
et expresse penitus tres debeant eo ipso etiam
si de eo facta fuerit mentio specialis. Que
quidem mentio si facta non fuit propterea ius
aliquod dictis Emptoribus non queratur. Decer
nentes nichilominus quod offitiales abundantie
et alii supradicti vendentes vel aliter concede
ntes dictas possessiones seu communantias dicti comunis
et putatas teneantur et debeant sub pena
argentearum librarum decem [illegible] in negligente qualibet
et vice qualibet de facto auferendarum
premictere predictum in principio cuiuslibet
libri venditionis seu concessionis presens
capitulum et eius continentiam de verbo ad
verbum apponere et declarare aliquo non
obstante.

qualiter posite clusis
seu communantie ven
dantur et ...

496

Statuimus et ordinamus quod offi
tiales abundantie communis populi presentes
ipsos et non palies teneantur et
debeant sub pena Centum librarum denariorum
pro quolibet eorum contrafaciente et omnio
in anno duobus mensibus videlicet de mense
maii et Junii in quibus posite clusis seu
communantie dicti communis abundantie de
putate reddunt seu reutuntur ad came
ram offitialium abundantie et earum
qualibet bapniri et subastari facere per
publicum preconem communis populi et fructus
predictarum possessionum seu communantiarum dicte
camere abundantie deputatarum qui de
bentur et deputati sunt ad dictam came
ram offitialium abundantie et vices
concedere plus promittentibus et offerentibus
in ipsis vel aliqua ipsarum. Et ipsas vices
licitantibus solvere seu solvi facere et ipsos
fructus stabilire plus promittentibus et offe
rentibus et de ipsis venditione facere prout
citius poterit. Et quod commune populi per
missiones recipere prout crediderint convenire
servatis tamen conditionibus et solepnitatibus
in precedenti capitulo denotatis vel inferius.

etiam in istis capitulis denotandis. Et quod nullus alius offitialis possit eligi deputari vel assumi ad faciendum cambium vel vendi tales postas clusij seu communatias deputatas de camere offitialium abundantie vel aliqua earum modo aliquo seu forma per dominos priores seu camerarios artium civitatis Perusij vel alios magistratus pena tam eligentibus quam electo quingentarum librarum denariorum. Et nichillominus talis electio nec venditio si fieret non teneat ullo iure. Et quod offitiales abundantie ipsi sub dicta pena eorum postas seu communatias predictas cambium teneantur et subastari facere in publico predictorum et ipsorum forma temporibus declaratis. Et unum cum notario eorum describendum cambimenta stabilimenta promissiones et venditiones quaslibet et non alius deputare. Et si offitiales ipsi negligentiam commiserint in vendendis postis seu communatiis predictis ipso facto incidant in penam quingentarum librarum pro quolibet et vice qualibet auferendarum.

ere poste clusij
ommunatie ven
et in quantitate pretij

496

de pacto apponendo in qualibet venditione posta seu communatiarum vendendarum seu alicuius earum quod si contigerit emptores non solverint in termino pecuniam sub pena acquirere

497

Item commune Perusij de pretijs postarum clusij Perusini et communatiarum deputatarum camere abundantie communis Perusij temporibus debitis satisfiat sicut in venditionibus stramentum cedularum exigentiam fuit declaratum premissis ampliori dicimus statuendum. Quod in unaquaque venditione seu concessione que fieret de aliqua posta seu communantia deputata vel deputanda de camere abundantie hoc pactum expressum apponi debeat et communiter per expresso et declarato haberi debeat et censeri. Et sub dicti pacti observantia quelibet venditio seu concessio fiat et facta esse intelligatur etiam si mentio non fieret quoquo modo. Quod si prius emptor alicuius poste clusij seu alicuius communatie deputate seu deputande de camere abundantie in posterum vendende seu quomodolibet concedende non solverit seu debet granum bladum seu pretium debitum et conventum infra terminum appositum et declaratum et contractum seu cedula talis poste vel communatie. Quod commune Perusij seu dictis offitialibus abundantie sit licitum et permissum talem quantitatem grani seu bladi que ut supra tempore debito non solveretur vel daretur si granum vel bladum fuerit debitum et non datum emere seu emi facere pro illo pretio prout offitialibus abundantie videbitur convenire. Et pro emptione facienda pecuniam opportunam aggerere seu acquiri facere sub quacumque provisione cambio vel favore prout comodius fieri poterit expensis talium emptorum non solventium. Et similiter si pecunia deberetur et solutum non erit ipsam acquirere ut supra et quod dum distulerit solutionem dicte quantitatis tale cambium provisionem seu feneus idem emptor solvere et satisfacere teneatur et debeat et ad solvendum cogi et compelli possit et debeat de facto sicut ad solvendum debitum principale prout vel capiet et stimabit. Et quod super talibus cambio statur et credatur et credi debeat assertioni dictorum offitialium abundantie sine alia probatione. Decernentes nichilominus quod contra non solventes temporibus debitis et contra eorum fideiussores et quemlibet eorum in solidum fiat et fieri possit et debeat realis et personalis executio de facto immediate post lapsum termini appositum et declaratum in huiusmodi venditionibus seu concessionibus quo quo modo tam pro principali debito quam provisione vel cambio et alijs expensis. Et si quis autem venditor talium postarum seu communatiarum seu alicuius earum omiserit tale pactum et conditionem apponere in venditione seu concessione quam faceret que conditio tamen et quod pactum pro apposito et declarato per commune et eo ipso haberi debeat ipso facto incidat in penam quingentarum librarum denariorum pro maiorem sindicum et quemlibet alium offitialem communis Perusij de facto auferendarum aliquo non obstante.

De fideiussoribus recipiendis ab emptoribus postarum clusij et communatiarum camere abundantie et in quantum tempus

498

Item receptio in sufficientium fideiussorum super venditionibus postarum clusij seu

commutatiarum camere abundantie deputatarum
maxima attulerit detrimenta communi pus
ut imposterum talia incomoda non contingant
Statuimus quod offitiales abundantie comunis pus
et alii quicumque vendentes postas clusii pusini
seu commutatias de camere abundantie depu
tatas possint teneantur et debeant recipere bo
nos et sufficientes fideiussores cives pusinos
vel comitatenses ab emptoribus earum seu ab illis
quibus fuerint stabilite infra sextam diem
a die stabilimenti vel recepti in dictum fideiussores
pro qualibet posta clusii seu commutatia.
Declarantes et statuentes quod illi quibus tales po
ste seu commutatie fuerint stabilite seu earum
aliqua teneantur et debeant infra sextam diem
a die stabilimenti cuiuslibet poste seu commuta
tie dedisse dictis offitialibus et aliis vendentibus
pro una quaque posta clusii seu commutatia
de camere deputata usque in numerum supius
designatum bonos et sufficientes fideiussores
quorum quilibet sive extra catastrum sint
extimationem catastri comunis pus ad grossus
et valoris extimationis ad minus in
duplo pretii pro quo talis posta seu commu
tatia venderetur vel quantum capiet pretiu
seu quantitas grani seu blade unius anni
ita quod duplum extimationis referatur ad
pretium seu quantitatem grani vel blade dumtaxat
tangat pro uno anno non obstante quod talis po
sta seu commutatia pro maiori tempore vendere
tur. // Decernentes quod fideiussores dicti
teneantur et debeant in una quaque vendi
tione una cum principalibus emptoribus
se in solidum principaliter obligare ad
solutionem pretii seu quantitatis grani seu
blade et ad omnia ad que tenentur emptores
secundum formam presentium statutorum et quorumcumque
cuiuslibet ut est opus cum renuntiationibus et
solempnitatibus opportunis. Et quod nichilominus
in solidum quilibet principalis et fideiussor
aliquo beneficio non obstante in solidum
sit et esse debeat et intelligatur in omnibus
et quo ad omnia obligatus./

Quod offitiales abundantie et
alii vendentes postas seu
commutatias per emptoribus
teneantur cives pus fide
iussores bonos recipere
prout supius continetur

499

Et quia utilitatem rei publice con
cernunt inviolabiliter observentur
quod nequaquam offitiales abundantie
comunis pus et alii quicumque vendentes ali
quas postas clusii pusini seu commu
tatias de camere abundantie depu
tatas non recipiant bonos et sufficientes
fideiussores secundum qualitatem et exige
tiam in proximo precedenti capitulo deno
tatas. Quod ipso iure sint et esse intelli
gantur obnoxii et spaliter obligati et
expresse comuni pusii principalibus emptoribus
et quolibet eorum a quo seu a quibus fide
iussores sufficientes secundum qualitatem
et exigentiam supius denotatas non
subscripsit et in omnibus et singulis se astri
gentes ad que dicti comuni tales empto
res virtute quorumcumque dictorum statutorum seu
cedule venditionis postarum seu co
mutatiarum tam pro satisfactione pretii seu
quantitatis grani vel blade quam alia qua
cumque de causa propterea quodlibet tenerentur
et ita possit et debeant cogi gravari
et molestari realiter et personaliter sicut
possent emptores ipsi quoquo modo.
Eo videlicet decernentes ut venditores talium
postarum seu commutatiarum vigilantiores
et cautiores reddantur et eo citius debeant
sub eorum substantiarum periculo ad rem pu
blice substantiam diligentius con
servandum. Et ut rem pus aliqua
negligentia vel modo aliquo in similibus
de cetero non ledatur./

Quod infra tempus fideiussores
non dentur infra sextam diem
a die stabilimenti quod dicte
poste clusii seu commutatie
vendi debeant et refiend
supplend de eorum proprio per
missione prestitu eorum

Et hoc ut nullus per elusionem
vel alio modo audeat vel presumat facere
per missione facere in subastationibus
postarum clusii pusini seu commutatiarum
de camere abundantie deputatarum
sub obtepta virtu circa datarum vel alio quo
vis modo et forte non intentione postu
seu commutatia retinendi seu cavendi et dimittere./ stabilita est

500

sicut dicitur proximo capitulo disponimus statuentes
Quod in quantum promissores quibus aliqua
posta seu comunatia dicti communis possi-
tiales abundantie vel alios vendentes fi-
erit stabilita fideiussores sufficientes secundum
qualitatem et exigentiam predictorum in prece-
dentibus capitulis contentorum infra secundam diem
a die stabilimenti non dederit offitialibus
seu aliis vendentibus pro dicto communi aliqua
postam seu comunatiam Quod sicut ipsis
offitialibus et aliis ad vendendum dicte pu-
tatis talem postam seu comunatiam
et teneantur et debeant de novo subastare
facere et stabilire et vendere cuilibet
plus promittenti iterum secundum exigentiam
promissorum et vices concedere licitantibus.
ut supra est expressum in venditionibus
faciendis et quod in quantum minus pretium
seu quantitas grani seu bladi fuerit obla-
tum seu promissum pretio seu quantitate
grani vel bladi stabilita seu vendita
per promissores primos obtulerint ut
supra promittitur fideiussores non dederit
quod fuerit et eo casu primi promissores pre-
dicti ad satisfactionem predictam ... ad effectum
... predictorum exigentiam non produxisset
ad solvendum omne pretium quod defuerit
in secundo stabilimento seu venditione tene-
antur et astricti sint et intelligantur
esse eo ipso ad refundendum et solvendum
prout ac si plenarie adimplevissent
datione fideiussorum iuxta exigentiam pre-
dictorum Et quod offitiales abundantie et
alii vendentes teneantur et debeant
contra predictos et quemlibet eorum in soli-
dum executionem realem et personalem de
facto facere et fieri facere sub pena
quingentarum librarum ... ad solvendum ...
... et satisfaciendum dicto communi omnem
quantitatem florenorum seu pecunie quantitatem
grani vel bladi que quomodolibet defecerit
de pretio seu quantitate grani vel bladi primi
stabilimenti in pretio seu quantitate secundi stabi-
limenti et venditionis que fieret prout
supra continetur. Et quod dominus po-
testas capitaneus ... maior sindicus
et quilibet alius offitialis communis predicti ad
requisitionem ipsorum offitialium seu aliorum

vendentium vel alicuius eorum possint teneantur et de-
beant sub dicta pena ut supra promittitur a quo-
libet negligente et vice qualibet auferenda
et retinenda de suo salario cuius tempore sindicatur
contra predictos et quemlibet eorum executionem reale-
m et personalem facere et fieri facere quocumque
tempore etiam feriato ad honorem dei et in quo-
cumque loco etiam prohibito pro solutione et
occasione solutionis talis quantitatis florenorum
seu pecunie seu quantitatis grani vel bladi
que in secundo stabilimento seu venditione a primo
stabilimento ut supra promittitur quolibet
defuisset. Et quod tales offitiales occasione
seu de eorum que fecerit vel fieri fecerint
in premissis non possint nec debeant modo
aliquo sindicari vel molestari Sed sint
et esse intelligantur ab hiis omnibus omnino
liberi et penitus absoluti

Infra quantum tempus emptores
postarum seu comunatiarum te-
neantur portasse bladum
seu granum promissum et debere
contra soldos denariis pro
rata pro quolibet corbe grani

a De hoc ut granum et bladum communis
predicti integre ad cameram abundantie
debeat pervenire sine defalcatione aliqua
Statuimus quod omnes et singuli emptores postarum
clusis predictis et quarumcumque comunatiarum
deputatarum camere abundantie. Cum grano
seu bladum respondere deberet anno
quolibet ad cameram predicti teneantur et debeant
portasse vel portari fecisse et consignasse
mensurasse in orreis communis predicti offi-
tialibus abundantie vel similibus pro predicto re-
cipientibus ante kalendas novembris cuiuslibet
anni omnem quantitatem grani vel alterius cuius-
cumque bladi. Quod pro illo anno deberet
dare seu mensurare communi predicto occasione pretii
alicuius poste seu comunatie dicti communis
que venderetur vel aliter concederetur omnibus
eorum emptoribus suspectis et expensis et omni
periculo risico atque casu verisimili mode-
rato vel inmoderato et qui posset seu
non posset quolibet cogitari. Ita quod omnis
casus veniens et comprehendi intelligatur talibus
cum. Et quod venditio quelibet seu concessio
que imposterum fiet de postis clusis seu
comunatiis granum seu bladum responderet

507

debentibus solvere debeat sub dicta forma. Et sic ex
nunc facta esse intelligantur allegare que
si allegarentur non teneat quo minus ad
predicta efficaciter astringantur. Et nichilo
minus offitiales abundantie et alii ven
dentes tales postas seu commutatias sub
pena quingentarum librarum denariorum si negligentes
fuerint auferendarum a quolibet teneantur
et debeant pro tempore et eius continue
tiam ???ere specifice et expresse. In
super ad hoc ut emptores ipsi possint et va
leant comodius reduci facere dictum gra
num et bladum ad dictam civitatem nichilo
minus quod ipsi emptores habeant et habere de
beant a comuni Perusii et ab offitialibus
abundantie de pecunia dicti comunis pro
vectura pro quolibet grani ad rationem
triginta ß denariorum pro quolibet corbe portato
et mensurato ut supra declarantes quod duo
corbes ordei computentur et computari de
beant pro uno corbe grani. Ita quod pro dictis
duobus corbibus ordei pro uno corbe grani
computatis satisfiat ad dictam rationem
triginta solidorum pro quolibet corbe grani
et ita de spelta intelligi debeat ac solvi./
Volentes et statuentes pro utilitate publica
quod comitatenses Perusini admictendum pro gra
no seu blado in clusium perusinum de
cetero nullatenus teneantur ut astringi de
beant quoquo modo. Sed possint et de
beant solvere offitialibus abundantie
triginta solidos denariorum pro quolibet corbe grani
in perpetuum sicut infra exemplo apparebit./

De quantitate solvenda per comi
tatenses pro grano et clusii
et sal ??? comutandis/

502

Tamen ita sub debita ordinatione pro
dant et ne comitatenses Perusini
ultra rationis debitum possint
quolibet agravari maxime pro grano clusii
presenti capitulo duximus statuendum. Quod
de cetero comitatenses Perusini teneantur
et debeant solvere comuni Perusii et offi
tialibus abundantie anno quolibet pro vec
tura grani ferendi de clusio perusino ad
civitatem Perusii ad rationem triginta solidorum
denariorum pro quolibet corbe grani intelligendo duos

corbes ordei pro uno corbe grani et tres corbes
spelte similiter pro uno corbe grani pro
de toto grano et blado computando ut
supra recipiendo ex clusio perusino de anno
in annum. Et quod dicta quantitas triginta solidorum
pro quolibet corbe grani ut supra compu
tandi solvatur et solvi possit et debeat
offitialibus abundantie pro dicto comuni
in kalendas septembris cuiuslibet anni incipiendo
in primis kalendis presentis anni

videlicet pro rata sicut unumquodque castrum locum
communitatem seu villam tanget ex tota
quantitate talis grani et bladi et dicte
quantitatis pro vectura solvenda pro rata
secundum extimum et catastrum comitatus
Perusii. Et ad hoc ut comitatenses
videre possint quid et quantum solvere
teneantur. Et ut solum pro grano seu
blado quod respondere debet comuni
Perusii de anno in annum et aliter nul
latenus agravetur. Decernimus quod offi
tiales abundantie dicti comunis tam
presentes quam pro tempore fuerint de anno in
annum possint teneantur et debeant
in unum annum mensem post quam po
ste clusii seu commutatie fuerint sta
bilite videre et examinare quantitates grani
et bladi recipiendas pro illo anno ex
talibus postis et commutatiis ex clusio
ante dicto. Et tunc hiis visis et in summa
reductis teneantur et debeant pro rata
secundum extimum et catastrum comitatus
Perusii declarare distribuere sicut ca
piet pro rata unumquodque eorum castrum
locum seu villam aut universitatem
dicti comitatus Perusii pro quantitate predicta
ut supra comictitur declarata et talem
quantitatem et distributionem grani et bladi
describi facere de predictis et deinde sicut
capiet unaquaque communitate castrum
locum seu villam aut universitatem
dicti comitatus ad dictam rationem trigin
ta solidorum denariorum pro quolibet corbe grani
computando ordeum et speltam prout
superius declaratur exigere et exigi fa
cere offitiales teneantur et debeant et

per eorum notarium et camerlingum ad introytus mictendi
facere opportune et secretis predicta vel aliqua
eorum seu exigendo vel exigi faciendo dummodo si
ma sint quolibet negligentes vel remissi
ipso facto et vice qualibet incidant in dictam penam
et super hiis possint et debeant specialiter sindi
cari. — Volumus et declarantes quod ipsi con
tratestes teneantur et debeant fideiubere et fide
iussores dare sufficientes prestare ad cognitionem
dictorum offitialium dictis offitialibus
abundantie de solvendo dictam quantitatem ad
rationem triginta soldorum pro qualibet emina grani
in dictis calendis proximis sequentibus. Et si
de anno in annum eadem subcessive prout
fideiubere tenebantur de serendo granum de dicto
loco iuxta consuetudinem hactenus observatam.
Et si contratestes negligentes fuerint quod ipsos
multare de facto possit prout putaverit con
venire usque in summam et quantitatem superius
declaratam. Et nichilominus executionem
fieri facere cum effectu ut talis quantitas per
solvatur pro utilitate publica sicut dictum est.

De registro faciendo anno quolibet
de grano et blado recolli
gendo ex castro et tempora
[illegible] soldorum dicti solvendi
per contratestes.

503

De hoc ut omnibus contratestibus innotescat
quenam sit quantitas grani et bladi per
capiendi ex castro Perusino et recalli
gendi contra debitum legis queat decernimus
quod per offitialibus abundantie tam presentes quam
qui pro tempore fuerint fiat et fieri possit et debeat
unum registrum de anno in annum per aliquem
ex notariis dictorum offitialium cui dicti offitia
les mandaverint. In quo fiat et fieri de
beat compendiose descriptio in totum colle
cta communi et libre seu catasti cuiuslibet
castri seu ville comitatus Perusii de per se et
similiter describi debeat sub descriptionis
talis libre communi seu catasti faciendi ut
supra ad descriptionem cuiuslibet castri loci seu
ville dicti comitatus quantitas grani et bladi
et que pro illo anno debet percipi ex dicto castro
et quantitas que pro rata tali castro contingeret.
Et similiter quantitas pecunie que tanget
tale castrum locum seu villam ad ratio
nem triginta soldorum pro quolibet corbe pro ra
ta summe communi seu libram talis catasti
loci seu ville. — Et quod tales descriptiones
fieri possint et debeant infra unum mensem
a die vendictionis postarum castri de anno
in annum prout superius est expressum. — Et quod

in principio dicti libri registri in duabus partibus ponatur
libra seu communis integrum reductum totius comitatus
Perusii in summa parte et in secunda ponatur quantitas
grani et bladi pro illo anno que percipi debet ex castro
antedicto. Quod quidem registrum semper stare debeat
in camera abundantie et debeat omnibus et singulis
videre volentibus demonstrari per offitiales notarios
et camerlengos vel aliquem eorum ad petitionem cuiuscumque
et si quis in predictis vel aliquo ipsorum fuerit negligens
vel remissus quod ipso facto et vice qualibet incidat
in penam quinquaginta librarum denariorum per maiorem
sindicum de facto auferendarum super quibus etiam pos
sint et debeant specialiter sindicari aliquo quod loque
retur in contrarium non obstante.

De libris faciendis in camera abundantie per introytibus et exitibus.

504

Statuimus quod per notarium abundantie civitatis
Perusii qui fuerint super introitibus et
proventis fiant et fieri debeant duo libri
Et in quolibet ipsorum scribantur omnes et singuli in
troytus offitialium abundantie civitatis Perusii
quorum est notarius quorum librorum unus rema
nere debeat in camera dictorum offitialium. alter
vero coram maiori sindico in fine offitii more
consuetudine debeat presentari. Et similis modo
fiat per notarium offitialium qui fuerit ad scribendum
exitus deputatos duo libri et in utroque eorum
scribantur omnes et singuli exitus et expense fa
ciende et faciende per ipsos offitiales quorum
unus in dicta camera abundantie debeat rema
nere alter vero coram camerlario communis Perusii
vel maiori sindico producatur. Et antequam dicti libri
producantur calculentur et assumentur introytus et
exitus et expense et asscultentur per notarium offitii
coram offitialibus abundantie et camerlengis prout
competit hactenus observatum. Ita quod error vel
fraus aliqua commicti non valeat quoquo modo pena
quingentarum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente
et vice qualibet auferendarum.

De registro faciendo de debitoribus preteritis et de debitoribus futuris in camerlaria communis Perusii.

505

De hoc ut haberi possit notitia preteritorum
debitorum communis Perusii et ut effectum execu
tio fieri debeat et offitium quationibus
et aliis penis inferius denotandis ad solitudinem
efficaciter concurrentur presenti capitulo duximus
statuendum. Quod de omnibus et singulis debitoribus
preteritis camere abundantie communis Perusii fiat
et fieri possit unum registrum in carta de pecu
dinis quod stare debeat et esse continue in
camerlaria communis Perusii et dictum registrum componatur

et ordinetur et fiat et scribi debeat per notarium offitialium predictorum videlicet de debitoribus predictis dicte camere offitialium abundantie describendo per ordinem alphabeti per portam et parrochiam et per alium locum unde debitores essent. Et etiam quantitatem et cum per quam et in qua tenentur et etiam folium sub quo et in quo registro apparent in dictis cameris quolibet descripti ad hoc ut sine difficultate valeat inveniri aptando et registrando prout fuerit opportunum. Et quod dictum registrum debeat perfecisse dominis sindicis offitialibus et assignasse in cancellaria comunis Perusii hinc ad medium mensem Iunii proxime venturi in forma publica in cartis membranis sub tabulis legatis sub pena quingentarum librarum. Et pro pena laboris et pro cartis et attramento et pro scriptura fiat et fieri debeat a camera conservatorum florenorum quinquaginta de auro. Et offitiales abundantie sub dicta pena debeant dedisse eidem ad eius petitionem copiam omnium debitorum predictorum. Insuper etiam ut super registratione facienda de quibuslibet debitoribus comunis Perusii talis forma servetur. Quod offitiales abundantie et alii quicumque offitiales dicti comunis electi seu eligendi pro tempore teneantur et debeant per eorum notarios registrari facere in dicto registro existente in cancellaria dicti comunis omnes et singulos debitores dicti comunis ex quacumque causa futuros qui non solvissent ea ad que tenentur seu tenebuntur dicto comuni in terminum trium mensium tunc proxime futurorum a die appositi termini vel contenti in contractibus seu cedulis inde celebrandis super venditionibus seu locationibus seu concessionibus possessionum clusiorum seu comunantiarum dicte camere abundantie deputatarum vel alicuius earum modo aliquo seu forma in fine dictorum trium mensium et decem dies tunc proxime futuros. Et quod talis registratio per aliquem ex notariis eorum vel alicuius eorum cui impositum fuerit per offitiales talis notarii de nomine talis debitoris per ordinem alphabeti et porte et parochie in quantitate et causa breviter sub qua et in qua tenerentur sub pena quingentarum librarum denariorum vice qualibet et a quolibet contrafaciente seu negligente auferendarum per maiorem sindicum comunis Perusii vel alium quemcumque offitialem dicti comunis ex eorum offitio et etiam ad instantiam cuiuscumque. Et quod omnes qui solvissent ea que solvere deberent seu debuissent vel de registris dicte camere quolibet per notarium super registris cassi essent possint et debeant per notarios offitialium abundantie comunis Perusii quibus talis solutio facta fuerit seu in quorum registris cassatio facta extiterit de quibuscumque debitis in quindecim dies in fine temporis quindecim dierum cassari et cancellari de registro in dicta cancellaria existente. Et ad hoc ut contra eos qui solvissent et de dicto registro cassi non essent nulla fiat novitas seu remotio vel gravamen ab offitiis iuxta exigentiam statutorum camere conservatorum non sequatur quod incontinenti appodixam solutionis facte vel cassationis de registris porrexerit in cancellaria comunis Perusii coram cancellario seu abbreviatore reformationum comunis Perusii non obstante quod de registris cassus non esset quod ad eius excusationem sufficiat pro inde ac si cassus esset. Et quod talis descriptio fieri debeat sub pena predicta et ut superius committitur auferenda ex parte quolibet offitiali executionem faciente seu contra facientes seu negligentes in predictis vel aliquo predictorum et notarius vel aliquo eorum habeat et habere possit et debeat quartam partem cuiuslibet pene quam solvi faciet et veniret quolibet in comune. Et si offitialis negligens fuerit in inpuniendis vel eorum aliquo talis pena de suo salario vice qualibet debeat detineri et auferri eius tempore sindicatus. Et quod super hiis omnibus et quolibet eorum omnes supra contenti possint et debeant specialiter sindicari et quolibet tempore aliquo non obstante.

De exceptionibus [illegible] debitores camere abundantie comunis Perusii.

506

[Q]uoniam contra negligentes solutionem facere de hiis ad que comuni Perusii tenerentur non satisffaceret per dicta in precedentibus capitulis statuisse visis alia satisfactibilia remedia quod haberentur dicimus statuendum quod offitiales abundantie seu exactores quarumcumque possessionum clusiorum seu comunantiarum comunis Perusii camere abundantie comunis Perusii deputatarum possint teneantur et debeant sub pena quingentarum librarum denariorum pro quolibet negligente et vice qualibet de facto auferendarum per maiorem sindicum vel alium offitialem dicti comunis reduci facere in uno registro de per se in dicta eorum camera omnes et singulos debitores camere predicte possessionum clusiorum

seu commutatione de camere deputatione et tam preteritos debitores quam futuros et instantes etiam tempore inceptus describi facere non obstante quod descriptio fieri debeat in cancellaria comunis Perusii impositio exigentium prestantiarum caplorum. Et contractum seu contractus fieri facere de talibus debitoribus in substantia cum quantitatibus quas deberent solvere declaratis. Et dimidiam talium debitorum qui non solvissent in temporibus predictis solvere tenerentur de camere abundantie assignare et assignari facere domino potestati civitatis Perusii qui pro tempore fuerit et aliam dimidiam domino capitaneo maiori sindico civitatis Perusii. Qui potestas et capitaneus et maior sindicus et quilibet eorum teneantur et debeant contra debitores tales assignatos et eorum fideiussores res et bona executionem realem et personalem fieri facere de facto in quocumque loco et quocumque tempore etiam prohibitis feriis non promissis pro forma statuti et ordinum comunis Perusii ut que comuni Perusii sunt debita seu deberentur in posterum efficaciter persolvantur aliquo non obstante./

Quod non liceat officialibus abundantie acquirere pecuniam mutuo sub provisione vel fenore sine deliberatione dictorum (…)

Item postea comune Perusii non ledatur de et ... in usuris seu in cambio provisionibus seu fenore ob acquisitiones pecuniarum que fieri consueverunt sepe numero pervenerunt dampna predicta statuerunt. Quod officiales abundantie comunis Perusii vel alii pro eis non possint nec debeant quoquo modo acquirere seu acquiri facere sub aliqua provisione costo fenore vel cambio aliquam quantitatem florenorum seu pecunie pro camera abundantie comunis Perusii sine deliberatione dominorum priorum et camerariorum artium civitatis Perusii qui pro tempore fuerint, solempni scrutinio (?) precedente ad sedendos dominos per duas partes et in quantum acquireret seu acquiri faceret aliquam quantitatem aliquorum dictorum modorum vel alio ad costum sine deliberatione predicta quod tale fenus cambium costum seu provisiones de eorum proprio solvere teneantur et intelligantur et non de pecunia vel avere comunis Perusii quoquo modo. Cum deliberatione autem predicta possint solvi cambium provisione costum seu fenus prout fuerit opportunum quotiens comunis utilitas seu necessitas evidens exposcet. Et quantitate etiam sic acquisitam aliquo non obstante./ 508

Quod liceat officialibus abundantie predicte tantum solvere pecuniam seu granum vel bladum ante tempus

507 Verum iustum est quod solvens pecuniam seu aliquam quantitatem granorum vel bladi camere abundantie comunis Perusii debitam ante tempus faciende solutionis commoditatem restaurationis in tempore consequatur. Dominus statuerunt quod officiales abundantie comunis Perusii possint et eis liceat cuilibet comuni corpori seu universitati vel singulari persone quod vel que eis solvat aliquam quantitatem pecunie vel aliquam quantitatem grani vel bladi ante debitum et prefixum tempus et terminum solutionis ipsius quantitatis tali solventi prorogare terminum ad solvendum quod deberet solvere eisdem officialibus determinandum tempus et quantitatis pecunie vel grani seu bladi ante terminum solute per eum. Et dictis officiales abundantie predicti non possint nec debeant ad aliquo sindicari./

Quod infra ... tempus officiales abundantie comunis Perusii teneantur restituere reliqua subcessoribus et libros in cancellaria

509 Statuimus quod officiales abundantie comunis Perusii teneantur et debeant in quindecim dies post finem eorum et cuiuslibet eorum officii immediate sequentes dare consignare et effectualiter restituere eorum et cuiuslibet eorum subcessoribus omnem quantitatem florenorum pecunie granorum seu bladi et alterius cuiuscumque rei que quolibet superfuisset eis assignatis et expensis et pagamentis factis tempore eorum vel alicuius eorum officii sub pena quingentarum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et restitutionis dupli quantitatis que quolibet superfuisset super quibus debeant specialiter sindicari et persindicatum in dicta pena et restitutione dupli efficaciter condempnari pena simili dicto sindico de suo recuperanda salario si negligens fuerit vel remissus./

Libros aut(em) inventarii et extimi et gestorum t(em)p(o)re offitii ipsorum i(n) forma publica / offitiales abundantie et eorum et cuiusq(ue) eorum notarii et famuli teneantur et debeant restituisse et assignasse i(n) … post finem eorum (et) cuiusq(ue) eorum offitii. // Et … tutiones talium librorum et cuiusq(ue) eorum … sub dicta pena a quolibet auferenda … in cancellaria Com(unis) Pis(ani) pena simili … auferenda vice qualibet / Quos libros … infra terminum fore … infra dictum terminum … p(ro)p(ter) quoquo modo … contentiam p(re)missorum.

Quod offitiales abundantie possint habere consilium sapientis in eorum opportunis et notarius sup(er) registris et aliis.

510 Et ut ea que sub libra procedunt iustitie p(er) … statuendum quod offitiales abundantie Com(unis) Pis(ani) possint et eis liceat sup(er) eorum opportunis que quolibet contingerent seu dubitatione afferret vel sup(er) eorum p(re)missis … forma statutorum camere ipsorum … eligere unum consultorem unum fidelem et expertum et doctum i(n) iure … quem conservatores monete in eorum camera elegerint qui possit et debeat quotiens fuerit requisitus … vel in scriptis consulere ipsis offitialibus sup(er) p(re)missis fideliter. Et similiter consulere debeat conservatoribus monete et massariis Com(unis) Pis(ani) sup(er) eorum quibuscumq(ue) quolibet contingentibus sup(er) p(re)missis vel statutis in camera ipsorum vel … eorum … vel … sup(er) statutis vel p(re)missis seu quolibet ordinamenta eorum offitium tangentia. Habere et … possit et debeat p(ro) quolibet semestri florenos … a conservatoribus et … massariis Com(unis) Pis(ani) et … modo aliquo … palatium a conservatoribus seu massariis seu offitialibus abundantie … aliud possit … vel habere … ab aliqua singulari p(er)sona … sup(er) negotiis Com(unis) Pis(ani) tangentibus … possit … petere vel habere. // Et si in consulendo negligens fuerit vel remissus vel in aliquo p(re)missorum contrafecerit … vice qualibet mandat i(n) pena Centum librarum. Sup(er) aliis quoq(ue) eorum quolibet contingentibus in camera offitialium abundantie sup(er) quibus aliquid de novo p(ro)cederet vel p(er) p(re)missa … forma statutorum camere eorum aliquid contingeret offitiales … possint teneantur et debeant habere consilium a collateralibus d(omi)nis potestatis et capitanei … vel a duobus ex eis qui ad requisitionem ipsorum offitialium possint teneantur et debeant omni vice fideliter eorum … consilium … vel in scriptis … offitia libere abundantie requisitis sine alio salario vel mercede. // Et ad hoc ut … p(re)missis … debeant ipsi collaterales sup(er) … Com(unis) semp(er) et sup(er) uno quoque … ultra … eis informatione … cancellaria Com(unis) Pis(ani). // Sup(er) … vero quomodolibet contingentibus in registris vel … in modo aliquo seu forma notarius sup(er) registris teneatur et debeat … collateralibus … qui … teneantur et debeant consulere et informationem … et in scriptis … consilium … Com(unis) … notario sup(er) registris qui notarius possit libere licite et impune absq(ue) … et debeat … ad … consilium … collateralium … et tenore. Et si quis in aliquo p(re)missorum fuerit negligens vel remissus mandat in penam … libras … Pis(ani) … // … collaterales malum consilium dederit sup(er) aliquo … p(ro) quolibet vice … mandant in penam … potestatis et capitanei / … restituendum … Et … debeant … Pis(ani) in restitutione … extimationis … sup(er) quo consilium … bonum contra formam iuris seu statutorum Com(unis) … Et sup(er) … debeant … sindicari.

511 Quod omnis quantitas que solvi deberet camere abundantie Communis Perusii ad aurum vel monetam vel ad granum seu bladum sic ad introytus micti debeat.

[E]t omnis cesset fraus in solutionibus in camera offitialium abundantie Communis Perusii quolibet faciendis. Statuimus quod offitiales abundantie et eorum camerarii teneantur et debeant omnem quantitatem quem in grano vel blado vel in auro vel pecunia solvi deberet in eorum camera vel ipsis quocumque modo et solveretur ad eorum et dicte camere abundantie Communis Perusii introytus ad granum vel bladum vel ad aurum vel monetam micti et poni facere diligenter et similiter si solutio fieri deberet in pecunia et facta esset micti et poni debeant sine [...] pena quinquaginta librarum denariorum auferendarum vice qualibet et de facto a quolibet contrafaciente. Et si per eorum notarium in libris ordinariis de facto fiat opportune et super hoc debeant specialiter sindicari.

512 Quod offitiales abundantie teneantur mictere ad eorum introytus omne meliorramentum monete.

[O]ffitiales abundantie Communis Perusii teneantur et debeant et eorum notarii et camerarii diligenter mictere et micti facere ad eorum introytus in libris introytus temporis eorum ordinariis in introytum camere per eorum notarium et camerarium describi et poni facere opportune omne lucrum seu meliorramentum quod quolibet fieret vel provenire contingeret tempore eorum de florenis vel pecunia dicti Communis provenientibus quolibet ad eorum manus durante offitio eorundem sub pena quinquaginta librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et vice qualibet de facto auferendarum et super hoc debeant specialiter sindicari.

513 Quod omnis solutio pecunie seu granorum seu bladi que quolibet solveretur offitialibus abundantie vel camerariis micti debeat ad introytum infra tres dies et etiam registrari.

[U]t ratio introytuum diligens semper inde habeatur et ne sub pretextu posito vel aliter introytus [...] retardetur disponimus statuendum quod omnis quantitas pecunie seu florenorum vel granorum seu bladi que quolibet deberetur camere offitialium abundantie et de qua in totum vel per partem numerati vel solutio aliqua facta fuit offitialibus abundantie vel camerariis in dicta camera vel alibi vel alicui persone pro eis modo aliquo seu forma quocumque aut qualitercumque possit et debeat infra tres dies postquam soluta fuit vel quolibet numerata per notarium et camerarium poni et micti ad introytus dicti Communis et camere antedicte et in libris dicti offitii ordinariis ut est opus. Et infra dictum terminum idem camerarius teneatur et debeat assignare notario super registris talis solventis nomen et quantitatem etiam declarare solutam et nomine. Qui notarius super registris infra tertiam diem a die declarationis predicte teneatur et debeat quantitatem ipsam registrasse ad rationem talis solventis prout fuerit opportunum. Cuius aut [...] vel aliquis predictorum negligens fuerit vel remissus ipso facto et vice qualibet incidat in penam quinquaginta librarum et debeant specialiter sindicari.

Quod omnia pagamenta que fierent ad aurum seu monetam sic ad introytus poni debeant et describi, etiam granorum et bladi. 514

[U]t aliqua fraus vel simulationibus personis in comoditatibus comictatur in solutionibus faciendis presenti exemplo disponimus statuendum quod offitiales abundantie Communis Perusii et eorum camerarii teneantur et debeant omnem quantitatem quam in auro solverent vel in moneta vel solvi facerent seu omnem quantitatem granorum seu bladi quocumque aut qualitercumque sic prout solverent vel solvi facerent ad eorum dicte camere abundantie Communis Perusii introytus debeant mictere et micti facere diligenter et per eorum notarium in libris ordinariis poni et poni facere opportune sub pena quinquaginta librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et vice qualibet de facto auferendarum ad instantiam cuiuscumque et super hiis debeant specialiter sindicari.

Quod offitiales abundantie teneantur [...] describi facere emptiones venditiones granorum et bladi. 515

[U]t ratio diligens [...] dicte camere abundantie maxime eorum qui fierent pro emptoribus granorum seu bladi. Et etiam granorum seu bladi quod venderetur. Et etiam granorum seu bladi quod ad molendinum micteretur [...] quacumque et omnium dispendiorum seu expensarum distincte et ordinate videri possit assidue presenti exemplo disponimus statuendum quod offitiales abundantie

per eorum notarios et sensales possint teneantur et debeant
in uno libro de per se singulariter et distincte descri-
bere et describi facere omnes quantitates granorum sive
bladi quas quocumque aut qualitercumque emeret
seu emi faceret ab aliqua universitate vel
singulari persona describendo et describi faciendo
tempus emptionis facte et a quibus seu quo
emerit et pro quo pretio. — Et si civis fuerit a quo
emptio aliqua facta fuerit describatur et descri-
bi debeat per eius nomen et prenomen et prenomen
patris porte et parochie. — Et si comitatensis fuerit
vel districtualis describatur et describi debeat
per eius nomen et prenomen et nomen patris et po-
pulum unde est. — Si autem forensis fuerit de-
scribatur per eius nomen et prenomen et locum
unde est. — Et similiter describi faciant
quantitatem solutam pro pedagio seu gabella talis
granorum seu bladi et in quibus locis et quo tempore
et quibus personis. Et etiam omnem quantitatem florenorum
seu pecunie que solveretur pro vecturis quo
tempore et quibus personis occasione granorum seu bladi
empti et delati quocumque et undecumque ad hoc
ut discernatur et discerni possit et debeat
quantitas que soluta fuerit pro pretio granorum seu
bladi ac expensis propterea faciendis seu factis.
Et simili modo describi faciant in uno libro
de per se singulariter et distincte omnes et singulas
venditiones granorum seu bladi quas faceret
de die in diem describendo nomen persone et pro
pretio pretio designando persona eo modo et for-
ma prout et sicut in emptione tenetur facere
cum effectu. — Et similiter describi faciat
de per se singulariter et distincte omnem quantitatem
granorum seu bladi quam de die in diem faceret
quolibet macinari et eius molendinario gra-
num debeat ad molendinum ad hoc ut de die
in diem videri et discerni possit quantitas que
propterea macinaretur. — Et etiam dicimus quod
si contingeret aliquo tempore opportunitatis ipsos
officiales abundantie sensalium eligere si-
ve eorum sive minus panis vendendi per
idem sensalis possit teneatur et debeat dili-
genter rationem reddere de omni eorum toto quod
panis qui redderetur per panicoculas tali sensali
vel alii pro eo et plus ultra quantitatem vel
numerum ex corbe vel emina restituendo seu
talis restitutio fieri debeat ad numerum vel ad

pondus panis restituendi. — Cum sepe numero
contingat non servari equalitatem in quantita-
te panis qui restitui debet ex corbe vel
emina quantum ad numerum. — Et propterea
ratione officiales abundantie teneantur
diligenter corrigere a talibus sensalibus prout fuerit
opportunum et ad eorum introytus videlicet
facere opportune ne committi possit quo-
libet fraudes. — Et predicta omnia et quo-
libet predictorum predicti officiales notarii et sen-
sales possint teneantur et debeant dilige-
nter facere et fieri facere sub pena quinquagin-
ta librarum pro qualibet et vice qualibet
qua fuerit per aliquem quolibet contrafactum.
Et super predictis omnibus et quolibet eorum et
ipsi et quilibet ipsorum possint et debeant sindica-
ri sindicatione per maiorem sindicum sub dicta pena.
Et dicimus quod maior sindicus existens
in officio vel alius officialis vel ad requisi-
tionem dominorum priorum possint dictos sen-
sales et notarios omni vice de facto
compellere ad ostendendum omnes tales libros
in ea servaverint et si invenerint eos in
aliquo negligentes tempore facto puniri debeant
vice qualibet in dicta pena aliquo non
obstante

Quod officiales abundantie possint compellere quoscumque ad assignandum granum et bla-
dum et vendere et inobedientes multare

¶ Pro conservatione abundantie statui- 516
mus quod officiales abundantie po-
ssint et eis liceat quotiens vene-
rit opportunum compellere et compelli facere
de facto omnes et singulos tam cives quam comi-
tatenses quam etiam forenses et alias quas-
cumque personas cuiuscumque gradus ac status
seu dignitatis existant ad assignandum
ipsis officialibus vel deputandis ab eis pro tem-
pore omnem quantitatem granorum bladi seu
farine quam in civitate vel comitatu predictis
vel alio quocumque haberent loco. — Et grana
in bladum seu farina vel legumina
ad civitatem predictam reducendi. — Et etiam
arbitrium habeant mandandi quibuscumque granum
bladum seu farinam vel super quod granum
bladum seu farinam immictant seu in-
mitti faciant in plateam communis predicti vel alibi

quecumque locum et illam quantitatem et eo modo
et forma sicut dictis officialibus videbitur expedire
portandi et vendendi ipsam quantitatem pro
pretio quod pro communi Pisarum utilitate quo libet
statuatum seu declaratum in posterum.
Decernentes quod ipsi officiales teneantur et
debeant exacta cura per qualitate secundum
in civitate et comitatu Pisarum et portum in
portum precibus et mandare iuste secundum
facultates civium comitatus suis soceriorum
clericorum etiam et locorum prout et sicut non
venit conveniret ut granum seu bladum in
mittant et supra et in mictere teneantur.
Et si quis fraudem vel aliquam negligentiam
committeret in non assignando vel in esse faciendo
seu vendendo bladum seu farina prout
supra est expressum solvat pro qualibet vice
nomine pene decem libr. den. pro quolibet
cortile et ad ipsam rationem supplus vel minus
etc. // Quam quidem penam quilibet
officialis communis Pisarum etiam quicumque potestates
castellanus seu vicarius terre castri
seu loci comitatus Pisarum sub pena quinquaginta
libr. den. pro quolibet contrafaciente
et vice qualibet possit et debeat de facto
exigere et exigi facere et solvere massariis
communis et habeat quartam partem de
omni quantitate ipsa solvenda massariis aliquo
non obstante. /

Quod non possit aliquis concedere licentiam extrahendi granum seu farinam sine licentia dominorum et cetera ex comitatu Pisarum

517

Nulli officio abundantie vel aliis
officialibus communis Pisarum vel alteri cui
cumque persone sit licitum vel permissum aliquam concedere licentiam portandi seu portari faciendi ex comitatum
Pisarum aut extrahendi granum seu farinam
vel aliud genus bladi contra seu preter
formam presentium statutorum sine expressa licentia liberatione dominorum priorum et ancianorum
artium civitatis Pisarum. Ita tamen quod in consilio dominorum priorum et ancianorum fieri
possit et debeat expressa declaratio cui
dari debeat talis licentia et quantitatis
extrahendi et locus ad quem deberet portari ut fraus aliqua committi nequeat ullo modo. /

Et quod remissio aliqua super talis licentie concessione
fieri nequeat in aliquo vel aliquos quoquo modo
sub pena tamen imponenda quod reformatis contradicit
forma quingentarum libr. den. Et nichilominus
quod secus factum fuerit non teneat ipso iure nec licentie concessio quoquo modo. Et nichilominus
concedens talem licentiam eo ipso incidat in
penam predictam aliquo non obstante. //

De pena extrahentis granum seu farinam usque ad quingentos barriles extra comitatum Pisarum vel in barilibus. /

518

Ad fovendum abundantiam presentem
victui civium et districtualium Pisanorum
duximus statuendum quod nulli civi
comitatensi vel districtuali Pisano vel alteri
existat sit licitum vel permissum extrahere seu
extrahi facere per se vel alium quocumque aut qua
cumque quovis colore quesito de comitatu seu districtu Pisarum aliquam quantitatem grani seu
farine usque in summam quinque corbium insimul
seu particulariter sine expressa licentia officialium
abundantie sub pena et ad penam quinquaginta
florenorum de auro pro quolibet corbe grani
seu farine. Et etiam sub pena admissionis
salme et bestie qua quidem penam si receptus
vel mictens non solverit in mensem a die inve
ntionis seu condempnationis et ad penam distri
ctionis possit et debeat amputari. Et nichilominus
in carceribus communis Pisarum remanere debeat quousque
non solverit quantitatem supra declaratam occasione
talis pene prout incipiet condempnabitur. Volentes
tamen et decernentes quod officiales abundantie
non possint vel debeant directe vel indirecte
aliquam licentiam concedere grani seu farine
de comitatu seu districtu Pisarum extrahendi
seu extrahi faciendi sine expressa deliberatione
dominorum priorum et ancianorum artium dicte civitatis sub
pena quingentarum libr. den. pro quolibet contra
faciente et vice qualibet. Et nichilominus
talis licentia non teneat ipso iure. Et si quis
aut presumeret granum farinam seu bladum
in bagaius vel huiusmodi itineris extrahere
seu extrahi facere de una eminaa supra quod
fieri liquido suspicetur et suspicandum debeat
vel quod per eum moveatur. Pro eo fiunt una emina
vel abundantie solvere debeat centum libr.

et perdat bestiam et salmam eo ipso aliquo non obstante.

De pena extrahentis granum seu farinam de comitatu seu districtu Perusii ultra quinque corbes

519 Nullus civis comitatensis vel districtualis Perusinus aut forensis vel alia quacumque persona cuiuscumque status conditionis aut dignitatis existat possit audeat vel presumat per se vel alium extrahere seu extrahi facere directe vel indirecte quovis colore quesito de comitatu seu districtu Perusii aliquam quantitatem grani seu farine a quinque corbibus supra usque in decem insimul seu particulariter sine licentia dominorum offitialium abundantie sub pena centum ad penam centum florenorum de auro pro qualibet corbe. Et nichilominus perdat dictas salmas et bestias. Et si dictam penam non solverit infra unum mensem a die quo errore commisit seu a die condempnationis contra ipso facto furcis laqueo suspendatur ita quod moriatur. Et nichilominus fieri possit et debeat in et super bonis suis executio pro quantitate pene pecuniarie prout capiet et extimabit. Declarantes tamen quod ipsi offitiales non possint vel debeant talem licentiam concedere sine expressa licentia et deliberatione dominorum priorum et camerariorum sub pena et prout in precedentibus capitulis denotatur aliquo non obstante.

De pena extrahentis de comitatu vel districtu Perusii granum seu farinam a decem corbibus supra

520 Si quis civis comitatensis vel districtualis Perusinus seu forensis vel alia quecumque persona cuiuscumque status vel conditionis existat auderet vel presumeret per se vel alium directe vel indirecte quovis colore quesito extrahere seu extrahi facere extra comitatum seu districtum Perusii granum seu farinam a decem corbibus supra insimul vel particulariter pluribus vicibus sine licentia offitialium abundantie concedenda tamen cum deliberatione dominorum priorum et camerariorum prout in precedentibus capitulis denotatur ipso facto incidat et incidisse intelligatur in pena capitis et persone et confiscationis omnium bonorum suorum camere comunis Perusii. Et salvo semper quod si nimis uno corbe extraheret vel extrahi faceret quod puniatur et puniri debeat

pena secundum quantitatem grani seu farine prout capiet et extimabit. Et ipsa pena vicesima parte minui non debeat quoquo modo.

De pena extrahentis panem de comitatu seu districtu

521 Statuimus quod nullus civis comitatensis vel districtualis Perusinus aut forensis vel alia quecumque persona cuiuscumque status conditionis vel gradus existat audeat vel presumat per se vel alium extrahere seu extrahi facere quovis colore quesito directe vel indirecte ex comitatu seu districtu Perusii panem ultra decem panes supra sine licentia offitialium abundantie sub pena unius anconitani pro quolibet pane usque ad quinquaginta panes intelligendo pane sex unciarum et non pluri. Et a quinquaginta panibus supra tota quantitas panis debeat ponderari et solvi debeat illa pena pecuniaria prout solvi deberet de grano seu farina secundum formam precedentium capitulorum facta de compensatione ad pondus corbis grani seu farine ad pondus dicti panis prout capiet et extimabit. Et quod dicta quantitas pane pene solvi debeat infra unum mensem a die erroris commissi seu condempnationis prout in precedentibus capitulis denotatur aliquo non obstante.

De pena extrahentis ... speltam seu minuta leguminum de comitatu seu districtu Perusii

522 Nullus civis comitatensis aut districtualis Perusinus seu forensis vel alia quecumque persona cuiuscumque status vel conditionis existat possit audeat vel presumat per se vel alium quovis colore quesito extrahere seu extrahi facere extra comitatum seu districtum Perusii aliquam quantitatem ordei spelte menutorum leguminum vel alterius cuiuscumque bladi sine licentia offitialium abundantie sub pena cuilibet contrafacienti auferenda viginti quinque florenorum de auro pro quolibet corbe usque in quinque corbes et pena prout capiet ab inde infra et a quinque corbibus usque ad decem sub pena

De pena extrahentis ... comitatu ...

Quinquaginta florenorum

quinquaginta florenorum de auro pro qualibet corba. Et ipso facto perdat et perdere debeat salmas et bestias. — Et si dictam penam seu penas non solveret infra mensem a die erroris commissi seu condempnationis, quod talis pena dupliciter et duplicari debeat et stare in carceribus quousque ipsam non solverit. — Si vero contra fecerit vel contrahi faceret a decem corbibus supra quod eidem pes dexter debeat amputari. Et nichilominus solvere debeat nomine pene centum florenorum de auro et remanere debeat in carceribus quousque solverit pene predicte quantitatem aliquo non obstante. —/

De pena contrahentis vinum de comitatu seu districtu Pisarum

523 Quicumque civis comitatensis seu districtualis Pisanus seu forensis vel alia quecumque persona cuiuscumque status dignitatis vel conditionis existat per se vel alium directe vel indirecte quocumque aut qualicumque audeat seu presumeret contrahere seu contrahi facere aliquam quantitatem vini de comitatu seu districtu Pisarum sine licentia officialium abundantie quo ipso facto incidat in penam et solvere debeat quinque florenorum pro qualibet salma vini. — Et nichilominus perdat salmam et bestiam. Et si minus esset una salma solvat et solvere teneatur et debeat nomine pene ad dictam rationem prout contraxerit (?) et extimabit. — Predicta tamen non vendicent sibi locum in eo qui contraheret seu contrahi faceret usque in quinque pecietos (?) vini seu aliquam quantitatem (?) que cuilibet liceat unicuique impune et sine licentia contrahere et contrahi facere aliquo non obstante

De pena contrahentis oleum de comitatu seu districtu Pisarum

524 Nullus civis comitatensis seu districtualis Pisanus vel alia quecumque persona cuiuscumque gradus status vel dignitatis existat possit audeat vel presumat per se vel alium directe vel indirecte quovis colore quesito contrahere seu contrahi facere de comitatu seu districtu Pisarum aliquam quantitatem olei sine expressa licentia officialium abundantie sub pena decem soldorum pro qualibet libra olei usque ad decem libras et a decem libris supra usque ad triginta solvat viginti soldos pro qualibet libra olei et a triginta libris supra solvat et solvere debeat pro quolibet mediolino olei florenorum decem de auro et perdat salmam et bestiam. — Et si dictam penam non solverit infra triginta dies a die erroris commissi seu condempnationis facte ipso facto debeat per platheam et loca solita fustigari et nichilominus remanere debeat in carceribus quousque solverit dictam penam. — Pena autem fustigationis non vendicet sibi locum in eo qui ab uno mediolino olei infra contraheret seu contrahi faceret quoquo modo. — Verumtamen (?) predicta omnia seu aliqua eorum non vendicent sibi locum in illis qui portaret de comitatu Pisarum seu transirent per civitatem et comitatum Pisarum cum alio forensi seu empto de comitatu Pisarum probando per instrumentum publicum emptionis vel per apodixam alicuius padagii soluti pro eo de comitatu seu districtu Pisarum. quod oleum extra (?) liceat libere et impune cum apodixa soluta in gabella seu padagio debito per formam ordinamentorum communis Pisarum in dicta gabella padagii civitatis et comitatus Pisarum aliquo non obstante. —/

De pena contrahentium carnes salitas lardum seu grassia de comitatu seu districtu Pisarum

525 Quicumque civis vel comitatensis seu districtualis Pisanus forensis vel alia quecumque persona cuiuscumque status conditionis vel dignitatis existat audeat vel presumeret per se vel alium directe vel indirecte vel quovis colore quesito extrahere seu extrahi facere de comitatu seu districtu Pisarum aliquam quantitatem carnium salitarum lardi grassie seu sepi a quinquaginta (?) libris supra ad ducentas libras sine licentia officialium abundantie solvat et solvere teneatur et debeat nomine pene decem solidos pro qualibet libra. Et si fuerit a ducentis libris supra solvat et solvere debeat dictam penam ad dictam rationem et salmam et bestiam perdat. Et si dictam penam non solveret in decem diebus a die erroris commissi vel condempnationis facte quod talis pena duplicetur et duplicari debeat et solvi ipso facto aliquo non obstante. —/

De pena extrahentium bestias extra comitatum seu districtum Perusii

526

Nullus civis comitatensis seu districtualis Perusinus forensis vel alia quecumque persona cuiuscumque conditionis status vel dignitatis existat possit audeat vel presumat per se vel alium directe vel indirecte vel quovis colore quesito extrahere seu extrahi facere extra comitatum seu districtum Perusii aliquam bestiam bovinam bufalinam porcinam castratinam seu pecudinam aut caprinam sine licentia emptorum seu offitialium emptionis carnium et offitialium abundantie sub pena viginti quinque librarum denariorum pro qualibet bestia et vice qualibet. Et nichilominus bestiam seu bestias perdere debeat. Salvo quod si quis extraheret seu extrahi faceret aliquos boves extra comitatum seu districtum Perusii sine licentia dominorum priorum et camerariorum artium civitatis Perusii quod pro quolibet pari bovum solvat et solvere debeat quinquaginta libras denariorum et boves perdat. Et si dictam condempnationem non solverit infra triginta dies a die certo [illegible] commissi seu condempnationis quod pes dexter sibi debeat amputari. Et nichilominus boves perdat et stare debeat in carceribus quousque dictam condempnationem solverit. Salvo quod predicta que de bobus dicta sunt non vendicent sibi locum in illis qui boves duceret de extra comitatum seu districtum Perusii et ad dictam civitatem veniret seu cum ipsis per comitatum seu districtum Perusii transiret. Facta tamen debita solutione gabelle emptoribus seu offitialibus emptionis carnium secundum formam ordinamentorum dictorum emptionis. Et factis probationibus quod ipsos boves duxerunt de extra comitatum vel districtum Perusii [illegible] per apodixam solutionis alicuius pedagii vel gabelle [illegible] extra comitatum vel districtum Perusii quoquo modo quo cum libere et impune transire liceat cum eisdem sine licentia dominorum priorum et camerariorum aliquo non obstante.

De pena facientium aliquod pactum cum extrahentibus granum bladum vel aliquod aliud [illegible] et offitialibus qui debent

527

De obviando usuriis et fraudibus malignorum et simoniace pravitatis presenti capitulo duximus statuendum. Quod si quis ex offitialibus seu custodibus deputatis seu deputandis per comitatum seu districtum Perusii super ductu granorum bladi farine victualium quorumcumque bestiarum vel alia quecumque persona cuiuscumque conditionis existat tante presumptionis seu temeritatis existeret quod vel quo modo aliquo seu forma publice vel occulte vel quovis colore quesito quocumque aut qualitercumque fecerit seu faceret aliquod pactum conventionem seu compositionem aliquam cum aliqua persona ex mittentis seu mittendis portare seu portari facere aliquod predictorum vel victum extra comitatum seu districtum Perusii contra seu preter formam presentium statutorum seu alicuius eorum seu captum relapsaret seu recompenseret seu animalia vel salinas vel aliquod aliud contra dictam formam ex ipso facto ad petitionem offitialium abundantie sine aliquo processu vel condempnatione per quemlibet offitialem comunis Perusii requisitum solum [illegible] dictis et presentatione tamen offitialium abundantie concorditer asserentium que assertio [illegible] debeat pro plenissima probatione. Et nichilominus [illegible] debeat [illegible] manus dextra debeat amputari et etiam lingua ita quod ullo tempore loqui non valeat ullo modo. Et nichilominus nomine pene solvere teneatur et debeat comuni Perusii quinquaginta libras denariorum. Et in carceribus comunis Perusii tamdiu debeat remanere quousque dictam quantitatem solverit cum effectu. Et de predictis quilibet possit esse accusator et habeat et habere debeat dimidiam dicte pene vel illius quantitatis que quolibet venerit in comune. Et dominus potestas et capitaneus et quilibet alius offitialis requisitus possit et debeat super hiis de facto executionem facere eo ipso sub pena v c librarum aliquo non obstante.

Quod superstites [illegible] sindici [illegible] emptiones [illegible] de [illegible] mendaci

528

Cum sepe numero contingit offitiales seu custodes super deveto et etiam alias personas euntes contra devetum et dum tales ducunt victualia seu salmas per comitatem seu alios ducere impediant et per violentia de eorum manibus eripiantur sic capti et etiam cum comitatensis seu homines castrorum seu locorum dicti comitatus tales transeuntes contra devetum seu contra continentiam presentium statutorum tacite et sine contradictione aliqua transire permittant et talia per castra et communitates substinentur et receptantur nostro consilio seu favore ad removendum talia et fraudibus obviandum. Statuimus quod potestas castellani vicarii et sindici cuiuscumque castri ville seu loci per cuius territorium seu districtum aliquis transiret contra devetum cum aliquo predictorum teneantur et debeant infra quatuor dies postquam talia vel aliquid ipsorum commisse fuerit denumptiare dominis potestati capitaneo et maiori sindico et offitialibus abundantie civitatis pisarum sub pena XXV librarum denariorum et vice qualibet pro quolibet contrafaciente potestate castellano et vicario negligente seu contrafaciente et pro qualibet vice contrafaciente alicuius castri centum librarum et communitate alicuius ville quinquaginta librarum. Et nichilominus quelibet comunis castri seu ville dicti comitatus in cuius territorio seu districtu aliquid predictorum exertum est per aliquem seu aliquos ab offitialibus seu custodibus vel aliis capientibus aliquem vel aliqua contra devetum euntem vel ducta ut supra et predicta volentibus talia offitialibus abundantie emendare infra dictum terminum quatuor dierum omnia et singula ut supra exerta vel ablata secundum extimationem eorum et denumptiantium qui talia commisisset sub dictis penis et emendatione predicta aliquo non obstante.

De pena extrahentis granum seu victualia de aliquo loco comitatus pisarum sine licentia

529

Ad abundantiam consumendam in civitate et comitatu pisarum duximus statuendum quod nullus civis comitatensis seu pisanus forensis vel alia quecumque persona cuiuscumque gradus existens vel conditionis existat per se vel alium directe vel indirecte possit audeat vel presumat extrahere seu extrahi facere de aliquo castro seu loco comitatus pisarum causa portandi seu portari faciendi ad aliquod aliud castrum seu locum dicti comitatus seu districtus pisarum sine expressa licentia et bullettino offitialium abundantie aliquam quantitatem grani bladi leguminum vini olei vel aliqua alia victualia sub pena quinquaginta librarum denariorum a contrafaciente quolibet auferendum. Et nichilominus quilibet esse possit accusator et habeat quartam partem totius pene que veneret in comune. Salvo quod predicta non vendicent sibi locum in illis qui extraheret granum vel aliud genus bladi et portaret ad molendinum in comitatu causa molendi dum tamen starent intra comitatum et non extra comitatum pisarum et cum licentia et bollettino emptorum seu offitialium gabelle macinatus seu potestatis castellani vicarii seu sindici castri seu loci unde extraheret dictum granum seu bladum et assignandi et referendi farinam unde granum seu bladum extraxerat. Et etiam non vendicent sibi locum in civibus seu aliis personis habitantibus in civitate burgis seu subburgis pisarum qui extraheret seu extrahi facerent aliquod genus bladi farine seu victualium de aliquo castro vel loco dicti comitatus cum licentia potestatis castellani vicarii seu sindici castri vel ville unde extraheret seu extrahi faceret seu cum licentia offitialium abundantie et tala reduceret seu reduci faceret ad civitatem burgos et subburgos pisarum et assignaret offitialibus abundantie ante dictis aliquo quod loqueretur in contrarium non obstante.

De pena accipientium bolletinum in fraudem

530

Si quis cuiuscumque gradus status seu conditionis existat auderet vel presumeret accipere aliquod bolletinum causa portandi seu portari faciendi granum farinam bladum vel aliquod aliud genus seu speciem leguminum seu victualium ad aliquem locum et ad alium portaret quam ad locum in talibus bolettino descriptum vel ad aliquem locum extra civitatem pisarum vel ad aliquem locum in comitatu seu districtu pisarum existentem ipso facto et vice qualibet incidat in penam vigintiquinque librarum denariorum qua fuerit quolibet contrafaciente. Et quilibet possit esse accusator.

et habeat quartam partem eius quod venerit in commune aliquo non obstante. //

De pena capientium cives vel districtuales.

531 Ad hoc ut sub obtemptu comodum quilibet reddatur vigilantior ad custodiam districtus disponimus statuendo quod quicumque officialis custos seu alia quecumque persona caperet seu capi faceret aliquem seu aliquos cives ex comitatu seu districtu prusii cum grano farina blado legumine seu minuto aut cum vino oleo carnibus lardo grassia aut aliquo alio genere seu specie victualium contra seu preter formam et continentiam presentium statutorum seu caperet seu capi faceret aut alia salmas vel aliqua predictorum et presentaverit coram officialibus abundantie dicti communis quod habeat et habere possit et debeat dimidiam omnium penarum que solverentur in dicto prusio. Et etiam aut aliorum bonorum et rerum seu victualium que presentaretur coram officialibus ante dictis que quidem dimidia partis solvi debeat per massarios communis prusii secundum formam statutorum de tali materia disponentium aliquo non obstante. /

De premio accusantis aliquem civem vel districtualem.

532 Et quis aliquem contra districtum civem accusaret coram potestate capitaneo vel officialibus abundantie et occasione talis accusationis fuerit accusatus et in aliquo condepnatus habeat et habere debeat quartam partem totius eius quod venerit in commune. Et quod massarii communis prusii possint et debeant eidem accusanti solvere dictam solutionem facta dicta accusatione et condepnatione predicta dictam quartam partem quam capiet et sumabit sine alio decreto vel mandato. //

Quod cuilibet sit licitum capere cives et districtuales extra districtum et quod contra non possit procedi nec compositio fieri.

533 Decernimus quod cuilibet sit licitum et permissum libere licite et impune arestare capere vel detinere quoscumque cives contra districtum cum aliquo genere seu specie granorum farine bladi vel aliarum rerum vel victualium aut victualium contra seu preter formam presentium statutorum et ipsos presentare coram domino potestate seu capitaneo predictis et officialibus abundantie. // Salvo quod nulli de baptinto seu de suo comitato communis prusii sit licitum ducere aliquem prusinum per ea submictere possit et inde facere seu presentare dictis officialibus vel aliorum corum prout superius continetur. // Et quia interdum contingit quod euntes contra districtum sine offensione capi nequeunt. Et etiam ipsi aut non capiantur capere eos volentes in tantum offendere decernentes quod magistratus officiales seu custodes vel alia quecumque persona offenderet aliquem seu aliquos cives contra districtum si mictereretur defendere in illo tempore actu tantum seu qui fugeret caperetur quod sit licitum et permissum cuilibet eos possit quocumque modo libere et impune offendere cum armis vel sine armis et etiam cum sanguinis effusione vel morte. // Et predicta vendicant sibi locum in illis et contra illos qui granum contraherent farinam bladum seu vinum. =

Illi vero qui contraherent aliquod aliud supellex contra formam dictorum statutorum possint impune offendi non tamen occidi. =

Decernentes et statuentes quod contra huiusmodi offensores procedi seu cognosci non possit per aliquem officialem communis prusii. = Nec etiam per sindicos comitatus de compositione. = Et si cognosceretur procederetur vel compositio fieret quod ipsum fuerit non teneat ipso iure et nichilominus incidat in penam quingentarum librarum denariorum pro vice qualibet. =

Et nichilominus cuilibet officiali quoad predicta sit exempte adempta cognitio iurisdictio et facultas quecumque tam in compositionibus procedendi puniendi cognoscendi quam alio quocumque actu aliquo capitulo statutorum seu ordinamentorum communis prusii quod loqueretur in contrarium non obstante.

Qualiter quis intelligatur contrahere aliquid preter districtum.

534 Ad omnem dubitationem tollendam in omnibus quibuslibet districtus et pro abundantia

conservanda duximus statuendum quod quotiens
cumque casus aliquis emergeret dubitatione
aliqua dignus an quis repertus sit aliquid
portasse vel portari fecisse vel quod aliquid
commisisse contra ductum seu contra continentiam
presentium statutorum vel alterius eorum quod domini priores
artium et offitiales abundantie qui
pro tempore fuerint habeant et habere intelligantur
arbitrium iurisdictionem et potestatem plenam
eam declarandi super quolibet casu dubie-
tatem aliquam habente prout et sicut eorum di-
scretio iudicabit et quod eorum declarationi
obtempto tamen partito inter eos ad secretum scru-
tinium ad bussolas et fabas ad minus
per duas partes super uno quoque casu stetur
et stari debeat in omnibus et singulis prout
et sicut per dictos dominos priores et offitiales
abundantie fuerit declaratum. — Et sic per
quoslibet offitiales comunis possit et debeat
in omnibus et singulis observari et observatur
omni exceptione remota. — Declarantes
expresse super uno quoque casu qui eis steterit
quolibet in futurum omne id et totum quod
declaratum fuerit per dominos priores et offitia-
les abundantie omni vice pro statuto in
libris haberi valeat et teneatur aliquo
non obstante. — Item quod sindici castro-
rum et villarum teneantur et debeant denump-
tiare coram offitialibus forensibus omnes contra-
facientes ductum prout tenentur de maleficiis
facere sub similibus penis./

De pena ementis granum vel aliud bladum in civitate sine licentia offitialium abundantie. 535

Nullus civis comitatensis forensis vel cuius-
cumque alterius persone cuiuscumque condic-
tionis vel dignitatis existat sit habita-
tor vel permissum in civitate vel comitatu
perusii emere seu emi facere in civitate predicta
sine expressa licentia et bolletino offitia-
lium abundantie aliquam quantitatem grani seu
bladi ordei seu speltie nisi usque in quanti-
tatem trium corbium pro eius necessitate seu
vita sub pena decem librarum denariorum pro qualibet
corbe emptori venditori a tribus corbibus
usque in decem et a decem corbibus supra
sub pena centum librarum denariorum pro qualibet cor-
be. — Et quilibet possit esse accusator
et habeat quartam partem pene que veneret

quolibet in comune aliquo non obstante./

Quod domini priores artium et offitiales abundantie possint penas absolvere et modificare./ 536

Verum secundum temporum et personarum
qualitates et rerum medium oportet de
positione variare. Statuimus quod domini
priores artium civitatis perusii ad minus septem in con-
cordia una cum offitialibus abundantie qui
pro tempore fuerint obtempto tamen partito super uno quoque
casu inter dictos dominos priores et offitiales abundan-
tie ad secretum scrutinium ad bussolas et fabas
albas et nigras saltem per duas partes habeant
et habere intelligantur arbitrium et potestatem et
iurisdictionem plenariam temporum personarum et
facti qualitate pensata omnes et singulas penas
in capitulis presentium statutorum contentis circa facta
abundantie seu ductus modificandi seu dimi-
nuendi et etiam de facto quoslibet absolvendi
eo modo et forma prout et sicut cognoverit quolibet
opportunum non obstantibus quibuscumque capitulis
statutorum vel ordinamentorum quolibet in contra-
rium disponentibus quoque modo. // Salvo quod
si quis fuerit semel condempnatus pretextu vel ali-
cuius eorum statutorum in presenti volumine contentorum certam
penam vel in et de novo inciderit in aliqua
penam pretextu vel alicuius eorum occasione vel
causa quod in eius favore nulla modificatio
fieri possit seu debeat aut absolutio quo-
quo iure modo et si fieret non valeat ullo
modo sed facientes ipso facto incidant in penam
quingentarum librarum denariorum. — Et nunc dimittimus
tes modificantes et absolventes dicta tri-for-
ma servata et omnia et singula statuentes que
per ipsos dominos priores et offitiales abundantie
temporis vel circa ea facta fuerit quoquo
modo seu aliquo tempore aliquo quod loquetur
in contrarium non obstante. //

De executionibus faciendis per quoslibet offitiales comunis perusii super ordinibus in materia abundantie. 537

Ad hoc ut abundantia construetur et
quolibet errantes sicut congruit pu-
niantur. Duximus statuendum quod dominus
potestas et capitaneus populi et maior sindicus
et quilibet alius offitialis comunis perusii possit
teneatur et debeat de facto supradicta statuta et

quodlibet ipsorum observare et exequi et executioni
mandare ad petitionem offitialium abundantie
vel alterius eorumque petentis omni tempore et condep-
nationes ferre de facto sine strepitu et figu-
ra iudicii et sine aliquo processu prout et sicut
noverit convenire contra quoscumque quolibet
oberrantes vel quolibet delinquentes temporibus vel
circa ea vel aliquo ipsorum. — Et condepnationes
solum facere massariis comunis perusii pro dicto comuni
recipiendi nec non assistere offitialibus abu-
ndantie et dare consilium auxilium vel favorem
dictis offitialibus abundantie eo modo et forma
prout et sicut fuerit requisitus contra quoscumque.
Etiam pro executione eorum offitii prout et sicut
fuerit quolibet opportunum. // Et si potestas
capitaneus et maior sindicus vel alius offi-
tialis dicti comunis negligentiam aliquam commisis-
set pro tempore suo quolibet negligens seu remissus
incidat in penam quingentarum librarum de suo sa-
lario vice qualibet retinendarum et auferendarum
eius tempore sindicatus ad instantiam cuiuscumque.
Et ad hoc ut offitiales ipsi reddantur ferven-
tiores circa executiones quaslibet faciendas
de criminibus quod de omni eo et toto quod venire fa-
cerent in comune quacumque quoquo modo etenim
de hiis que commissione suam offitialium
vel familie ipsius venerit quolibet in dictum
comune habeant et habere debeant quartam partem
a massariis comunis perusii sine alio decreto vel
mandato aliquo non obstante.

De pena offitialis liberantis aliquem inventum contra decretum vel qui aliquid fecisset vel faceret contra formam presentium statutorum

538

[C]um mala consuetudine sit inductum
quod sepenumero portatione armorum
vel aliis modis inventi aliquid por-
tare seu facere contra decretum ab offitia-
libus liberantur ut talia non committantur
in posterum presenti capitulo duximus statuen-
dum quod si contingat in futurum aliquem inve-
niri in veritate aliquid portasse vel aliud
fecisse contra seu preter formam capitulorum presentium
statutorum et fuisse captum et presentatum alicui
offitiali comunis perusii vel accusatum seu denun-
tiatum. Et potestas capitaneus maior sin-
dicus seu offitiales abundantie vel alius
offitialis dicti comunis talem deliberationem dederit
seu impunitum dimiserit contra seu preter formam
presentium statutorum quod ipso facto incidat in illam et
eandem penam in quam talis liberatus vel
dimissus seu relapsatus quolibet incidisset
et ipsam penam solvere teneatur, debeat
et etiam ultra dictam penam quingentas
libras denariorum pro quolibet et vice qualibet
auferendas de salario eiusque eius tempore sin-
dicatus. Et quilibet et possit accusator
et habeat quartam partem eius quod venerit
in comune aliquo non obstante.

[i]casibus
Quod in casibus in quibus [illegible] presentium statutorum pena declarata non est recurratur ad formam aliorum statutorum seu de similibus ad similia

[C]um quolibet anno quolibet enim prodeatur
fraus per novas fraudes quas mor-
talium sagacitas assidua malignan- 539
te malitia possit ab initio comprehendere domino
dante [illegible] grave et sic pro qualitate cuiusque
penas committentis determinare. Ideo duximus
statuendum quod si contingerit in futurum
cuique aliquem contravenire et penam in spe-
tie non esse impositam per formam presentium statutorum
vel sui quorum vigore punitio fieri debet
in tali casu quod tunc et eo casu dominus potestas
capitaneus prefatus et maior sindicus et cuilibet alii
offitiali dicti comunis coram quo talis
casus esset vel qui deberet cognoscere seu
condepnare occasione seu causa decreti
seu abundantie sit licitum et
permissum recurrere ad dispositionem aliorum
statutorum comunis perusii de tali materia quolibet
disponentium et ubi statuta non disponerent
procedere de similibus ad similia prout et
sicut facti et persone qualitate perspecta viderit
expedire ut errantes semper impuniti non
valeant gloriari. aliquo non obstante.

Quod condepnationes omnes que fient occasione decreti seu abundantie deveniant ad cameram massariorum et non ad aliam cameram [illegible]

[C]um sit consonum rationi ut ex quo
omnes condepnationes que fiunt per 540
offitiales comunis perusii mallefitiorum vel de-
lictis deveniant ad cameram massariorum. Sic
condepnationes que fient in posterum ratione
decreti seu abundantie ad cameram camerariorum
massariorum debeant pervenire et ut punitio
fiat efficatior contra quoslibet delinquentes
quacumque quoquo modo presenti capitulo duximus
statuendum quod deinceps omnes et singule pene
que quocumque aut qualitercumque solum

deberent occasione vel causa contentorum in presenti vo-
lumine statutorum vel per eorum seu alicuius eorum exige-
ntiam seu tenorem quocumque aut qualitercumque
solvantur et solvi debeant Camere Massario-
rum communis predicti et ipsius massariis et ca-
merariis recipientibus et ad ipsam cameram et
massarios et non ad aliquam aliam seu
aliquos alios offitiales dicti communis possit
vel debeant pervenire. Et si alicui vel aliis
solverentur solutio ipso iure non teneat
et solvens nichilominus adimpletatur et ha-
beretur. Et si offitiales executionem ali-
quam facientes tales penas vel earum
aliqua aliis vel alteri solvi facerent seu
mandarent ipso facto incidant vice qua-
libet et quilibet contrafaciens in pena
quingentarum librarum denariorum aliquo quod dica-
retur in contrarium et maxime quod pene
solvi deberent camere seu offitialibus
abundantie vel aliquo alio quod loqueren-
tur disponeret quolibet non obstante.

De pecuniis camere abundantie

541 Offitiales abundantie qui pro tempore
fuerint sine alio decreto vel man-
dato possint teneantur et debeant
facere suprascriptas fieri ipsis scribis introitus et exitus
et singula pagamenta et solutiones con-
iunctas et rationibus offitii eorum etiam exige-
ntiam ipsorum camerariorum de quibuscumque quan-
titatibus florenorum pecuniarum granorum seu bladi
ad eorum manus quolibet pervenientis
prout et sicut inferius declaratur libere
licite et impune.

De pecunia expendenda in emptione granorum bladi etc.

542 De pecuniis quas offitiales abundantie
possint et eis liceat libere licite
et impune expendere de quantitatibus
pecunie dicti communis que quolibet perve-
nit seu pervenerit ad eorum manus pro emp-
tione granorum bladi et aliorum quorumcumque
victualium pro abundantia conservanda in
civitate et comitatu predictis et etiam pro vectu-
ris pedagiis et gabellis opportunis pro
reducendo seu reduci faciendo ad civitatem
predictam granum seu bladum quolibet et
omne genus victualium emptum omnes

expensatem florenorum seu pecunie quolibet opportunam
sine aliquo alio decreto vel mandato.

De expensa facienda pro equis emendis et tenendis occasione exercitii offitii abundantie. 543

Item quod offitiales abundantie possint et eis
liceat libere licite et impune pro exer-
citio eorum offitii de quacumque pecunia
communis predicti emere seu emi facere unum vel duos
equos vel roncenos prout putaverint oppor-
tunum quos equos seu roncenos pro eorum
tenere quos possint retinere continue seu tem-
poraliter sicut putaverint opus esse et pro quo-
libet mense pro victu cuiuslibet equi seu ron-
cini de ordeo et spelta communis predicti dare et
expendere usque in medium corbem ordei et me-
dium corbem spelte. Et ferratura quolibet
et aliis opportunis de pecunia dicti communis ex-
pendere usque in unum florenum de auro pro quo-
libet eorum et mense quolibet. Ita tamen
et hoc expresse restricto et salvo quod dicti
offitiales non possint vel debeant quoquo
modo directe vel indirecte dictos equos seu
roncenos vel alterum eorum alicui vel alii
cuicumque persone commodare seu accomodare nisi
dumtaxat pro exercitio offitii ipsorum. Et si offitiales equos
vel eorum alterum seu roncenos alicui accomodarent
seu commodarent quotiens quilibet incidat in penam
quingentarum librarum denariorum. Et nichilominus si dictus
equus seu roncenus moreretur seu efficeretur
inutilis per eorum dampno et periculo stetisse debeat
et non dampno seu periculo aut expensis communis predicti
quoquo modo aliquo non obstante.

Quod dicti rectores artium possint ab offitialibus abundantie viginti corbes granorum pro tempore bimestralis adrationem trium florenorum pro quolibet corbe. 544

De publicatione expensarum offitii cuiuslibet
corporatus sicut congruit intendentes et
ne pretextu imminentis seu insurgentis in
futurum carestie eis detur materia extraordina-
riis modis additiones eorum salariis exponere
quoquo modo presenti capitulo duximus statuendum
quod offitiales abundantie qui pro tempore fuerint libere
licite et impune possint et debeant de grano
dicti communis dare et mensurare facere cuilibet offi-
tio corporatus artium civitatis predicte ad requisitionem
et beneplacitum rectorum ipsorum artium civitatis predicte
pro tempore existentium pro tempore bimestralis usque in quantita-
tem viginti corbium granorum boni et puri
inclusive adrationem et pretio trium florenorum de auro
pro quolibet corbe dandi et mensurari faciendi

dictam quantitatem grani pro dicto pretio sine aliquo alio pre-
cepto vel mandato ad omnem ipsorum requisitionem
sub pena quingentarum librarum denariorum pro dicto qualibet

De grano et expensa danda dominis potestati capitaneo populi et maiori sindico.

545 Item ipsi offitiales abundantie possint te-
neantur et debeant sine alio precepto vel
mandato solum visa electione dominorum
potestatis capitanei populi maioris sindici et iudicis
iustitie civitatis Perusii vel alicuius eorum de grano
dicti communis dare et mensurare facere cuilibet
ipsorum qui pro tempore fuerit petentibus ad eorum et
cuiuslibet eorum beneplacitum pro tempore semestrali
inclusive usque in quantitatem quadraginta cor-
bium grani boni et puri ad rationem et pretio
trium florenorum de auro pro qualibet corbe non
obstante quod granum pro tempore plus valeret sub
pena quingentarum librarum aliquo non obstante.

Expensa danda dominis potestati capitaneo et maiori sindico

546 Item quod offitiales abundantie possint
teneantur et debeant sine alio precepto
vel mandato de expensa communis Perusii dare
et mensurari facere pro tempore semestrali sine
alio precepto vel mercede sed gratis cuilibet
potestati capitaneo populi et maiori sindico qui
pro tempore fuerit solum visa eorum electione
quadraginta corbes expelte sub pena V librarum
denariorum aliquo non obstante.

De grano dando monialibus sancte Marie Magdalene porte sancti Petri.

547 Item dent et mensurari faciant sine
aliquo pretio ex dono amore dei mona-
sterio et conventui monialium sancte Marie
Magdalene de porta sancti Petri anno quolibet
decem corbes grani videlicet quinque corbes grani in
festo nativitatis domini nostri Yhesu Christi et quinque
corbes grani in festo pascatis resurrectionis
domini nostri Yhesu Christi aliquo quod loqueretur in
contrarium non obstante.

De grano dando cancellario communis Perusii et abreviatori reformationum dicti communis

548 Item dicti offitiales abundantie sine
alio precepto vel mandato teneantur
et debeant de grano dicti communis bono
et puro dare et mensurare et mensurari facere

cancellario communis Perusii ad eius petitionem
anno quolibet sex corbes grani et similiter
abreviatori reformationum dicti communis sex cor-
bes grani ad eius petitionem pretio unius
videlicet quod in quantum corbis grani sit valoris
duorum florenorum inclusive vel abinde supra
ut sic contra vendatur in platea civitatis
Perusii vel per ipsos offitiales de grano communis
et solvant et solvere debeant dimidia
valoris et pretii dicti grani quod tunc ascenderet
et stimabitur in quantum vero valor fuerit a duobus
supra. Si vero fuerit valoris a duobus
florenorum infra solvere debeant ad rationem
XL soldorum pro qualibet emina grani. Et
quod offitiales qui pro tempore fuerint teneantur
et debeant omni tempore sub pena V librarum grani
quantitatem ipsis et utrique eorum ad rationem predictam
semper continere sicut de dicti cancellarii seu
abreviatoris processerit voluntate. Et decerni-
tes in ipsis invenerimus eisdem de anno in-
ante dictam quantitatem sumpsit pro dimidia va-
loris et pretii grani ab offitialibus abundan-
tie dicti communis aliquo non obstante.

De grano dando fratribus sancte Marie servorum

549 Item dicti offitiales abundantie dent
et mensurari faciant sine aliquo pretio
ex dono amore dei capitulo et conventui
fratrum sancte Marie servorum pro capella sancti Ho-
nofrii sita in domibus eorum offitianda sex
corbes grani anno quolibet. Et similiter (de fratribus sancti Dominici)
granum debitum fratribus sancti Dominici ut
apparet in eorum ordine

De victualibus dandis in expensis communis Perusii vel in alia loca

550 Dolentes futuris castris quibus licet quos
tamen divina clementia dignetur avertere
presenti capitulo duximus statuendum
quod quotienscumque contigerit communi Perusii
seu tenere exercitum alicubi quo quo modo
seu partem gentium dicti communis vel opus
fuerit pro defensione et manutentione alicuius
civitatis terre fortilitii seu castri de victua-
libus destinare quod offitiales abundantie
qui pro tempore fuerint precedente deliberatione
et declaratione dominorum priorum et camerariorum

(margin, cut off at the edge of the facing page:) … et ordeo … pro honorandis … dominis seu …

artium qui pro tempore fuerint seu offitialium si ec
contigerit huiusmodi offitium aliquo adve
niente casu possint teneantur et debeant
de grano farina pane ordeo spelta vi
no aceto carnibus et aliis quibuscumque
victualibus et in quacumque quantitate mittere
et mictti facere in campum seu exercitum
dicti comunis seu ad eiusdem gentes ubicumque
fuerint Et etiam ad quecumque et quascumque
terras castra loca fortilitia Civitates seu terras
in ea summa et eo modo et forma prout
et sicut fuerit quolibet provisum seu
deliberatum et etiam exspendere occasione
seu causa emptionis delationis seu re
ductionis eorum que dirigeretur et eorum
gubernationis omnem quantitatem florenorum seu
pecunie que super ipsa fuerit per dictos dominos
priores et camerarios seu offitiales super
guerra aut huiusmodi offitiales pro tempore
existentes quolibet declarata aliquo quod dictis
quereretur in contrarium non obstante ./

et ordeo seu spelta dandis
pro honorandis spectabilibus
dominis seu viris.

551

Cum sepe contingat ad civitatem
perusii venire reverendissimos dominos
cardinales et alios prelatos necnon
illustres dominos et alios spectabiles viros
quibus pro honore et magnificentia comunis perusii
decens et dignum sit largitiones et ex
senia facere inter cetera de ordeo seu spel
ta ut quotiens aliquis casus consurgat
talis largitio fieri possit dirivimus sta
tuendum Quod offitiales abundantie qui
pro tempore fuerint quotiens cumque talis casus
consurgat precedente tamen declaratione
et deliberatione dominorum priorum et camera
riorum qui pro tempore fuerint et obtento parti
to ad minus per duas partes ad bussu
lum et fabas albas et nigras possint
teneantur et debeant dare et mensurare
et mensurari facere de ordeo et spelta
dicti comunis vel altero eorum occasione
predicta illis personis et in illa quantitate et
summa solum de qua tali provisione seu
declaratione prout et sicut per dictos dominos
priores et camerarios fuerit quolibet provisum
seu declaratum Ita tamen quod talis decla
ratio in spetie sine remissione aliqua de
clarationis faciende per aliquem seu aliquos

fiat et fieri possit et debeat prout consilium et in consilio
dominorum priorum et camerariorum et non aliter vel alio
quoquo modo Et si secus fieret non valeat ipso
iure aliquo quod dicitur quereretur in contrarium
non obstante ./

De pretio grani dandi custodi
fontis platee ./

552

Item quod dicti offitiales abundantie possint
teneantur et debeant solum visa elec
tione facta vel facienda per dominos priores
et offitiales super fonte platee de anno in
annum dare et mensurari facere de grano
dicti comunis tres corbes grani custodi fontis
platee pro eius anno salario tamen electo quod
eligendo ut supra de tempore in tempus retentum tamen
gabella ad rationem duodecim denariorum pro qualibet
libra extimationis dicti grani aliquo non ob
stante ./

De pretio solvendo pro gabella
macinaturae grani seu bladi
eorum perusii./

553

Item offitiales abundantie possint et
eis liceat de quacumque pecunia dicti comunis
que pervenit seu perveniet ad eorum ma
nus pro gabella macinatus de grano seu blado
dicti comunis solvere et expendere omnem quanti
tatem florenorum seu pecunie quolibet oportuna
prout expediet et similiter secundum ordinamenta dicte
gabelle macinatus sine aliquo alio precepto
vel mandato salvo quod dicti camerarius non possit
nec debeat quoquo modo recedere pro corbe grani
summa viginti solidorum denariorum etiam si gabella
macinatus augmentaretur vel aliqua pars
quolibet super adderetur ita quod omni tempore et in
quacumque forma gabella exigatur seu ven
datur solummodo gabella macinatus pro grano
dicti comunis solvi debeat ad rationem viginti
solidorum denariorum pro corbe et non ultra nec aliud
quoquo modo aliquo non obstante ./

De quantitate solvenda custodi
porte clusi pro vectura grani
ad rationem triginta solidorum
pro corbe grani./

554

Item offitiales abundantie qui pro tempore
fuerint possint teneantur et debeant
de pecunia exigenda a comunitatibus
perusinis secundum formam presentium statutorum vel
de alia quacumque pecunia dicti comunis que

pervenit seu perveniet ad eorum manus quolibet sine alio precepto vel mandato cuilibet emptori postarum clusii dare et solvere provisionem triginta soldos denariorum pisanorum pro quolibet corbe grani bladi predicti et dictis officialibus seu famulis pro dictis communis recipientibus mensuratis et pro duobus corbes ordei computare debeant pro uno corbe grani et sic ad dictam rationem triginta solidos solvi possint et debeant prout superius continetur omnes expensas opportunas prout expediet et firmabitur aliquo quod loqueretur in contrarium non obstante.

quam commodius licet consistit in platea seu circa in domo seu loco certo civitatis prius quam presentes fuerit. Cum quedam dicti officiales teneantur et debeant sub pena arbitrio talis ipsorum causa sic expensum declarare domino camerario quam presentes fuerit eo modo et forma prout certum quam presentes fuerit distincte et seriose prout fuerit opportunum quam consilium dominorum priorum et camerarie quam congregabitur post declarationem talis rationis. Ad eorum officiales abundantie quam presentes fuerit exigente aliquo casu quam presentes fuerit opportunam quantitatem pecunie possit opportunam quantitatem expendere et tale expensum seu predictam ad computum ponere prout expediet et firmabitur aliquo non obstante.

Quomodo predicta pertineat ad eos eorum bladi malitia vel ... seu aliis rebus predictis seu predictis dandis vel emptis captivis

555 Verum possit contingere quod dum tamen salvatur omnium removere de generetur quod granum seu bladum emptum seu emendum per officiales abundantie vel alios eorum nomine seu aliqua que pertinent reducenda ad comitatum seu civitate prius vel etiam seu vectuariis aut per mare aqua pro satisfactione pretii seu emptione faciendis metaretur derobaretur vel caperetur vel aliquo fortuito casu auferretur et non esset conformis rationi quod dampnum pertineret ad officiales ipsos quoquo modo dum tamen dolus seu fraus abfuerit mictentium vel missorum premisso capitulo duximus statuendum quod in casu quo aliquis casus contingeret alicui admissionis predicte robarie vel grani bladi aliarum per mare et terram in captionis vel receptionis vel alicuius aliarum captionis vel receptionis vel alicuius eorum pro seu circa dictam abundantiam vel dicta occasione seu causa seu ratione administrationis eiusdem quod omne dampnum periculum et incommodum pertineant et pertinere debeant ad commune predictum dum tamen absque dolo seu culpa ipsorum officialium seu eorum predictorum vel alicuius eorum occasione vel causa seu ferentium aliquorum ipsorum talis robaria seu dampnum admissio seu captura receptio seu predicta pervenerit. Et etiam hoc addito quod ipsi officiales abundantie possint teneantur et debeant in dies addere cuilibet causa nonsiensa? unum quemque casum seriose et distincte

556 Item officiales abundantie possint et eis liceat sine alio precepto vel mandato de quacumque pecunia dicti communis que pervenit seu perveniet ad eorum manus expendere et solvere pro libris carta cera penne et atramento opportunis durante tempore cuiuslibet semestris officii et ad ipsum rationem singulis tale durante officium in quantitatem quadraginta florenorum de auro.

De quantitate solvenda pro libris carta atramento et cera

557 Item dicti officiales abundantie possint libere licite et impune sine alio precepto vel mandato de quacumque pecunia dicti communis pro eorum et cuiuslibet eorum salario retinere et ipsis solvere florenos unum in auro de auro pro quolibet anno pro quolibet eorum sine aliqua solutione gabelle et ad ipsam rationem si pro maiori tempore duraret officium prout expediet et firmabit.

De salario retinendo et solvendis per officiales abundantie pro eorum notariis famulis et nunciis ... officio

Item possint et debeant solvere duobus notariis ipsorum et pro quolibet anno ad rationem trium florenorum in mense et si plus duraret officium ad rationem unius florenorum cum dimidio de auro pro quolibet mense et utrique ipsorum sine aliqua solutione vel retentione gabelle quantitate opportuna

Item duobus famulis pro anno quolibet

possint dare et solvere sine aliqua solutione
seu retentione gabelle florenorum usque in XXXIII
de auro pro utroque eorum et ad ipsam rationem
pro pluri duraret offitium.

Item mensuratoribus usque in numerum trium
pro anno quolibet pro salario cuiuslibet ipsorum
annuo sine solutione gabelle salarium
deliberandum per offitiales abundantie.

Item pro dicto salario possint augmentari
prout dominis prioribus et eorum placuerit con
sideratione labore et qualitate temporis con
siderata.

Quod offitiales abundantie [illegible] post finem eorum [illegible] ad [illegible] non debeant [illegible] eorum [illegible] cum eis [illegible] 558

Quia per ea que temporibus debitis corriguntur
predicto capitulo disponimus statuendo
quod offitiales abundantie comunis predicti
nullatenus vel modo aliquo [illegible] vel
[illegible] quovis iure via seu forma
[illegible] quoque aut qualitercumque per se vel alium
seu alios directe vel indirecte nisi prius
[illegible] post finem eorum offitii exigere seu
exigi facere ab aliquo cive comitatu
vel singulari persona aliquam quantita
tem granorum bladi et aliarum rerum victu
alium vel florenorum vel pecunie vel aliquid
aliud que vel quod deberetur de
camere abundantie quoque iure causa
seu forma et talem exactionem facere
possint dum tenent tempus offitii ipsorum
et durante eorum [illegible]. Et si contrafecerit quis
ipso facto et vice qualibet incidat in penam
quingentarum librarum de facto pro maiore sindicatu
eius auferendarum. Et nichilominus si illis
aliquid contra seu preter dictam formam
[illegible] aliquam nullatenus consti
tuatur occasione talis solutionis in
aliquo quo minus per successores fieri
possit contra eum executio personalis et
si talis solutio non esset facta. Et ut
pretextu prorogationis vel concessionis alicuius
[illegible] statuendum post finem offitii ad
exigendum quod in preteritum fieri sepe
[illegible] consuevit in futurum nichil valeat
[illegible] vel fieri decernimus statuentes

quod priores populi et camerarios vel alios quoscumque
per magistratus civitatis predicte quorum arbitrio
[illegible] nec per aliquem eorum possit vel debeat
quoquo modo iure causa seu forma directe
vel indirecte quocumque aut qualitercumque
[illegible] concedi vel prorogari durante offitio
[illegible] vel post depositum offitium dictis offitialibus
abundantie aliquis terminus ad exigendum
vel exigi faciendum aliquid ab aliquo
debitore dicte camere abundantie contra
seu preter dictam formam sub dicta pena a contra
faciente quolibet et vice qualibet pro maiore
sindicatum auferenda. Et nichilominus quod
[illegible] fieret contra vel preter dictam formam non
teneat ipso iure.

Quod offitiales abundantie et eorum notarii et famuli debeant coram iurare offitium coram dominis prioribus.

Cum iuris iurandi religio sit omnibus observanda cum si contempta fuit [illegible] solu 559
[illegible] non restatur [illegible] predicto capitulo di
cimus statuendum pro observantia omnium sta
tutorum noviter editorum quod offitiales abundan
tie et eorum notarii et famuli possint tene
antur et debeant coram dominis prioribus actu
antequam predicti incipiant offitium
prestare iuramentum in forma debita secun
dum et iurare ad sancta dei evangelia cor
poraliter tacta quod eorum offitium bene
comunis predicti recipientes quod eorum offitium bene
et legaliter facient et fideliter exercebunt iuxta
formam et exigentiam predictorum statutorum et eciam
per eos noviter editorum sub anno domini [illegible]
de mense [illegible] et eorum [illegible] eorum ob
servantiam adimplebunt in hiis et super
hiis que eorum vel alicuius eorum offitium concer
neret vel tangeret quoquo modo vel ad ipsos
offitiales quolibet pertineret seu possent vel
aliqua pertinere per formam talium statutorum
vel alicuius eorum. Et si presumeret contra
dictam formam eorum offitium quolibet exercere quis
ipso facto et vice qualibet incidant in penam
quingentarum librarum denariorum pro quolibet et vice qua
libet de facto pro maiore sindicatum auferenda
aliquo non obstante.

Quod offitiales abundantie notarii famuli famuli mensuratores debeant [illegible] sindicari

Teneantur quod offitiales abundantie 560
eorum notarii famuli mensuratores et
famuli et quilibet ipsorum et omnes

singula per eos et quelibet eorum gesta et administra
ta tempore offitii quoquo modo possint et de
beant diligentissime examinare et sindi
care per maiorem sindicum comunis prout sun
forma statutorum et maxime capitulum de
et super observantia capitulorum omnium contentorum
in presenti volumine statutorum noviter editorum
etiam prout in precedenti capitulo denotatur.
Et in quantum negligentes fuerit seu aliquid
egerit contra seu preter eorum vel alicuius eorum
exigentiam. Quod puniri et condepnari debeant
in penis et prout sicut in ipsis capitulis quo
libet est expressum aliquo non obstante.

camerarii aerarii dicte civitatis ad requisitionem
offitialium abundantie possint teneantur
et debeant alium vel alios loco inobe
dientium seu inobedientis vel remissi
ydoneos aut ydoneum subrogare et eli
gere cum vice vacatione aliquam
non obstante per formam aliquorum statu
torum dicti comunis. Et si dicti domini priores
et camerarii circa predicta et aliqua predictorum
negligentes seu remissi fuerint ipso facto
incidant in penam quingentarum librarum denariorum
pro quolibet et vice qualibet cum effectu
aliquo non obstante.

Quod notarii offitialium abundantie teneantur offitium exercere et parere eorum offitialibus et de eorum subrogatione si negligerent.

561

Et hoc ut pro utilitate publica et executione debita agendorum notarii ad alia offitia cum aliis civibus publicati seu publicandi vel aliter eligendi sicut congruit reddantur vigilantiores circa executionem debitam concernentium eorum offitium et ad parendum in licitis et honestis eorum offitium tangentibus eorum offitialibus prout decet presenti capitulo duximus statuendum. Quod de cetero notarii qui quolibet publicabuntur sive rogabuntur vel aliter eligentur ad offitium offitialium abundantie sub aut cum offitialibus civibus abundantie teneantur et debeant parere efficaciter dictis offitialibus abundantie circa administrationem eorum offitii et in eorum offitium concernentibus debitis et honestis et ad studia vigilantia operari circa exercitium et gestionem offitii et libros ordinate componere et assidue cum introytus et exitus et alia quecumque contingentia in eorum offitio mictere et seriose describere prout decet. Et omnia et singula facere ad que tenetur seu quolibet teneretur circa dictum offitium abundantie ad quod esset aliquis electus publicatus vel sub rogatus. Si negligentia vel pro sua culpa. Et si negligentiam aliquam committeret in premissis vel aliquo premissorum vel non pareret ipsis vel alicui eorum. Quod dicti domini priores

Quod ultra certus numerus statutorum volumine offitiales abundantie non possint ... sine deliberatione dominorum priorum et camerariorum.

562

Et immoderatus exitus fieri nequeant circa administrationem offitii abundantie quoquo modo presenti capitulo duximus statuendum quod offitiales abundantie unius prout per se vel alium directe vel indirecte aut quovis colore quesito quo vis iure modo causa seu forma quocumque aut qualicumque provisionariis famulis officialibus nuntiis mensuratoribus seu ministris aut nuntiis custodibus aut ambasiatis seu commissionibus aut explorationibus vel alia quacumque de causa modo seu forma aliquam quantitatem florenorum pecunie granorum frumenti bladi panis vel aliquorum victualium vel aliquid aliud de bonis rebus seu pecuniis dicti comunis occasione seu causa dicte abundantie vel eius offitii dare concedere permictere seu expendere non possint nec debeant ultra exitus contentos et declaratos in volumine statutorum editorum novitèr de presenti anno domini millesimo [illegible] die ultima mensis martii predicti sine expressa deliberatione dominorum priorum et camerariorum aerarii et declaratione eorum super una quaque expensa. Et super premissis vel aliquorum ipsorum per dictos priores et camerarios qui pro tempore fuerint vel alios magistratus dicte civitatis quovis fungerentur arbitrio etiam ex arbitriis comunis generalis directe vel indirecte vel quovis colore quesito non posset seu deberent committi concedi transferri vel delegari quocumque aut quali

cuiusque alterius arbitrium potestatis seu facul
tas aliqua aut commissio seu remissio
fieri in officiales abundantie vel alias
quascumque personas. Et postremo debeat
ratio et declaratio cuiuslibet capituli predicti
faciende occasione quarumcumque quorumque aut
qualiumcumque ultra contentis in predictis capitulis
statutorum declaratos fieri posse et debere
in consilio et per consilium dominorum priorum et
[illegible] arcium quibus propterea fuerit quotiens
cumque necessitas vel casus aliquis pro
libito pro utilitate publica et prout con
venit [illegible] abundantie vel administra
tione dicti officii flagitaverint obtempera
tione [illegible] ad bussolum et fabas albas
et nigras admittis per duas partes vel
deliberando ad sedendo prout domino priori
qui propterea fuerit videbitur convenire
secundum casum exigentium qualitatem.
Et si secus vel aliter fieret seu factum
fieret fuerit non teneat ipso iure et si
dicti officiales vel alius pro eis aliquid sol
veret expenderet daret seu concede
rent quacumque aut qualitercumque
cuiusque ratione vel in ultra seu contra
vel exigentiam capitulorum vel aliquod eorum
per intelligantur de eorum proprio et non
de pecunia autem seu bonis communis
dedisse solvisse seu concessisse. Et
nichilominus quilibet contra vel
pretus faciens ipso facto et dicte qualitati
incidat in penam mille librarum et super
dictis possint et debeant specialiter sindi
cari aliquo non obstante.

563

Cum retrolapsis temporibus multe
leges provisiones seu regulationes
et hic multa statuta et ordina
menta fuerint edita seu quolibet promul
gata vel facta seu facte pro communi pro
seu magistratus civitatis pertinentia seu spec
tantia ad ordinationem civitatis abunda
tie et introitum et exitum seu exercitium
officium administrationem seu gestionem
officii officialium abundantie seu
eorum pertinentia connexa vel dependentia
ab eodem modo aliquo seu forma que fortassis
presentibus statutis [illegible] sub die [illegible] anno millesimo cccc°
[illegible] mensis martii in aliquo contradiceret seu
obstaret vel aliter disponeret contra seu pre
ter formam seu exigentiam capitulorum statutorum
in ipsis contentorum editorum et omne cessaret
obstaculum et repugnantie contrarietas et quae
libet alia dispositio et dicta statuta noviter
edita veram et efficaciam observationem assequan
tur presentis capitulo decernimus statuendum quod
omnia et singula statuta alia ordinamenta et quae
cumque alie leges provisiones regulationes
reformationes et dicta quecumque quorumque
aut qualitercumque hactenus edita et facta vel
promulgata sub quacumque verborum conceptione appa
reant per commune et populum provisum et que
cumque consilia dicte civitatis seu comune vel pro
et per quoscumque officiales seu magistratus dicte
civitatis quo iure facti erunt arbitrio etiam
[illegible] generalibus vel aliter quoquo modo
[illegible] causa seu forma usque in presentem diem
sub quo dicta statuta noviter edita sunt in
[illegible] in aliquo contradiceret vel obstaret seu
aliter quocumque disponeret sunt et esse intelligantur
[illegible] vigore presentis capituli in omnibus et singulis
et quo ad omnia et singula cassa vana irrita
et nulla et nullius efficacie valoris vel
momenti et ea omnia et quodlibet eorum et
eas et quamlibet eorum penitus et contenta
in eis cassamus irritamus et annullamus
et pro cassis irritis et nullis decernimus et
esse debere nullius valoris efficacie vel mo
menti. Et ut solum dicta statuta noviter
edita et in presenti contenta volumine statutorum
preteris statutis et municipalibus legibus
[illegible] debeant et efficaciter observari ab omni
bus et per omnes [illegible] secundum eorum et cuiusque eorum ca
pituli [illegible] et tenorem non obstante quod publica
[illegible] vel aliter publicata non erunt vel aliqua
foret observata sollempnitas que secundum formam
iuris vel quorumlibet statutorum fuisset qua
libet opportuna. Et quod contra [illegible]
aliquod eorum [illegible] possit dici obici vel oppo
ni sub pena mille librarum denariorum pro quolibet
contrafaciente et vice qualibet per maiorem
sindicum et quemlibet alium officialem [illegible]
coram ipso facto auferenda pena similiter auferenda

dicto officiali si in predictis fuerit negligens vel re-
missus. Decernentes et statuentes predicta sta-
tuta noviter edita servantur et servari debeant
et exequi et observari in omnibus et per omnia ad
omnia perinde ac si expressa et publicata
essent vel alie servate solemnitates que
quolibet requirerentur. Decernentes preterea supra-
dicta statuta in et super castellis nostris premissis et
exigentiam aliquorum capitulorum supradictorum
statutorum debere initium sumere pro principio
ac inicio summaret tempore officii proxime
futurorum officialium dicte [illegible]. Et pre-
dicti in perpetuum possint et debeant obser-
vari et exequi iuxta et secundum eorum et cuiuslibet eorum
exigentia ac tenore. Non obstantibus
quibuscumque legibus statutis ordinatio-
nis regulationibus reformationibus provisioni-
bus seu decretis quibuscumque in contrarium pro-
missis vel aliquorum eorum vel aliter in genere vel
in specie quolibet disponentibus seu loquentibus
quoquo modo etiam si talis essent servari quod
aut de quibus fieri deberet mentio seu derogan-
tio specialis que omnia per specialiter et expresse
derogatur et derogari debeat ex ipso aliquo pro loque-
retur in contrarium quolibet non obstante.

1315

Correctio et additio statutorum circa modum reficiendi sacculos

a 1

Circa refectiones sacculorum co(mun)is perusii ac etiam camerariorum artium dicti Co(mun)is tam p(rese)ntis sacculi q(uam) futurorum additiones seu correptiones aliquas ac modum vel regulam declarantes statuimus et ordinamus et sta tuendo et ordinando i(n)frascriptas additiones correctio nes modos ~~modos~~ et regulas declaramus prout et q(ue)madmodum i(n)ferius declarata denotatur. Videlicet q(uod) i(n) electione i(n)sacculatorum qui refice(re) debent sacculos dicti Co(mun)is tali modo et ordine procedatur q(uod) p(rese)ntes d(omi)ni priores et camerarii cuilibet porte de p(er) se teneant et debeant eligere tres bonos ydonios et legales cives amatores p(rese)ntis popularis status pro qualibet contrata quatuor contratarum cuiuslibet porte itaq(ue) i(n) qualibet porta sint duodecim cives qui cives sic electi scribi et notarii debeant i(n) tribus brevibus .i. quatuor ex ip(s)is i(n) quolibet p(ro) brevi que brevia deinde i(n)volui et poni debeant i(n) tribus ~~brevi~~ pollucteis ce reis de quibus pallucteis extrahatur et publicetur una sorte et fortuna i(n) presentia cancellarii seu notarii d(omi)norum priorum et illi qui erunt scripti i(n) dicta palluctea sic extracta sint et esse debeant boni homines et offitiales ad reficiendum et conponendum dictos sacculos pro dicta porta et talis modus et ordo servetur et observari debeat i(n) electione bonorum hominum reliquarum portarum non obstante ali quo statuto dicti Co(mun)is i(n) contrarium vel aliter disponentibus e quibus quo ad p(re)dicta derogatum sit expresse

Inprimis q(uod) omnia offitia cum salario Co(mun)is Et etiam Camerarii omnium artium i(n)palluctent et ad fortunam publicentur

Item q(uod) nullus possit esse ad reficiendum dictos sacculos pro aliqua porta nisi i(n) ea habitet non obstante q(uod) i(n) ipsa porta sit allibratus seu libram habeat vel q(uod) ibidem sit accatastratus. Et etiam nullus possit esse eligi vel assumi ad dictos sacculos reficiendum pro aliqua porta i(n) qua non habitavit per continuos quinque annos

Item q(uod) nullus i(n)sacculator nec etiam socii porte ip(s)i(us) i(n)sacculatoris possit eligere vel i(n)sacculare ad aliquod offitium patrem filium fratrem carnalem patruum vel nepotem carnalem eidem i(n)sacculatoris de eadem porta tantum nec etiam aliquem fratrem cum aliquo i(n)sacculatore ad unum panem et vinum vivum aut cum eo steterit per sex menses ante refectionem sacculorum

Item q(uod) quicumque fuerit nuntius domicellus famulus aut portinarius palatii d(omi)norum priorum vel baiulus aut custos Carceris Co(mun)is aut famulus gonfaloneriorum aut nuntius alicui(us) artis a X annis citra non possit i(n)sacculari ad offi tium prioratus aut i(n) priorem eligi vel assumi quoquomodo nec etiam possit esse i(n)sacculator aut ad reficiendum sacculos dicti Co(mun)is quolibet eligi vel deputari

Item nullus qui fuerit extractus de carceribus co(mun)is ~~co(mun)is~~ perusii amore dei possit esse prior vel ad offitium prioratus quolibet eligi vel assumi aut i(n)sacculari Et similiter nullus notarius qui de dictis carceribus amore dei extractus fuisset possit eligi aut esse notarius d(omi)norum priorum

Item q(uod) nullus possit consequi vel habere ab insacca latoribus sacculi generalis vel ab aliquo ip(s)orum nisi solum et dumtaxat unum offitium cum salario Co(mun)is Quod tamen non i(n)telligatur de offitio camerariatus Et hoc (et) locum non habeat i(n) notariis qui possint eligi vel i(n)sacculari ad unum vel plura offitia aliquo non ob stante

Item q(uod) omnes et singuli offitiales eligendi et insac culandi ad aliquod offitium cum salario debeant ante huiusmodi electionem obtinere partitum per ip(s)os i(n)sacculatores ad bussulam et ad fabas et albas et nigras ad minus per duas partes ip(s)orum i(n)sacculatorum et aliter et alio modo electio non valeat ullo modo

Item q(uod) nullus possit eligi vel esse in sacculator aut ad reficiendum sacculos offitiorum dicti Co(mun)is nisi libram habeat quadraginta librarum ad grossum.

Item quod in sacculatoribus sive insacculatis sive electis ad aliquod offitium prosit et valeat et valere debeat libra patris matris vel uxoris vel fratris carnalis stando ad unum panem et unum vinum cum aliquo dictorum insacculatorum ita tamen quod libra intelligatur secundum formam statutorum videlicet xl librarum ad grossam ut habetur in capitulo de electione dominorum priorum.

Item quod nullus qui fuit prior artium Civitatis Perusii possit eligi vel conduci in custodem alicuius porte civitatis Perusii nec ad dictam custodiam stare aliquo quesito colore pena C librarum denariorum cuilibet eligenti vel acceptanti et sibi de salario solui non possit et conductio non valeat ipso iure.

Item quod nullus qui libram non habuit in aliqua porta pro tempore sex mensium ante refectionem sacculi cuilibet possit insacculari neque ad offitium prioratus eligi neque ad aliquod aliud offitium.

Item quod nullus insacculator alicuius porte possit eligere vel insacculare aliquem in priorem contra formam statutorum dicti communis et contra formam presentium additionum. Et si omnes insacculatores eidem porte forent in concordia eligere aliquem in priorem contra formam predictorum statutorum et additionum tunc et eo casu ipsi insacculatores ~~tunc et eo casu ipsi insacculatores~~ et propositus mictens partitum incidat in penam V librarum denariorum. Et si aliquis dictorum insacculatorum eidem porte non esset in concordia et contradiceret mictere vel eligere illum talem qui prior esse non potest non incidat in dictam penam. Et nichilominus ille talis ~~talis~~ publicatus contra predictam formam prior esse non possit. Et quod propositus non debeat condannari quando omnes quatuor insacculatores eidem porte forent in concordia. Et quod cancellarius communis Perusii facta publicatione omnium offitiorum qui percipere debent salaria si aliquis dictorum offitialium electus foret et insacculatus contra formam dictorum statutorum et additionum debeat notificare illi vel illis publicatis contra dictam formam quod dicta offitia non debeant exercere. Et etiam illos notificare dominis prioribus domino potestati vel capitaneo vel alteri cuicumque offitiali ~~communis~~ forensi communis Perusii quod ipsi publicati non fuerunt electi neque insacculati secundum formam statutorum et additionum ipsarum. Et in casu quo foret negligens dictus cancellarius predicta non servare infra terminum V dierum a die publicationis ipsorum incidat in penam V librarum denariorum. Et nichilominus potestas vel capitaneus et quilibet alius offitialis forensis communis Perusii teneatur contra dictos insacculatores et eorum propositum et contra cancellarium sub simili pena tempore eorum sindicatus eis auferendam. Et similiter debeat facere cancellarius et offitiales predicti in publicatione camerariorum.

Item quod nullus notarius a die infra tempus trium annorum a die receptionis in matricula notariorum possit eligi vel assumi a sive in sacculari ad aliquod offitium principale communis.

Item quod insacculatores qui pro tempore erunt ad reficiendum sacculos communis debeant diligentissime sindicari per maiorem sindicum de amministratione eorum offitii.

Item quod nullus qui fuit ad reficiendum sacculos proxime preteritos possit esse ad reficiendum sacculos proximos futuros.

Item quod quelibet ars de minoribus habere debeat ad minus XX artifices non obstante statuto loquente de vigintiquinque quae nunc viginti dicte artes debeant inplevisse infra otto dies a die huiusmodi notificationis statuti. Quod observari et sequi debeat per totum tempus quo durabit sacculus proxime futurus quo finito statutum ipsum loquens de viginti quinque artificibus habendis pro qualibet arte parva in sua remaneat firmitate et plenarie debeat observari. Et quod quilibet camerarius qui consignabit matriculam sue artis insacculatoribus teneatur et debeat facere scribi a quolibet offitiali artifice matriculato libram suam et notitiam facere si est civis aut forensis vel scriptus in tre absentatis in armario communis Perusii.

Item quod nullus possit eligi vel insacculari in priorem artium nisi libram habeat secundum formam statutorum non obstante quod alias fuit prior et ad simile offitium electus.

Ad conservationem librorum et scripturarum notariorum utiliter intendentes statuimus et ordinamus quod nulla persona cuiuscumque status gradus et dignitatis existat possit audeat vel presumat modo aliquo aut quovis quesito colore emere aut emi facere ab aliqua persona cuiuscumque conditionis existat aliquam quantitatem cartarum publicatarum aut aliquem librum publicationum seu nonnullorum publicationum qui vel que forent alicuius notarii vivi vel mortui et ad artem notarie dicte carte seu libri pertinerent et spectarent sine expressa licentia et mandato eorum consulum notariorum civitatis Perusii sub pena quinquaginta librarum denariorum cuilibet contrafacienti auferendorum per quemcumque offitialem communis Perusii et camere dicti communis

applicandorum et quilibet dependens possit esse accusator et habeat accusans quartam partem pene et quartam officialis executionem faciens et medietas sit Comunis.

De exemptione comitatensium et civitatensium et forensium venientium ad civitatem et comitatum Perusii

a 3

Item ad cultivaturam comitatus Perusii in pluribus locis inculti ac etiam derelicti et ut laboratoribus et artificibus repleatur totis sensibus intendentes statuimus et ordinamus quod quicumque comitatensis in preteritum se absentavit a civitate et comitatu Perusii causa seu occasione guerrarum seu caristie vel occasione alicuius debiti Comunis Perusii aut singularum personarum possit et sibi liceat reverti ad civitatem seu comitatum predictum ad laborandum et cultivandum vel alia exercitia manualia faciendum et sit et esse intelligatur exemptus liber et immunis ab omnibus et singulis gravaminibus debitis adque teneretur dicto Comuni usque in diem reversionis sue. Et etiam sit et esse intelligatur liber exemptus et immunis ab omnibus et singulis gravaminibus datis factionibus et collectis extraordinariis imponendis per Comune Perusii per tempus decem annorum a die dicte sue reversionis initium sumendorum et pro quocumque debito singularum personarum non possit nec debeat realiter seu personaliter cogi vel quolibet molestari infra tempus quinque annorum a die reversionis sue computandorum quo tempore durante intelligatur tale debitum fore suspensum si et in quantum vellet laborare et laboraret bona sui creditoris sicut bona dicti sui creditoris non laboraret seu laborare nollet sed laboraret bona alterius tunc et eo casu tale debitum sit et esse intelligatur pro triennio fore suspensum et pro dicto debito dicto triennio durante non possit aliquo quam quolibet realiter vel personaliter molestari. Alii vero artifices seu facientes alia opera manualia qui recesserunt et reverterentur ut prefertur non possint neque debeant pro aliquo debito singularum personarum contracto in civitate vel comitatu Perusii per tempus triennale a die sue reversionis computandum realiter vel personaliter molestari sed durante dicto tempore triennali dictum debitum sit et esse intelligatur suspensum. Et quod forenses venientes in futurum ad civitatem vel comitatum ad habitandum et exercendum opera rusticalia vel alia exercitia manualia sint et esse intelligantur liberi exempti et immunes per tempus viginti annorum a die eorum adventus ab omnibus et singulis factionibus datis et collectis extraordinariis que quolibet imponerentur per ipsum Comune Perusii durante dicto tempore vigenali. Et non possint occasione represaliarum aliquarum vel guerre que fuissent vel essent inter civitatem Perusinam et civitatem unde esset dictus forensis quolibet realiter vel personaliter molestari. Et quod huiusmodi forenses et alii comitatenses supradicti non possint neque debeant cogi inquietari vel molestari realiter nec personaliter in dicta civitate vel comitatu Perusii pro aliquo debito per ipsos contracto extra civitatem et comitatum Perusii cum aliquo non subiecto iurisdictioni dicti Comunis. Et predicta intelligantur

et locum habeant de et pro predictis ut supra revertentibus vel venientibus et pro eorum familiis qui cum ipsis venirent aut reverterent et sibi durante dicto tempore accreverint seu nascerentur. Mandantes quibuscumque officialibus dicti Comunis tam presentibus quam futuris quovis fungantur offitio et nomine censeantur ac etiam creditoribus talium venientium seu revertentium et aliis quibuscumque personis quatenus teneant et debeant predicta omnia et singula inviolabiliter observare et contra ea non facere vel venire ullo modo. sub pena V. librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice. Admictentes quibuscumque offitialibus supradictis omnem iurisdictionem cognitionem et facultatem aliquid faciendi contra predicta vel aliquid predictorum. Et ut habeatur fides de huiusmodi revertentibus et venientibus ut prefertur volumus et statuimus quod ipsi teneantur comparere et se representare coram magnificis dominis prioribus artium civitatis Perusii et de mandato eorum se scribi facere manu cancellarii Perusini cum tota sua familia et aliter dicto beneficio gaudere non possint.

Quod quicumque senserit se gravatum ab aliquo gabellario possit recursum habere ad consules mercantie aut auditores cambii

a 4

Ut nullus possit a gabellariis seu emptoribus gabellarum iniuste molestari et ne aliqui sumptibus et expensis longo tempore protrahantur statuimus et ordinamus quod deinceps quicumque vellet de aliquo emptore seu gabellario conqueri seu recursum habere pro aliquo gravamine sibi illato et nollet adire directores Comunis Perusii possit et valeat adire et querelam ponere coram consulibus mercantie aut coram auditoribus cambii prout de sua processerit voluntate qui consules vel auditores cambii sic aditi habeant iurisdictionem et cognitionem dictas querelas et lites vertentes coram eis videndi cognoscendi et terminandi summarie et de plano et sine strepitu et figura iudicii et de iure veritate et equitate et sine solutione alicuius decime vel salarii. Et teneantur et debeant dictas querelas et causas acceptare finire et determinare infra unum mensem a die deposite querele. Et quod neutra partium a sententia seu pronuntiatione ipsorum appellare possit provocare nec aliquem recursum habere set eorum sententias pronuntiationes et mandata observet et observari debeant per dictas partes et per quoslibet offitiales Comunis Perusii executioni mandentur pena appellanti seu recursum habenti vel provocanti et offitialibus procedentibus super appellatione et consulibus vel auditoribus non terminantibus infra unum mensem ut prefertur V librarum denariorum. Et ubi inceptum fuit iudicium ibi debeat terminari et intelligatur ceptum iudicium per solam citationem factam de parte in scriptis vel verbo

Quod quilibet camerarius teneatur questiones earum coram eis expediuisse infra terminum trium mensium

a5

Ut lites et questiones uertentes coram dominis consulibus mercantie auditoribus cambij et alijs camerarijs artium ciuitatis perusij breui tempore finiantur et dampnose uitentur expense statuimus et ordinamus quod prefati domini consules auditores cambij et alij camerarij artium ciuitatis perusij teneantur et debeant omnes lites causas questiones et controuersias coram eis uertentes expediuisse et per sententiam pronumptiationem uel mandatum diffiniuisse infra tres menses a die mote litis controuersie uel incepti iudicij pena quinquaginta librarum denariorum communi perusij applicandorum pro quolibet contrafaciente et qualibet uice Et hoc intelligatur partibus uel aliqua earum instantibus et protestantibus cum duobus testibus super expeditione cause.

Quod quilibet camerarius teneatur si non habet numerum completum recipere quoslibet uolentem intrare artem suam

a6

Item statuimus et ordinamus quod quilibet camerarius cuiuslibet artis teneatur et debeat si non habet completum numerum artificum et matriculatorum secundum formam statutorum et additionum nouiter factarum recipere quemlibet uolentem intrare artem suam pro qua est camerarius et illum matriculari et scribi facere in sua arte dummodo petens sic describi et matricularij sit idoneus et habilis Et si dicta ars haberet numerum completum secundum formam dictorum statutorum et additionum tunc talis camerarius non teneatur nec astringi possit ad recipiendum aliquem in sua arte sed liceat tali camerario in hoc sequi formam ordinamentorum sue artis Et quod quilibet uolens intrare aliquam artem et in ea describi non possit cogi neque quolibet astringi ad soluendum aliquid camerario uel arti pro receptione huiusmodi pena Camerario et arti ducentarum librarum denariorum pro quolibet et uice qualibet qua fuit contrafactum.

De abolitione statuti loquentis de spelta danda domino potestati et capitaneo

a7

Item ad resecandas superfluas expensas utiliter intendentes statuimus et ordinamus et statuendo et ordinando cassamus irritamus cancellamus et anullamus statutum reformationem seu regulationem communis perusij seu camere conseruatorum seu officialium habundantie dicti communis mentionem facientem de spelta largienda et danda dominis potestati uel capitaneo populi ciuitatis perusij Et quod de cetero dicta spelta non possit dari donari uel concedi aliquo quouis modo dictis domino potestati et capitaneo aut alteri cuicumque offitiali communis perusij nec in ipsorum electionibus mentio fiat quoquo modo que statuta seu regulationes huiusmodi mentionem facientes pro cassis et anullatis penitus habeantur

Additio statuti de facientibus sibi leuari libram in fraudem communis

a8

Item statuimus et ordinamus et statuendo et ordinando addimus et subiungimus statuto primi libri posito sub rubrica de facientibus sibi leuari libram in fraudem communis etc. in fine capituli hoc modo videlicet quod quilibet ualeat esse accusator et habeat et habeat quartam partem pene et quartam habeat officialis executionem faciens et medietatem pene et possessiones tote deueniant in comuno et quod potestas uel capitaneus uel alius officialis forensis communis perusij incidat in penam quingentarum librarum denariorum si negligens foret ad executionem pene faciendam ad instantiam cuiuscumque petentis Et nichilominus sindicus comitatus perusij teneatur et debeat pro predictis contrafacientibus inuestigare et illos denumptiare cuilibet officiali communis perusij sicut tenetur denumptiare alia malefitia. Et quod quilibet faciens sibi actari et reponi in suo catastro libram fraudatam infra tempus duorum mensium a die bamniti faciendi de presenti statuto non teneatur ad dictam penam Et si aliqua partium infra dictum tempus fraudem manifestaret similiter ad dictam penam non teneatur. Et quod quilibet comitatensis qui aliquas possessiones emerit aut emeret in futurum ab aliquo ciue seu illam quolibet acquisiuisset seu acquireret in futurum debeat illam infra tempus supradictum scribi et poni fecisse in suo catastro sub dicta pena.

Quod quilibet debet allibrari ubi habitat

a9

Item ad remouendum ualitates que inter comitatenses plerumque exoriuntur occasione habitationis et residentie quam non habent ubi sunt allibrati et accatastrati Statuimus et ordinamus quod omnes et singuli comitatenses comitatus perusij teneantur et debeant infra tempus duorum mensium a die notificationis statuti computandorum se allibrari et accatastrari facere in locis ubi familiariter habitant et pro maiori tempore residentiam faciunt pena quinquaginta librarum denariorum cuilibet contrafacienti et predicta infra dictum tempus non seruanti et de predictis quilibet ualeat esse accusator et habeat quartam partem pene et quarta pars sit offitialis executionem facientis et medietas ueniat in commune

De ordinatione salarij sacriste et eius electione

a10

Item indebitas et nimias expensas moderare intendentes statuimus et ordinamus quod de cetero salarium sacriste seu capellani palatij dominorum priorum sit et esse debeat uiginti florenorum in anno quolibet et non ultra sibi soluendorum per massarios communis perusij. Et quod deinceps electio dicti Capellani pertineat et spectet et pertinere et spectare debeat ad dominos priores et camerarios obtinendo partitum

per novem priores in concordia et xxxv camerarios ad bussulam et ad fabas albas et nigras. Et aliter eius electio non valeat ullo modo. Et nichilominus idem capellanus aliter electus incidat et domini priores incidant in penam ducentarum librarum denariorum et dicto capellano solvi non possit si aliter electus fuerit non obstante aliquo statuto seu regulatione dicti communis in contrarium vel aliter disponente quod statutum seu regulationem ex nunc corrigimus et modo supradicto reducimus et modificamus.

De quolibet priore ... denarii ... lapides pro bombardis

a 11 Item cum propter multiplices casus pro varietate temporum emergentes in rem publicam perusinam utile et necessarium videtur ut commune Perusii munitiones bellicas habeat preparatas ad reparandum et obviandum casibus fortuitis statuimus et ordinamus quod quilibet prioratus cum notario suo publicandus de sacculo novo qui ad presens reficitur teneatur et debeat ante finem eorum officii fieri fecisse eorum sumptibus et expensis undecim lapides pro bombardis maioribus et ad mensuram ipsarum bombardarum maiorum aut fieri fecisse decem lapides vel quinque ad mensuram bombardarum maiorum et xii ad mensuram bombardarum parvarum ad electam officialium et massariorum communis Perusii. Et ipsos lapides consignasse debeant ante finem eorum officii priores predictis officialibus super massaritiis. Et dicti lapides fieri possint ubique et de quibuscumque lapidibus preterquam de lapidibus murorum civitatis Perusii pena decem librarum denariorum pro quolibet priore et notario si supra dicto tempore predicta non servarent que pena retineri debeat per conservatores monete de eorum salario et converti et expendi debeat per ipsos conservatores pro dictis lapidibus faciendis sitque pena dictis conservatoribus auferenda si in predictis negligentes fuerint aut dictam aliam pecuniam alia de causa expendiderint quam dictum sit. Et nichilominus de eorum proprio expendisse intelligatur et non de dicta pecunia. Et predicta locum habeant solum et durent in gente supradicto sacculo novo.

De registro faciendo in camera conservatorum et massariorum ... de electione notarii super registris

a 12 Item ut in camera conservatorum et massariorum communis Perusii appareant exitus et introitus ordinate et certa modo recto et ordine procedant duximus statuendum quod in camera conservatorum monete dicti communis fieri debeat unum registrum et unum in camera massariorum dicti communis in eis exitus et introitus in quibus registris scribi et registrari debeant omnes introitus et exitus dicti communis per notarium super dictis registris deputandum qui notarius sequi debeat in dictis registris formam consuetam et usitatam olim per ser Benedictum ser Petri notarium perusinum tempore domini Rolandi de Sulmo qui notarius non scribat neque scribere debeat in dictis registris creditorem sine debitore nec econtra debitorem sine creditore. Super quibus registris eligatur et eligi debeat unus notarius valens et legalissimus sicut olim fuit ser Johannes ser Angeli de Cergnto per dominos priores et camerarios cum salario per ipsos declarando et sibi solvendo per conservatores monete videlicet pro medietate et pro alia medietate per massarios dicti communis. Itatamen quod electio dicti notarii cum predicto salario fiat et fieri debeat per ipsos dominos priores et camerarios obtinendo partito ad bussulam et ad fabas per novem ad minus ex ipsis prioribus et viginti quinque camerarios ad minus et aliter electio non valeat neque teneat ullo modo. Et quod in dictis registris et in aliis creditorum et debitorum dictarum camerarum nullus alius notarius nec alius quicumque possit nec debeat aliquid scribere neque registrare quoquo modo pena centum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice qui notarius contestim et sine dilatione scribere debeat in dictis registris quecumque ad suum offitium pertinentia prout de ipsis rogari contigerit. Et eius offitium initium sumat in camera conservatorum in kalendis februarii et in camera massariorum in kalendis februarii.

Item quod dictus notarius sic electus non possit neque debeat aliquo quam cassari seu removeri ab administratione talis offitii nisi per dominos priores et camerarios obtento partito ad bussulam et ad fabas albas et nigras per novem priores et xxxv camerarios ad minus quo casu ipsi domini priores et camerarii similiter alium eligere debeant infra otto dies a die cassi seu finiti offitii computandos. Itatamen quod non possit eligi vel surrogari ad dictum offitium aliquis notarius qui tempore electionis huiusmodi faciende esset notarius dominorum priorum et si eligeretur eius electio non valeat sed sit ipso iure nulla. Et nichilominus priores et camerarii incidant in penam quingentarum librarum denariorum si aliter eligerent. Et quod ipso notario vacante nullus alius notarius possit neque debeat in dictis registris scribere sub dicta pena.

Item quod conservatores qui pro tempore erunt teneantur et debeant una cum dicto notario de sex mensibus in sex menses revidere rationes collectorum sive fancellorum et a focorum collectarum et aliorum introituum extraordinariorum dicti communis. Et rationes et eorum libros introitus et exitus examinare cum registris predictis pena quingentarum librarum denariorum dictis conservatoribus et notario si in predictis negligentes forent. Et de hoc ipsi conservatores et notarius debeant per maiorem sindicum diligentissime sindicari. Et similiter ipsi collectores et fancelli non obstante quod eorum rationes fuerunt sic revise per prefatos conservatores et notarium.

Item quod dictus notarius super dictis registris de omnibus scripturis que faciet in dictis registris teneatur et debeat librum facere mictendum in cancellariam communis Perusii de anno in annum. Et de gestis per eum debeant sindicari sicut sicut consiliatores dicti communis.

De certo debendo officialibus bauilis et nuntiis occasione grauaminis pignerationis uel capture

a 14

Ad refrenandum officialium inmoderatas grauationes duximus statuendum quod officialis forensis communis Perusii teneatur usque licentia creditoris dare familiam pro capiendo debitorem. Et si ipsum capiet in ciuitate extra palatium habeat pro captura soldos decem et non ultra a debitore uel creditore et si non esset captus legitime quod nil percipiat pro dicta captura accepto. Et si contigerit capi detineri uel racomendari in palatio habeat pro dicta captura detentione uel recomendatione soldos quinque denariorum et non ultra

Item si aliquis captus fuerit ad petitionem officialium custodie officialium superius et aliorum officialium dicti communis si captus fuerit in ciuitate extra palatium et legitime habeat pro dicta captura quinque soldos denariorum et non ultra. Et si captus uel recomendatus fuerit in palatio habeat pro dicta captura seu detentione duos soldos denariorum et sex denariorum

Item quod ad petitionem officialium predictorum nulla uniuersitas castrorum uel uillarum comitatus Perusii seu singulares persone dictarum uniuersitatum dicti comitatus possit nisi bis tantum capi ~~capi~~ detineri uel grauari durante tempore dictorum officialium super custodia uel superius pena tam officialibus qui eum capi uel detineri fecerunt quam officiali qui eum ceperit uel detinuerit centum librarum denariorum que de facto sine aliquo processu eis possit et debeat auferri. Et quod notarius super custodia non possit accipere a comitatensibus perusinis qui fideiussores dabunt nisi plus decem soldos denariorum et non ultra ullo modo pro fideiussione et litteris sub dicta pena.

Item quod ratione pignerationis uel grauaminis que fieret in ciuitate contra quoscumque debitores bauilus communis seu nuntius alicuius artis possit tantum habere et percipere si iuerit solus soldos quinque. Et si iuerit cum familia habeat solum soldos decem pro se et familia. Et quod ad petitionem cuiuscumque petentis officialis communis Perusii teneatur dare familiam pro faciendo executiones predictas pena centum librarum denariorum cuilibet officiali negligenti et quotiens negligens fuerit in dando et concedendo familiam predictam eo die qua dictus officialis recusauerit dare familiam predictam

Item pro qualibet captura et grauamine que fieret in comitatu ad petitionem priuate persone uel hominis communis a communi solum percipere possit officialis pro se et familia pro qualibet grauamine cuiuslibet persone a soldos decem. Nec possint super dictis pigneribus facere aliquas expensas sed ipsa pignora infra quintam diem debeant assignare officialibus deputatis super pigneribus aut creditori

Item quod ratione stallatici tam in ciuitate quam in comitatu Perusii non possit accipi pro die et nocte nisi solum si pro bestiis cauallinis ~~~~ pro qualibet soldos quinque

Item mercato palearum et herbarum faciendo in colle landonis

a 13

Cum admunditiam platee que est locus principalis et decus communis Perusii sit diligenter attendendum statuimus et ordinamus quod nulla persona cuiuscumque status uel dignitatis existat audeat uel presumat uendere neque uendi facere paleas neque erbas in capite platee ubi nunc uenduntur et uendi consueuerunt. Sed dicte palee et erbe uendi debeant in colle landonis de pede platee et quod domini priores presentes et futuri debeant dictum forum palearum et erbarum bannimentum facere quod de cetero fiat et fieri debeat in colle landonis predicto et dictum bannimentum fiat quolibet die sabati usque ad quatuor sabbata successiue et quod factis dictis bannimentis quilibet contrafaciens incidat in penam quinque soldorum denariorum pro qualibet salma palearum et pro quolibet fascio si ad fascium uenderetur duorum soldorum et sex denariorum soluendorum camere massariorum communis Perusii. Et contra predictos contrafacientes quilibet officialis communis Perusii forensis teneatur et debeat executionem facere et habeat dictus officialis medietatem pene et medietas sit communis. Et quilibet de predictis possit esse accusator cum duobus testibus et officialis predictus facta sibi notificatione seu tali accusatione incidat in penam X librarum denariorum si ad huiusmodi executionem faciendam negligens foret quoquo modo quam negligentiam si pretenderet dictus officialis seu quod recusaret dictam executionem facere tunc accusator teneatur et debeat ipsum officialem notificare massariis dicti communis qui massarii debeant ipsum punctare uel decomentionem facere et punctaturas dare et consignare sindicatoribus ipsius officialis et dicti sindicatores teneantur et debeant ipsum officialem in dicta pena condanare. Et quia presens capitulum habet forsitan aliquid preiudicare presentibus emptoribus gabelle lignorum et palearum statuimus et declaramus quod si ipsi emptores senserint de predictis se grauatos debeant comparere coram dominis prioribus qui si uiderint predicta obesse dictis emptoribus tunc non teneantur ipsi domini priores ad bannimenta procedi facere sed effectus presentis statuti uires sumat post finitum tempus uenditionis presentis ipsius gabelle lignorum et palearum

et pro bestiis bouinis et asininis pro qualibet soldos duos denarios sex. Et hoc non intelligatur in presentibus emptoribus gabelle pignerum ciuitatis perusii presentis anni.

+ Item quod dicti officiales teneantur et debeant et astricti sint dare familiam et officiales si opus erit cuicumque petenti legitime ad faciendum et fieri faciendum dictas executiones et grauamina totiens quotiens fuerint requisiti et nil ultra accipere tacite uel expresse directe uel indirecte quod dictum sit supra pena cuilibet officiali contrafacienti seu negligenti centum librarum denariorum que sibi de facto auferatur.

Quod quilibet officialis possit executionem facere de quibuscumque licentiis non obstante quod per cameram non sint concesse. a 15

Item quod omnis officialis communis perusii possit executionem facere de quibuscumque licentiis non obstante quod per cameram ipsi officiales non fuerint concesse.

Correctio statuti de pena diffamandi. + a 16

Item statuimus et ordinamus quod pena contenta in statuto loquente de pena diffamandi expeditorum sit sublata et dicta pena sit reducta ad xxv. libras denariorum. Et de hoc possit fieri concordia et habita concordia soluat quinque libras denariorum pro gabella dicte concordie.

Quod quilibet officialis communis perusii qui mitteretur pro negotiis ipsius communis teneatur ire suis sumptibus et expensis. a 17

Item statuimus et ordinamus quod quotienscumque miles socius uel alius officialis domini potestatis capitanei uel alterius cuiuscumque officialis communis perusii accederet seu mitteretur uel iret pro parte seu pro factis et negotiis communis perusii teneatur et debeat ire stare et redire suis sumptibus et expensis et non sumptibus dicti communis uel alicuius contratis aut singularis persone sub pena centum librarum denariorum pro quolibet officiali et qualibet uice et restitutionis pecunie uel mercedis accepte.

Quod uacante officio capitanei maioris sindici et iudicis iustitie sint domini priores iudices appellationum. a 18

Item ad tollendum quascumque uarietates quod dominus capitanus populi et maior sindicus et iudex iustitie sit iudex appellationum nullitatis et reductionis ad arbitrium boni uiri. Et ipso domino capitaneo et maiori sindico uacante sint iudices in predictis domini priores artium ciuitatis perusii cum arbitrio committendi. Et quod cause incepte coram domino capitaneo maiori sindico et iudice iustitie ipso uacante possint prosequi et finiri coram dictis dominis prioribus. Et quod cause incepte et que inciperentur seu prosequerentur coram dominis prioribus per eos debeant finiri et terminari seu per eorum commissarios infra tempus et terminum in statuto de appellatione contentum et sub pena in dicto statuto contenta.

Correctio statuti de aduocatis et consultoribus. a 19

Cum statutum positum sub rubrica de aduocatis et consultoribus dandis usque ad §. Et teneatur potestas et capitanus etc. positum in secundo libro statutorum communis perusii fuerit ad malum usum inductum. Et occasione dicti statuti expeditio litium et causarum differantur et protelentur ad remouendas dictas dilationes modificando dictum statutum et ipsum corrigendo usque ad dictum §. exclusiue et ipsum ad meliorem formam reducendo sic duximus statuendum quod quilibet qui uoluerit incipere uel habere questionem in aliqua curia perusina possit habere unum aduocatum et unum procuratorem de melioribus ciuitatis. Et si actor a principio iurauerit ad sancta dei euangelia manu corporaliter tactis scripturis se non habere uel habere non potuisse unum aduocatum et unum procuratorem et petierit in principio cause antequam partem faciat citari sibi dictum aduocatum et procuratorem dari uel alterum ex eis et nominauerit quos uoluerit nominando de aduocatis et procuratoribus consuetis et residentibus in ciuitate perusii, quod tunc iudex adhibitus teneatur et debeat deposito primo salario sine iuditium dicti iudicis cogere realiter et personaliter dictum aduocatum et procuratorem petitum ad acceptandum infra tertiam diem postquam nominatus fuerit pena dicto iudici negligenti et parti non instanti et non deponenti centum librarum denariorum in quam penam ipso facto dictus iudex et pars incidant et de facto eis auferatur. Et quod iudex occasione molestie et inquietationis quam fecerit contra dictum aduocatum et procuratorem non ualeat sindicari. Et simili pena puniatur dictus aduocatus et procurator citati si infra dictam tertiam diem non acceptauerint coram dicto iudice dictam aduocationem seu et procurationem. Et postquam dictus actor habuerit aduocatum et procuratorem uoluntarios uel ut supra sibi datos tunc adiuditium procedat. Et in fine sue petitionis ponat et describat aduocatum et procuratorem suum ut reo pateat. Et ipse reus postquam citatus fuerit adiuditium si habuerit aduocatum et procuratorem pro sua parte de hoc iudicem et partem certificet et si habuerit ipsos in actis nominet et describi faciat infra secundam diem postquam citatus fuerit. Et si non habuerit uel habere non potuerit et ipsos uoluerit tunc infra dictum terminum nominet et declaret coram dicto iudice cause aduocatum et procuratorem quem uoluerit de aduocatis et procuratoribus consuetis in ciuitate perusii residentibus non nominando aduocatos et nominatos pro parte aduersa. Et hoc iuret ad sancta dei euangelia corporaliter tactis scripturis quod non habet nec habere potuit uoluntarie aduocatum et procuratorem. Et facta dicta nominatione et deposito salario condecenti ad discretionem iudicis cause dictus iudex teneatur et debeat dictos aduocatum et procuratorem cogere

reali et personali ad acceptandum infra tertiam diem a die denuntiationis pena iudici negligenti et parti non instanti et non deponenti Centum librarum denariorum que eis de facto debeant auferri. Et eadem pena puniatur advocatus et procurator citatus non comparens coram dicto iudice infra dictum terminum ad acceptandum. Et quod iudex occasione cuiuscumque molestie quam inferret contra dictos advocatos et procuratores non valeat sindicari. Et si per dictos advocatos et procuratores vel aliquem ipsorum allegaretur aliqua excusatio tunc iudex coram quo excusationem porrexerit debeat dictam excusationem intelligere et infra duos dies pronuntiare si iusta vel iniusta fuerit sub dicta pena. Et si excusatio admictenda fuerit tunc alius in sequenti die ~~admictatur~~ eligatur et cogatur modo et forma predictis et in terminis supradictis supra declaratis et sub dictis penis cogatur ad acceptandum.

Item quod si in aliqua causa pendente petitio advocati seu vel procuratoris et petens voluerit in dicta petitione insistere quod iudex coram quo pendet talis questio teneatur et debeat ad instantiam cuiuscumque partis cogere advocatos et procuratores ad acceptandum sub supradicta pena infra tres dies ~~a die~~ proxime sequentes a die requisitionis facte per alteram partem. Et cogere petentem vel ad partem dicendum si vult insistere super dicta petitione et in quantum velit insistere cogat ipsam partem ad deponendum salarium si depositum non fuerit. Et ad faciendum advocatum et procuratorem petitum acceptare. Et faciat ita et taliter quod advocatus et procurator acceptet infra tertiam diem a die requisitionis pena advocato et procuratori non comparenti infra dictum terminum ad acceptandum Centum librarum denariorum. Et simili pena puniatur iudex negligens et pars non instans. Et quod dicti advocati et procuratores acceptent. Et dato eidem reo advocato et procuratore procedatur in causa et non retardetur iuditium per aliquam petitionem que fieret de aliquo advocato vel procuratore qui peteretur in processu cause. Possint tamen dicte partes plures habere procuratores et advocatos in processum cause et cogi valeant ad patrocinandum ad petitionem cuiuscumque partium non tamen retardetur iuditium et processus causarum per predictam petitionem que fieret in processu causarum nec processus reddatur nullus occasione dicte petitionis advocati et procuratoris. Et quod dominus potestas et dominus Capitaneus et alii iudices communis petentis teneantur et debeant ad instantiam cuiuscumque petentis pena ducentarum librarum denariorum eis de facto auferendarum tempore eorum sindicatus facta fide de supradictis facere executionem dictarum penarum contra delinquentes et de facto punire et condempnare sine aliquo processu et penam solvi facere in camera

post dictum tempus supra declaratum nec de aliquo advocato vel procuratore

massariorum dicti communis de qua pena quarta pars sit officialis qui executionem fecerit et alia quarta pars sit illius qui instetit quod executio fieret que partes dari debeant eisdem per dictos massarios sine aliquo alio precepto pena dictis massariis quinquaginta librarum denariorum si in predictis forent negligentes Cassantes irritantes et annullantes dictum statutum de quo supra fit mentio usque ad dictum paragrafum teneatur potestas et capitaneus etc. exclusive

a20

additio statuti de offitio officialium superius pontibus et fontibus

et procuratores et advocati habeat

Item Statuimus et ordinamus quod addatur et addi et subiungi debeat in fine capituli positi in primo volumine statutorum Communis perusii de offitio offitialium superius pontibus et fontibus. Videlicet quod dicti officiales teneantur et debeant fieri facere librum per eorum notarium de gestis eorum cum quo libro debeant ipsi officiales et notarius infra quindecim dies a die depositi offitii comparere coram maiori sindico et se offerre et facere sindicari a dicto maiori sindico pena centum librarum denariorum si in predictis negligentes forent.

De pondere pinochiati giucate et cedrati

a21

Indemnitati Civium inmoderatisque sumptibus providere volentibus duximus statuendum quod nullus aromatarius aut alius quicumque possit audeat vel presumat facere pinochiatum cuius libra sit de pauciorubus petiis duodecim petiis sed de pluribus petiis possit facere pena cuilibet contra facienti viginti quinque librarum denariorum ei de facto auferendorum per quemcumque officialem communis perusii Quod tamen non intelligatur pro dominis prioribus artium dicte Civitatis qui dictum pinochiatum fieri facerent causa honorandi aliquem forensem nec intelligatur pro forensibus volentibus dictum pinochiatum portare extra civitatem et comitatum perusii. Et quod nullus civis aut alius quicumque habitans in civitate perusii cuiuscumque conditionis existat volens facere aliquas nuptias convivium convivium aut alio quovis modo vellet uti dicto pinochiato possit ipsum pinochiatum accipere nec emere seu emi facere nisi modo predicto videlicet ad pondus duodecim petiorum pro qualibet libra ad minus sub dicta pena vice qualibet auferenda cuilibet contrafacienti. Et quod nemo possit dare dictis convivatis aut aliis quibuscumque plus quam duo genera confectorum et si vellet dare giucatam aut cedratam non possit petium dicte giucate seu cedrate transcendere duas uncias seu esse maioris ponderis duarum unciarum Et nullus aromatarius possit facere dictam giucatam aut cedratam maioris ponderis duarum unciarum sub dicta pena. Et de predictis quilibet valeat esse accusator et habeat quartam

pene et quartam partem officialis executionem faciens et reliquum deveniat in comune.

Ite

Quod nullum coreggimentum possit fieri de pluribus p[…] XX. […]

a 22

Item statuimus et ordinamus quod in civitate perusii non possit fieri aliquod correggimentum de pluribus quindecim duabus pro qualibet parte comitantium et comitatarum pena centum librarum denariorum cuilibet contrafacienti et de predictis quilibet possit et valeat esse accusator et habere debeat quartam partem pene et quartam officialis executionem faciens et reliquum deveniat in comunem.

Quod nulla mulier […] maritum […] possit aliquid donare seu in bonis recipere

a 23

Item quod nulla uxor cuiuscumque conditionis existat que ad maritum iverit possit nec debeat donare dare vel largiri alicui consanguineo mariti aut alteri cuicumque persone aliquod munus vel aliquam rem consistentem in pondere numero vel mensura nec ipsum munus aut rem possit accipere ab aliqua persona ex parte viri vel ab alia quacumque persona pena ducentarum librarum denariorum donanti et accipienti et cuilibet ipsorum vel ipsarum vice qualibet auferenda et de contrafacientibus quilibet valeat esse accusator et habeat quartam partem pene et quarta pars sit officialis executionem faciens et reliquum veniat in comune.

Correctio statuti de refirma officialium

a 24

Item cum plerumque contingat quod propter importunas procurationes et varias hominum amicitias quibus iudicium rectum sepe pervertitur ac iustitia impeditur officiales comunis perusii honore refirme minus digni student ipsam officii refirmam modis diversis et coloribus obtinere duximus statuendum et ordinandum quod deinceps nullus potestas capitaneus maior sindicus iudex iustitie nec aliquis alius officialis forensis comunis perusii possit vel debeat in eodem offitio refirmari vel de novo ad idem aut ad aliquod aliud offitium quovis nomine nuncupatum vel nuncupandum eligi adsumi vel deputari directe vel indirecte sub eodem vel alio quocumque nomine nisi de tali refirma vel nova electione deliberaretur per dominos priores obtento partito inter eos ad bussulam et ad fabas per novem ex eis ad minus et die sequenti inter camerarios facta proposita et obtento partito ad bussulam et ad fabas per quadraginta camerarios ad minus mictentes fabas albas. Deinde infra tres dies bannito convocato et congregato consilio oportuno, otto artificum pro qualibet arte grossa et quattuor pro qualibet arte parva una cum dictis dominis prioribus et camerariis facta proposita et misso et obtento partito inter ipsos artifices per duas partes ex eis ad bussulam et fabas albas et nigras Et si aliter fieret dicta electio vel refirma non valeat nec teneat et sit nullius valoris roboris vel momenti. Et predicta statuendo addimus et corrigimus capitulo CCVIII in primo volumine statutorum sub rubrica de officialibus non absolvendis ante finem eorum offitii et non refirmandis etc. volentes et declarantes quod omnia alia contra predicta loquentia seu quolibet disponentia non valeant nec teneant et nullius sint efficacie vel momenti Et quod de refirma seu electione huiusmodi facienda vel non proponi vel tractari debeat inmediate finito tertio mense offitii talis officialis infra quinque dies et non postea quoquo modo.

Quod de armis comunis non donandis nisi cum deliberatione per […]

a 25

Item statuimus et ordinamus quod nulli officiali comunis perusii aut alteri cuicumque persone possint vel debeant per aliquem magistratum dicti Comunis tradi concedi vel largiri arma Comunis et populi perusini in propria forma aut colorata vel ficta seu aliquo alio addito vel diminuto directe vel indirecte vel aliquo quesito colore nisi deliberaretur per dominos priores die vero precedenti misso et obtento partito per novem ad minus ex eis Et deinde die sequenti inter camerarios per quadraginta camerarios ad minus mictentes fabas albas pena quingentarum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice.

Quod domini priores non accedant ad sotiandum aliquem officialem intrantem offitium

a 26

Item ad conservandam magnificentiam et dignitatem comunis perusii statuimus et ordinamus quod domini priores artium civitatis perusii aut aliquis eorum non possint neque debeant accedere ad sotiandum dominum Potestatem dominum Capitaneum populi neque aliquem alium officialem comunis perusii officium intrantem vel qui ad officium intraret pena mille librarum denariorum pro quolibet officio prioratus quotiens contrafactum fuerit aliquo non obstante que pena eis debeat auferri per maiorem sindicum eorum tempore sindicatus quotiens contrafactum fuerit et comuni perusii debeat applicari

De electione facienda de officialibus super devetu et cum pena si […] commiserint

a 27

Statuimus et ordinamus quod quando opus fuerit pro habundantia habenda in populo perusino creari et eligi officiales super devetu quod electio officialium super devetu fiat et fieri debeat per dominos priores et camerarios novem ex ipsis dominis prioribus in concordia et per duas partes camerariorum obtento partito ad bussulam et ad fabas albas et nigras qui officiales si in administratione eorum offitii commicterent

fraudem vel baractariam incidant in penam centum librarum denariorum pro qualibet vice. Et de predictis quilibet possit esse accusator et habeat quartam partem pene probando talem baractariam seu fraudem per duos testes fidedignos. De qua pena quilibet officialis forensis communis Perusii teneatur et debeat executionem facere, et habeat et habere debeat quartam partem ipsius pene, et medietas applicetur communi. Et quod dicti officiales infra terminum unius mensis a die depositi offitii debeant restituisse librum in cancellaria communis et de eorum offitio debeant per maiorem sindicum diligentissime sindicari.

Quod nullus possit portare de uno castro ad aliud sine licentia vicarii vel sindici

a 28

Item quia variis coloribus et deceptionibus granum plerumque extrahitur de comitatu Perusii contra formam decretis, statuimus et ordinamus quod nullum genus bladi possit aliquo modo portari de uno castro ad aliud seu de uno loco ad alium locum seu castrum existentem in confinibus civitatis Perusii nisi habita licentia vicarii vel sindici loci de quo extraheretur dictum granum seu bladum, pena decem librarum denariorum pro qualibet salma grani vel bladi sine dicta licentia portati.

Additio primo capitulo primi libri statutorum

a 29

Item statuimus et ordinamus et statuendo et ordinando subiungimus et addimus primo capitulo primi libri statutorum communis Perusii sub rubrica de electione et electoribus domini potestatis et maioris sindici et iudicis iustitie, ubi addimus et capitanei populi, et quod pro honorificentia communis Perusii dicti electores sive electionarii domini potestatis et capitanei populi, maioris sindici et iustitie possint ducere tres equos pro quolibet ipsorum electionariorum, notarius eorum duos equos, sindicus vero unum, quando equitabunt ad electionem faciendam prout in ipso capitulo continetur.

Quod medici salariati communis non recedant sine licentia dominorum priorum et camerariorum

a 30

Cum plerumque contingat quod medici salariati communis Perusii relinquendo egros et lecturam recesserint eundo extra comitatum civitatem et comitatum Perusinum ad curandum et medicandum alienigenas egros, quod resultat in dampnum civium et studii Perusini, duximus statuendum quod de cetero nullus medicus salariatus communis Perusii possit modo aliquo seu forma aut quacumque de causa se absentare a civitate et comitatu Perusii durante tempore sue conducte absque expressa licentia dominorum priorum et camerariorum artium dicte civitatis obtento partito per novem priores ad minus et per duas partes camerariorum ad bussulam et ad fabas albas pena dicto medico contrafacienti centum librarum denariorum pro quolibet die quo absens steterit a civitate et comitatu predictis, que pena retineri debeat de suo salario per conservatores monete communis Perusii sub simili pena dictis conservatoribus auferenda tempore eorum sindicatus si in predictis negligentes fuerint. Et si dictum salarium non sufficeret tunc fieri debeat executio contra ipsum medicum per quemlibet officialem communis Perusii. Et quilibet de predictis possit esse accusator.

Additio statuto de electione dominorum priorum

a 31

Item statuimus et ordinamus et statuendo et ordinando addimus statuto de surrogatione priorum mortuorum de sacculis communis Perusii publicato posito sub rubrica de offitio dominorum priorum, ubi addimus quod si aliquis alius officialis communis Perusii publicaretur ad aliquod aliud offitium cum salario et esset inhabilis ad offitium exercendum et dictam inhabilitatem seu causam inhabilitatis declaraverint domini priores et camerarii obtento partito inter eos ad bussulam et ad fabas per duas partes fore admictendam, tunc dicti domini priores et camerarii substituant alium de eadem porta. Si autem talis extractus foret habilis ad ipsum offitium exercendum tunc ipsum offitium teneatur et debeat exercere et offitio renumptiare non possit nisi primo solvat communi medietatem salarii quod recipere deberet a communi pro dicto offitio ad quod publicatus esset. Et eo casu facta renumptiatione et solutione predictis domini priores et camerarii eligant et substituant alium modo predicto qui eis utilis et ydoneus videatur.

Quod antequam procedatur ad bannimentum alicuius communantie detur ipsi copia cancellario

a 32

Item ne post venditionem factam de aliqua communantia seu gabella communis Perusii in cedula facta ipsi communantie seu gabelle fraus aliqua committatur aut aliquod fiat indebitum, salubri remedio duximus statuendum quod antequam procedatur ad bannimentum alicuius gabelle seu communantie predicte dari debeat per conservatores vel massarios dicti communis copia ipsius cedule cancellario dicti communis. Et postquam fuerit stabilita et vendita registrari debeat in cancellaria dicti communis infra terminum quindecim dierum a die stabilimenti per ipsos emptores, examinando primo eam cum cedula consignata et data prius cancellario predicto. Et quod notarius ipsam cedulam registrans in dicta cancellaria teneatur et debeat in fine sue scripture scribere nomen suum et se publicare et ponere et notare millesimum, mensem et diem quo ipsam cedulam scribet seu registrabit, pena quinque librarum denariorum cuilibet in predictis contrafacienti seu negligenti, aliquo non obstante.

a 33

Cum ars cartolariorum et bursiariorum civitatis Perusii sit una ars tantum et dicti cartolarii et bursiarii sint uniti et sub uno camerario regantur et videatur dignum quod dicta ars non magis accipiat nomen a dictis cartolariis quam a bursiariis set ad abusiones [illegible] statuimus et ordinamus quod predicta ars de cetero vocetur et nominetur ars cartulariorum et bursiariorum coniunctim et ita intitulari debeat sacchectus camerariorum ipsius artis et similiter intitulari debeat matricula eorum non obstante quod in statuto de dictis bursiariis mentio non fiat

a 34

xxxiiii Item volentes modum salubrem et ordinem dare officialibus armarii librorum communis Perusii et eorum notariis statuimus et ordinamus [illegible] quod officiales et notarii principales ipsius armarii debeant sindicari de gestis in eorum officio et quod finito eorum offitio nil possint scribere in libris dicti armarii et quod fiat unus liber in armario supradicto expensis dictorum notariorum in cartis pecudinis in quo effectualiter dicti notarii principales teneantur scribere et denotare de tempore in tempus infrascripta que sunt importantie et maxime efficatie videlicet

- Cassationes quarumcumque condempnationum
- Cassationes [illegible] foculariorum
- Allibrationes forensium seu comitatensium allibrandorum de novo inter cives seu absentatis
- Cassationes quorumcumque bonorum per ablutionem vel impetum aquarum
- Cassationes et positiones extimationum pensionum seu rerum que pensionantur que extimari debeant secundum formam statutorum de tali materia loquentium qui liber deposito offitio infra tres dies restitui debeat per ipsos notarios in cancellaria communis ad hoc ut super dicti notarii debeant sindicari. Et quod claves ipsius armarii debeant restitui successoribus in presentia cancellarii communis eo ipso quo deponet offitium Et quod cancellarius videat illas consignari successoribus sub pena quingentarum librarum denariorum quotiens contrafaceret aliquis ipsorum officialium et notariorum in aliquo predictorum seu infrascriptorum.

Item quod in dicto armario non possit nec debeat modo aliquo seu forma allibrari inter cives originarios perusinos seu absentatos aliquis forensis seu comitatensis sine deliberatione dominorum priorum et camerariorum artium civitatis Perusii obtento partito ad duas partes ipsorum quoad describendos inter absentatos quoad comitatenses non seu forenses describendos inter cives, obtineri debeat partitum inter ipsos per viginti quinque eorum mictentes fabas albas pena quingentarum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et nichilominus qualibet sub simili pena parti facienti se aliter allibrari et nichilominus allibratio non valeat et cassari debeat et pro cassso habeatur eo ipso cuius pene medietas sit communis quarta officialis executionem facientis et quarta pars sit accusatoris Et in similem penam incidat officialis si neglexerit executionem facere ad petitionem cuiuscumque petentis

Item quod dicti notarii principales armarii pro facta probatione alicuius petitionis super ablutione aquarum non possint facere aliquam cassationem nisi unus ex officialibus et unus ex dictis notariis principalibus personaliter accesserint ad videndum talem ablutionem Et similiter debeant investigare si aut terrenum accrevit et ponere et addere cui accreverit et aliter et alio modo facere non possint.

Item quod si per subiectum titulo permutationis et cambii aliqua res fuerit tradita et permutata non subiecto et non allibrato in catastro communis Perusii de catastro subiecti et accatastrati talis res permutata non debeat elevari nisi primo res per non subiectum permutata et tradita ponatur et accatastretur in catastro subiecti et extimetur et extimari debeat prout est in catastro subiecti res per eum permutata qua assignatione et accatastratione et extimatione facta de catastro talis allibrati res non subiecto permutata debeat elevari Et hec locum in preteritis presentibus et futuris

a 34 bis

a 35

Item quod priores consortii notariorum sindicentur per maiorem sindicum de omnibus gestis per eos in et super factis communis Perusii prout sindicantur officiales communis gerentes et administrantes facta communis

a 36

Item quod notarius dominorum priorum artium debeat restituere librum suum in cancellaria integrum et sine aliqua obmissione et sine [illegible] pena quingentarum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente Et teneatur dictus notarius registrari facere in registro retinendo in cancellaria dicti communis omnes reformationes perpetuo durantes de quibus rogatus fuerit de quibus cancellarius communis debeat notitiam facere officialibus forensibus dicti communis Et quod massarii dicti communis teneatur et debeant de pecunia dicti communis dictum registrum fieri facere in cartis pecudinis prout fuerit opportunum et tangere pro huiusmodi expensa de introitibus eorum successorum

a37 Item quod notarii aut facelli conservatorum et massariorum et registri non possint neque debeant recipere ab aliqua persona que fuisset allocata pro allocatione nec pro refutationibus faciendis per creditores dicti Comunis aliquam pecunie quantitatem uel paganium aliquod. Et quod notarii super registris sine aliqua negligentia uel mora teneatur registrare omnia partita in dictis registris ad ipsum pertinentia sub pena ducentarum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet uice auferenda per quemcumque officialem forensem Comunis Perusii

a38 Item quod notarii insinuationum teneant et debeant in uno locho videlicet in cancellaria Comunis sub compendio breuitatis denotare omnes productiones testamentorum instrumentorum donationum et ultimarum uoluntatum et aliarum scripturarum de quibus erit rogatus alio insinuandi infra quindecim dies a die depositi offitii sub pena quingentarum librarum denariorum pro quolibet negligenti seu contrafaciente quolibet in predictis. Et dictus liber fiat et fieri debeat per massarios dicti Comunis pro de pecunia ipsius Comunis sub pena dictis massariis si in predictis negligentes forent

a39 Item statuimus et ordinamus et statuendo et ordinando confirmamus et approbamus ordinamentum factum in consortio notariorum ciuitatis Perusii sub rubrica de protocollis scribendis et ponendis in libro et libris publicis, et prosequatur registrum inceptum per ser Nicolaum Lucoli et collegas cum certa adiuncta videlicet quod si ex aliquo iusto impedimento et iusta et rationabili causa non potuisset fieri et perfici primis sex mensibus quod fiat et perficiatur perficiatur sortes aliis sex mensibus inmediate sequentibus itaque saltem semel in anno debeat perfecisse pena CC. librarum denariorum cuilibet contrafacienti seu negligenti in predictis

Item confirmamus et approbamus aliud ordinamentum in dicto Consortio sub rubrica de consignatione librorum et scripturarum notariorum defunctorum etc. et prosequatur registrum per ser Nicolaum Lucoli et collegas. Item confirmamus aliud ordinamentum in dicto Consortio sub rubrica quod nullus notarius possit habere nisi unum officium principale. Item confirmamus aliud ordinamentum dicti Consortii sub rubrica de libris religandis in armario quod officia principalia sunt hec videlicet officium notariatus dominorum priorum, offitium notariorum conservatorum, principalium armarii Capitanii Camere et super registro camere conservatorum.

a40 Item uolentes tempora equali portione diuidere quo ad officia notariorum palatii ut quisque commoditatem offitii equaliter sentiat et percipiat duximus statuendum quod officium causarum ciuilium incipiat et incipere debeat in kalendis mensis iulii proximi futuri et quod officium presentium notariorum publicatorum duret et durare debeat usque ad dictas kalendas iulii

a41 Item quod quilibet notarius qui fuerit rogatus de aliquo contractu uel instrumento uel de aliquo acto debeat ipsum infra mensem a die rogiti registrasse et extendisse in debita forma sub pena centum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente Comuni Perusii applicandarum

a42 Item statuimus et ordinamus quod quilibet notarius qui aliquid de substantialibus uel debitis que poni deberent in contractibus uel ultimis uoluntatibus uel actis per dolum uel fraudem obmicteret uel obmisserit uel aliquid posuerit uel poneret ultra quam ponere deberet uel debuerit dolose uel fraudulenter propter quod aliqua partium indebite damnificaretur teneatur et debeat restituere huiusmodi damna patienti et omne id et totum in quo patiens damnificatus esset non derogando tamen pene statutorum Comunis Perusii de hac materia loquentium. Et quod testes inducendi super correptionem aliquorum errorum coram dictis prioribus notariorum debeant examinari per dictos priores una cum collaterali principali domini potestatis uel Capitanei populi. Et quod potestas et capitaneus et alii officiales Comunis Perusii presentes et futuri teneatur et debeant dare auxilium consilium et fauorem pro obseruatione omnium predictorum

a43 Ad reparationem murorum Ciuitatis Perusii pro tuitione et defensa eiusdem summa cum diligentia intendentes statuimus et ordinamus quod omnis quantitas pecunie exacta per presentes quinque camerarios de focis et collectis ueteribus a salariis et deputationibus nunc usque factis supra et etiam omne residuum introitus sex denariorum supradditorum gabelle seu comunitatie salarie quod superit a satisffactione facta seu facienda Florentinis iuxta formam ordinamenti super huiusmodi materia editi. Et insuper omnis quantitas pecunie peruenta et peruenienda ad manus massariorum occasione rebannitionis facte de exbannitis seu condemnatis Comunis Perusii uigore arbitrii adunantie generalis nuperrime celebrate tempore presentium dominorum priorum. Et etiam omnis introitus gabelle duorum soldorum pro qualibet libra exituum camere conseruatorum de tempore in tempus in perpetuum a quantitate declarata et deputata pro matonatu dicte Ciuitatis burgorum et suburgorum ipsi supra possint et debeant conuerti expendi et erogari in et pro constructione et reparatione et acconcimine meniorum siue murorum burgorum et

suburgorum predictorum. Et pro ipsa constructione et reparatione sint et esse intelligantur designate et deputate. Et quod aliquo usus expendi converti et erogari non possint modo aliquo seu forma sub pena dupli quantitatis aliter solute de facto exigenda a quolibet contrafaciente. Et quod dicti quinque camerarii et conservatores et massarii teneantur et debeant huiusmodi quantitates dare solvere et erogare officialibus supranominatis predictis tam presentibus quam futuris sine aliqua solutione et retentione gabelle pro constructione reparatione et actonamine supradictis sub pena centum florenorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice auferenda per quoscumque officiales communis predicti.

179 quo laborerio et o[...]
et sit deputatus [...]
tenimus usque [...]
anni anno quolibet [...]
mentum dicti laborerii [...]
monete Communis Perusii quatenus [...]
usque ad quantitatem predictam q[...]
et solvere teneantur dictis offi[...]
pro dicta constructione et opere [...]
ccccno. florenis anni supra dicti [...]
et solvere teneantur offitia[...]
anno quolibet per ipsos c[...]
solvendum et convertendum [...]
dicti Campionis et quod dictis [...]
converti et expendi non p[...]
causa seu forma sub pena [...]
pro quolibet contrafaciente.

a44

Item statuta et ordinamenta communis de infrascripta materia disponentia laudabiliter corrigere et modificare volentes duximus statuendum quod nullus qui non habuit libram ante refectionem sacculorum in futurum de tempore in tempus reficiendorum inter cives perusinos per tempus contentum in huiusmodi statutis de hac materia loquentibus possit eligi esse vel insacculari ad offitium prioratus camerlengatus conservatoratus massariatus vel ad offitium supra massariatus nec ad aliquod predictorum officiorum. In aliis autem offitiis a predictis sufficiat libram habuisse inter cives perusinos per tempus septem annorum. Quod tamen non intelligatur in illis qui eligerentur seu insacularentur pro custodibus carcerum pro excarceratoribus munditoribus platee et officialibus superguastis qui possint eligi ad huiusmodi officia non obstante quod libram non habuerint inter cives perusinos.

Item ut pro custodia et [...] dominorum priorum et ut capita[...] per tempora eligendus per [...] rios publicatos vel publica[...] cum eius familia laudabili[ter] statuimus et ordinam[us] dicte porte teneatur hab[...] citio sui offitii unum n[...] famulos qui capitanu[...] distanti a civitate p[...] Et quod nullus dicto[rum] et comitatu Perusii ne[...] sit secundum formam statuto[rum] consuetudinem camere solve[re] debeat observare omnia contenta in statutis etc. a46

a45

Decus et ornatum civitatis Perusii et ad plurimam comoditatem diversis negotiis et actionibus congruentem duximus statuendum quod in capite platee civitatis predicte fiat et fieri debeat una logia que initium habeat a pergulo palatii domini potestatis et protendatur usque ad capellam de Giacanis inclusive prout et sicut melius et honorabilius pro communi ~~offi~~ videbitur officialibus supranominatis pro tempore futuris qui super huiusmodi opere construendo sint et esse intelligantur officiales cum arbitrio et auctoritate plenissima pro

a47

Item statuimus et ordinamus quod finita conducta presenti ser Corteste nunc deputati ad servitia dominorum priorum non possint nec debeant conduci vel refirmari ad dicta servitia nisi duo tantum notarii cum illis famulis et salario prout deliberabitur per dominos priores et camerarios obtento partito inter ipsos camerarios ad trigintaquinque fabas albas.

De electione facienda de duobus [...] domicellis ultra nunc [...] a48

Item pro honore et magnificentia communis Perusii duximus statuendum quod domini priores et camerarii possint et debeant eligere et conducere ad servitia dominorum priorum et dicti palatii ultra numerum domicellorum modo conductorum in dicto palatio duos alios do.

...lazio debito et cōsilie

...dnos priorum habeat et habidet
...decet expedientibus et opor
...aut mesalibus fulamentis.
...et manutētiones dcī palatij
...ac domus cōis pusij palatio
...onourifice pbeantur et fiant
...duz q quantitas uiginti duor
...quolibz pucatum soluta et
...rtaua dcī cōis qua mō dcā
...nde fulcitu soluatur detur
...solto officialibus sup massa
...tempore existentibus qui
...s ipam quantitatez soluat
...nt et conuertant et soluere
...bucie teneantur et debeant
...ibitur et mandabit de tpe
...s nouez ex ipis icontradia
...yppis seu tobaliys guardanap
...et alijs lineis mensalibus
...et expedientibus ad magnifi
...et palatij supradcī pro
...o tobuliis dnor q proalijs
...s et ipis perfectis et
...ctis et completa erunt
...uatione et ornamtis
...to et ipi capelle et etiā
...one aconcimie et ma
...s cōis perusij palatio predcī
...contigue uiz declaratione facienda per dnōs
...siores et cameraios obtento partito iter ipos
dnōs per nouez ex ipis ad minus icontradia et
per xxxvi. camerarios ad minus p ad bussulaz et
ad fabas albas et nigras. Ita q uno perfecto pro
cedatur ad aliud alternatim et uicissitudinarie
de tempore i tempus procedatur reuertatur et
fiat sicut fuit oportunum profulcimentis repa
rationibus ornamtis cōstructionibus et ma
nutētionibus supradcīs iux deliberationem
et declarationez pdcīs ut superius est expssis
et q pdca ancsia debeant consignari per dcōs offi
tiales cui dnīs prioribus qui protempore erūt
uidebitur et placebit et de ipis fieri debeat de
bitu i uentarium per offitiales supradcōs qui
dca fulcimenta mensalia teneantur et debeāt
i cipi facere de pecunia uiginti dio duor flo
renor soluendor per primos dnōs priores et sic
prosequi successiue de tempore i tempus pūt eū

libz peroratus. Et non possit nec debeat
dca quantitas deputata solum distribui uel
erogari per aliquez magratuz dcī cōis aut
officiales pdcōs uel aliam quācūq personam
et i et pro alijs rebus uel usibus q prosu
perius declarat mō aliquo causa seu foia
sub pena quingentaz libraz denarior pro
quolibz contrafaciente uel deficiente ī quolibz
impmissis aut aliquo pmissor. Et q dnī
priores qui protempore erunt hant arbitrium pro
uiderdi de expensa facienda pro letura con
seruatione et manutētione necessaria et opor
tuna deoz fulcimentor prout uiderint et cogno
uerint expedire. Non obstantibus quibuscūq
statutis ordinamtis et reformationibus i contra
riuz uel alr disponētibus quoquomō et max
statuto et ordinamto loqnte de materia pdca
quibus quo ad pdca derogauerunt expresse
aliquo non obstante.

Item statuimus et ordinamus q in futurum
quilibz potestas et capitaneus Ciuitatis perusij
teneatur et debeat relinquere de suo salario
uigintiquinq florenos proquolibz ipor quos cōs
uatores monete qui protempore erunt teneant
et debeant de primis pagis salarij cuilibz ipor
retinere dare et soluere sine solutione uel re
tentione gabelle supdcīs officialibz sup massa
ritijs protempore existentibus qui offitiales mas
sariaz debeant et astricti sint ipos conuertere
soluere et erogare profulcimentis reparationib
ornamtis cōstructionibus et manutētionibus
i proximo precedenti capitulo declaratis uidelic
primo pro ipis mesalibus fulcimentis et deinde
pro reparationibus et cōstructionibus antedcīs
iux deliberationez et declarationez pdcās missis
et obtentis ut supra patet. Et i electione ipor
officialium fieri debeat de predcīs mentio spālis
Et q pdce quantitates non possint nec debeāt
expendi extraquez deputatiz aut couerti i alios
usus q i superius declaratos sub pena V libr
denarior proquolibz contra uel alr faciente ip
missis uel aliquo premissor non obstantibus
quibuscūq statutis et ordinamtis i contrarium
uel alr disponētibus quoquo modo et max
ordinamto manu s Jacobi s Cecchi de perusio
effectualr disponente q dnī potestas largiri
aut dimictere teneatur uiginti quinq flore
nos conuertendos i quosdaz usus ibidez de